



I

Rękopis i jego oprawę wyrestaurował introligator Jan Wyżga w r. 1934. Zgryzione przez kornika deski okładkowe zastąpiono grubą tekturą. Grzbiet i papierowe karty ochronne dano nowe. Dawne (pergaminowe) karty ochronne i wyklejki wprawiono na falcach na początku i na końcu rękopisu. Wlepiony przed pierwszą kartą pasek pergaminowy (z bordiurą) był przedtem naszyty na marginesie wspomnianej karty.





~~1166~~ 1167

IV

Historia Scholastica. Pars prima.



Petrus eram quem petra tegit dictusque comestor
Nunc comedor. Vivus docui nec cesso docere
Mortuus ut dicat qui me videt incineratum
Quod sumus iste fuit erimus quandoque quod hic est

Incipit scolastica hystoria. prefatio.

Imperatorie maiestatis est in palatio tres habere mansiones. Auditorium vel consistorium in quo iura decernit. Cenaculum in quo cibaria distribuit. Talamum in quo quiescit. Ad huius modum imperator noster, id est Christus, qui imperat ventis et mari, mundum habet pro auditorio vel consistorio, ubi ad nutum eius omnia disponuntur. Unde illud: celum et terram ego impleo. Secundum hanc dicitur dominus. Unde: domini est terra et plenitudo eius. Animam iusti pro thalamo habet, quia delicie sunt ei ibi quiescere et esse cum filiis hominum. Et secundum hanc dicitur sponsus et anima cuiusque iusti sponsa. Sacram scripturam pro cenaculo, in qua sic suos inebriat ut sobrios reddat. Unde Ambrosius: laudemus in domo dei cum consensu, id est in sacra scriptura, ideo ipsum sapientes. Secundum hanc dicitur pater familias. Huius cenaculi sunt tres partes: fundamentum, paries, tectum. Historia est fundamentum, cuius tres sunt species: annalis, kalendaria, effimera. Historia annalis est factum quod per annum factum est. Kalendaria historia que in uno quoque mense facta est, id est factum aliquod insigne quod in uno mense factum est. Effimera est quod repente factum est, id est uno die vel in parte mensis. Hac similitudine effimera est piscis qui uno die nascitur et eodem die moritur. Allegoria paries supereminens, que per factum aliud factum significat. Tropologia dogma culminis superpositum, que per id quod factum est, quid a nobis faciendum sit insinuat. Prima planior, secunda acutior, tercia suavior. A fundamento sumamus principium loquendi, immo ab ipsius fundamenti principio, eo iuvante qui omnium principium est atque principium. Hystoria genesis. de creatione empirei celi et iiii. elementorum.

In principio erat verbum et verbum erat principium, in quo et per quod pater creavit mundum. Mundus quatuor modis dicitur. Quandoque mundus dicitur empyreum celum propter sui mundiciam. Quod empyreum philosophi non cognoverunt. Quandoque sensibilis mundus, qui a grecis pan, a latinis omne dictum est. Quandoque regio sola sublunaris mundus dicitur, quia hec sola animantia nobis nota habet, de qua princeps huius mundi eicietur foras. Quandoque et homo dicitur mundus, quia in se mundi totius ymaginem tenet vel representat. Unde a domino omnis creatura dicitur esse, quem grecus micocosmum, id est minorem mundum vocat. Empyreum autem et sensibilem mundum et sublunarem regionem creavit deus, id est de nichilo fecit. Hominem vero creavit, id est plasmavit. De creatione igitur illorum tum inquit legislator: In principio creavit deus celum et terram. Celum, id est continens et contentum, id est empyreum celum et angelicam creaturam vel naturam. Terram autem materiam omnium corporum, id est iiii elementa, quasi aliquid elementa vel elementata vel ylementa, id est mundum sensibilem qui ex his constituitur. Quidam celum superiores partes mundi sensibiles intelligunt, terram inferiores et palpabiles. Hebreus habet eloym, quod nos habemus deus, quod tamen singulare quidem plurale est, id est dii vel domini vel iudices, quia tres persone unus deus, unus creator. Cum autem dixit moyses creavit, trium errores elidit: Platonis, Aristotilis, Epycuri. Plato dixit tria fuisse principia ab eterno: deum, ydeas, ylem, et in principio temporis de yle mundum factum fuisse. Aristotiles duo: mundum et opificem, qui de duobus principiis, materia scilicet et forma, operatus est sine principio et operatur sine fine. Epicurus duo: inane et athomos, et in principio natura quasdam athomos solidavit in terram, alios in aquam, alios in aera, alios in ignem. Moyses vero solum deum eternum protestatur et mundum sine preiacente materia creatum. Creatus est autem in principio, id est filio, et tamen mundus est in principio sic. In principio creavit deus celum et terram, in principio temporis, scilicet coeva sunt enim mundus et tempus. Sic autem solus deus eternus, sic mundus sempiternus, id est semper eternus, id est tempore par eternus. Angeli quoque sempiterni sunt. Vel in principio omnium creaturarum creavit celum et terram, id est has creaturas primordiales fecit et simul, scilicet quod simul factum est simul dici non potuit, licet hic per nomine

celum q̃ terra. tñ sc̃ptum ẽ. Initio tu dñe t̃
ram fundasti. ⁊ opa m. t. s. celi. Sic q̃ cito ocl̃s
apio: statim acies mea icit solẽ in oriente. q̃
ñ faceret: nisi multa aeris spatia. q̃ sc̃ inter
me ⁊ solẽ transuolaret. Q̃m momentaneã
t̃nsuolatõnẽ. si uelim explicare. sepe ad dã
p̃ ⁊ p̃. sic. pri t̃nsit acies mea: aerẽ uicinũ.
p̃: aerem qui ẽ s̃r alpes. p̃: aerem q̃ ẽ sup t̃ras
alias. usq; ad oceanũ. p̃ aerem q̃ ẽ s̃r oceanũ.
⁊ tandem tangit solem. Hanc creationem
mundi p̃libatam sub opib; .vi. dierũ. ex
plicat scripta. insinuans t̃a. c̃atõnem dis
positionẽ ornatũ. In p̃mo die c̃atione. ⁊ q̃
dam dispõnẽ. In sc̃do ⁊ t̃cio: dispõnẽ. in re
liq̃s t̃b; : ornatum. De p̃maria mũdi ɔfusi
one.

Terra autẽ erat inanis. ⁊ c̃. i. machi
na mundialis: adhuc erat inutil. ⁊ in
fructuosa. ⁊ uacua ornatu suo. Et teneb̃ e
rant s̃r faciẽ. a. Eandẽ machinã q̃ terra dix
erat: abissum uocat. p̃ sui ɔfusione. ⁊ ob
scuritate. Vñ ⁊ g̃c̃ eam chaos dix̃. Q̃a ũ dic
tum ẽ tenebre erant. q̃dam dogmatizaue
r̃t tenebras fuisse et̃nas. q̃ iam. s. cũ mũd̃
fieret: erant. Alij irridentes dm̃ uetis. t.
dicunt eũ p̃us c̃asse tenebras q̃ lucẽ. S;
tenebre nil aliud s̃t. ñ lucis absẽcia. Obs
curitas q̃d ẽ aeris ad c̃ata ẽ. ⁊ dicta ẽ teneb̃.
Vñ et in charalogo c̃ãtay dictum ẽ. bñdi
cite lux ⁊ teneb̃ dño. Et sp̃c dñi. i. sp̃c. s. dñs.
l̃ dñi uoluntas f̃ebat̃ sup aquas. sic uolũ
tas artificis h̃is p̃ ocl̃s omnẽ materiam
dom̃ faciende: sup illam fert̃ dum q̃d de
q̃ factur̃ sit: disponit. P̃dictam machi
nam aquas uocat. q̃i ductilem m̃ ad op
andũ c̃rea. Jd̃ ũ sic uariant̃ ei nomina.
ne si uni elem̃ noĩe tñ censeret̃ illi ma
gis putaret̃ accõmoda. Hebreus ht̃ p̃ s̃r
f̃ebat̃ incõbebat. l̃ incubabat. l̃ sira lin
gua: fouebat. sic auis oua. In q̃ ⁊ cum

regimine nascentis mundi notat̃ initiũ.
Hc locum male intellex̃ plato. dictũ h̃ pu
tans de aĩa mundi. S; dictũ ẽ de spũ c̃ante.
de q̃ leg̃r. Emitte spm̃ tuũ et creabunt̃.

Dixitq; ds̃. fiat lux. ⁊ f. ẽ lux. i. ũbũ ge
nuit: in q̃ erat ut fieret lux. De op̃e
p̃me diei.
i. tam facile ũ q̃s dicit ũbo lucẽ uocat.
q̃dam nubẽ lucidam illuminatẽ. supio
res mundi p̃tes. claritate tñ tenui. ut dilu
culo s̃r solet. ⁊ h̃ ad modũ sol c̃ agitata. p̃s̃e
tia sui: s̃rius emispiũ ⁊ inferi uicissim il
luminabat. P̃ fiat: intell̃r eẽntia lucis. id̃
p̃q̃ fieret: p̃fc̃a ẽ. eãdem eẽntia mactu. s. cũ
p̃duc̃t ad eẽ. Et uidit ds̃ lucem q̃ eẽt bona
. i. q̃ placuerat in p̃scientia ut fieret: pla
cuit in eẽntia ut maneret. Vl̃ c̃pice. uidit
id ẽ uideri fecit. Et diuisit lucem lucem
a tenebris. Hic incip̃ dispõ: ⁊ tamen
aliq̃d dicit̃ de c̃atiõe. q̃i. Cum luce tene
bras c̃auit. id est umb̃m ex obiectione
corp̃m luci: et creatas diuisit. locoy dis
tantia. ⁊ qualitate. ut sc̃lcet ñ q̃m si
mul. s; semp̃ ẽ regiõe. diũsa hemispia
uicissim sibi uendicarent. Intelligit̃
etiam hic angeloy facta diuisio. Stan
tes: lux. Cadentes: tenebre dicti s̃t. Et ap
pellauit lucem diẽ: a dian greco. q̃d ẽ
claritas. Sic lux dicit̃. q̃ luit: id ẽ pur
gat tenebras. Teneb̃s dix̃ noctẽ a nocendo.
q̃ nocet ocl̃is ne uideat. sic teneb̃. q̃a tenẽt oculos ne ui
deant.
Sic tñ dies extortum ẽ. a dyan greco: ita
nox. a nictim. Et factum ẽ uespe: ⁊ p̃t
factum ẽ mane. ⁊ sic conplet̃ ẽ dies unũ
naturalis. P̃mo enim cum celo ⁊ t̃ra
lux ẽ creata. qua paulatim occidente.
f̃cm ẽ uespe p̃me diei usualis. ⁊ ead̃ mi
grante sub terras. ⁊ ad ortũ ueniente:
factũ ẽ mane. i. t̃minata ẽ nox. ⁊ incho
auit dies secunda. Ita p̃cedẽte luce diei.

et sequente nocte terminata: factus dies unus.

De opere secunde diei.

Secunda die: disposuit deus superiora mundi sensilis. Empyreum enim quam cito factum est: statim dispositum est et ornatum, id est sanctis angelis repletum. Fecit ergo deus ea die firmamentum in medio aquarum, id est quamdam exteriorem mundi superficiem ex aquis congelatis ad instar cristalli solidatam et perlucidam, intra se cetera sensibilia continentem ad imaginem teste que in ovo est: et in eo fixa sunt sydera, et dicitur firmamentum non tantum propter sui soliditatem: sed quia terminus est aquarum que super ipsum sunt, firmus et intransgressibilis. Dicitur etiam celum, quia celat, id est tegit omnia visibilia. Et cum legitur firmamentum celi, endiadis est: id est firmamentum quod est celum. Ut cum dicitur causa salutis. Unde ipsius camerationem greci dicunt uranon, id est palatum. Vel dicitur celum quasi casa elyos: quia sol sub ipso positus ipsum illustrat. Hanc tamen convolutam camerationem philosophi summitatem ignis intellexerunt. Cum enim ignis non habet quo ascendat, convolvitur ut in clibano patet: ita et circa mundi exteriora ignis volvitur, et hoc est ethereum celum, vel sydereum, et tertium celum infra: quod aereum dicitur. De quo: Aves celi comederunt illud. Quidam quartum suspicantur celum esse super empyreum: quia lucifer cum esset in empyreo legitur dixisse: Ascendam in celum, id est in eo dicunt in quo est Christus hominem super angelos qui sunt in empyreo. Sane firmamentum dividit aquas que sub ipso sunt ab aquis que super ipsum sunt. De quibus dicitur: Qui tegis aquis superiora eius. Et sunt sicut et ipsum congelate ut cristallus, ne igne solvi possint: vel in modum nebule vaporabiles. Cur autem ibi sint deus novit, nisi quod quidam autumant inde rorem descendere in estate. Quod autem dictum est: fiat firmamentum, et postea fecit deus firmamentum, et factum est firmamentum, non superfluit: quia sicut in domo facienda primo domus fit in scientia artificis: et fit materialiter cum leviguntur ligna et lapides, et fit tertio aliter cum levigata in structuram domus disponuntur: ita cum dicitur fiat, ad prescientiam dei refertur. factum, fecit ad opus in materia, et ad opus in essentia. Istud illud primo die: secundo factum est. Et cum huius diei opus bonum fuerit ut ceterorum: tamen non legitur de eo: vidit deus quod esset bonum. Tradunt enim hebrei: quia hac die angelus est factus diabolus. Quibus consentire videntur, qui in secunda feria missam de angelis cantare consueverunt: quasi in laudem stantium angelorum. Sed traditur sanctis: quia in signum factum est hoc, quia binarius infamis numerus est in theologia: quia primus ab unitate recedit. Deus autem unitas est: et sectionem et discordiam detestatur. Possumus tamen dicere: quia opus tertie diei, quod adhuc est de opere secunde diei: quod post patebit. Unde non commendatur in initio diei: quia post sui consummationem.

De opere tertie diei

Tercia die aquas sub firmamento congregavit deus in unum locum. Que licet plura obtineant loca, tamen quia omnes continuantur in visceribus terre, in unum locum sunt congregate dicuntur. Et potuit esse ut aque que totum aeris spacium occupabant vaporabiles solidate modicum obtineant locum. Vel terra paululum subsedit ut eas tanquam in matrice concluderet: et sic apparuit arida. Que latinis sub aquis existens humus dicta est: sed cum apparuit arida. Eadem dicitur terra: quia pedibus teritur animalium, vel quibus componuntur elementis. Dicitur solum: quia solida. Dicitur tellus: quia tollat labores hominum. Congregationes aquarum vocavit maria. Hebreo ydiomate: quaslibet aquarum congregationes vocat maria.

Completo gradu aquarum opere: subditur. Et uidit
deus: quod esset bonum. Et addidit aliud opus
illi: cum dixit. Germinet terra. Hec de opere
germinandi tamen intelligendum est. scilicet et de po-
tentia. quia potens sit germinare. Produxit
enim de terra herbam uirentem: et facientem
semen. et lignum pomiferum. faciens fructum.
secundum genera sua. Patet. quia non per moras tempo-
rum ut modo. produxit terra plantas suas. sed statim in
maturitate uiridi: in qua et herbe semi-
nibus et arbores pomis onuste sunt. ¶ No-
tandum est. quia dictum est: uirentem. Quidam
dicunt mundum in uere factum: quia uiror
illius temporis est et fructificatio. Alii. quia legitur
lignum faciens fructum et ad dictum. her-
bam habentem semen: factum dicunt in
augusto. sub leone. Sed in martio factum:
dogmatizat ecclesia. ¶ Nota cum primo
ait. facientem semen. et addit. habens unumquodque
sementem: quia sementis species dicitur. dum adhuc est
in sementiuo. Semen uero uel sementum cum se-
minatur. Seminium uero cum seminatum est.
Distinguitur tamen aliter. Sementis: frugum
et arborum. Semen: animalium. Seminium: equi-
rei generandum. Nec nos moueat. quia in dis-
positione elementorum uidetur aer non dispositus:
quia non est nominatus. Sed dispositus est: cum
liber ab aquis. non tamen nobis formam ac-
cepit. De opere quarte diei.

Quarto die: que disposuerat cepit
ornare. Et sicut dispositionem: sic et or-
natum a superioribus inchoauit. Fecit
enim ea die luminaria. solem et lunam et stel-
las. Et dicitur sol: quia
solus lucet. id est nullum
cum eo. Luna: lumi-
num una. id est prima. ut
una dierum. uel una sab-
batorum dicitur.

Rebus illis que infra
unum sunt. congruis
motibus agentur. Plante
enim: quia terre herent.
ad disponere terre que ma-
gis spectant.

Sol et luna dicuntur magna luminaria: in
duobus. et ex duobus. id est non solum pro quantita-
te luminis. sed et corporis. et non tantum comparatione stel-
larum. sed et secundum se. quia sol dicitur octies maior
terra. et luna etiam maior terra dicitur. Lunam
et stellas uoluit illuminare noctem: ne nox
sine lumine. nimis esset indecora. et ut ope-
rantes in nocte.
ut naute et uia-
tores: solacium
luminis haberent.
Sunt et quedam auicule:
que lucem solis ferre non possunt. Et fere: noc-
te pascuntur. Nec superfluit sol: licet nu-
bes lucida uicem ei ageret. quia illa tenuem et
insufficientem lucem habebat. et forte non
nisi superiora illuminabat. sicut nec stelle
modo. De illa autem nube traditur. quod uel redie-
rit in materiam unde facta fuerat. ut stella
que apparuit magis. et columba in qua
uisus est spiritus sanctus: uel quod solem semper comita-
tur uel quod de ea factum est corpus solare. Hec
tamen ad decorem et ad usum luminis uo-
luit ea esse. sed et ut essent in signa et tempora et
dies et annos. ut scilicet signa sint sere-
nitatis et tempestatis. uel ut ex ipsis fierent
signa. xii. maiora et quedam signa minora.
plura his. Que dicuntur signa uel sidera: tum
quia magna diligentia signauit. ut conside-
rauit ea antiquitas. tum quia adhuc sig-
nant et considerant ea homines ad designationem
temporum. Nec dicendum est. ut genethliaci somp-
niant: quod posita sint in signa euentu-
um et operum nostrorum. aut quod status uite nostre
signent et moderentur. quod docent ex peruersis
que apotelesmata uocant. Non enim
tenendum est de celo: his qui alieni sunt a patre
qui in celis est. Quod autem sequitur. in tempora: non est
putandum. quod tunc primum ea inciperent esse tempora. quia

Maxime solertis ethiopi-
e. harenosis uel modico
impulsus uenti: inuenta
itinerantium uestigia com-
planat.

ceperunt cum mundo: scilicet quia per ea fiunt .iiii. temporum distinctiones. Sol quoque descendens ad capricornum: solsticium hyemale facit. Ascendens ad cancrum: estiuale. Inter utrumque pari ab utroque distantia: equinoctia facit. Vel est ibi endiadis et sunt .i. in signa et tempora .i. in signa temporum. In dies etiam pluraliter: quia dies multipliciter dicitur. De die .s. .iiii. scilicet spacio .xxiiii. horarum. et de die usuali. Ponitur etiam dies pro tempore non determinato et ignoto nobis ut ibi. In die illa stillabunt montes dulcedinem. In annos est pluraliter dictum est: quia etiam annus multipliciter dicitur. Et hoc dico: quod apud diuersas nationes. sunt utique diuerse annorum distinctiones maiorum et minorum. Et planete annos suos habent: scilicet secundum usum ecclesie dicitur. Est enim annus lunaris: habens trecentos quinquaginta quattuor dies. Est et solaris: constans ex diebus trecentis sexaginta quinque et quadrante .i. sex horis. Est bissextilis: ex trecentis sexaginta sex. Est embolismalis: qui trecentos octaginta dies excedit. habens tredecim lunationes. Dicitur autem annus. ab an. quod est circum: quia in se reuoluitur. Unde et antiquiores ante usum litterarum annum figurabant sub specie serpentis. cuius cauda in os eius reuoluebatur. Facta igitur luminaria posuit deus ut lucerent in firmamento celi et illuminent terram. scilicet non semper: et diuidant lucem ac tenebras. Quod autem luna in plenilunio facta sit: ex alia perpenditur consideratione que habet. illuminare minus: in inchoatione noctis. In principio enim noctis non oritur luna nisi pansilenos: id est rotunda. De opere quinte diei.

Quinto die deus ornauit aerem et aquam. uolatilia dans aeri: natatilia aquis: et utraque ex aquis orta sunt. Facit enim transire aquam in aera. tenuando: et aerem in aqua spissando. Pisces uocauit moyses reptilia. quia impetu quodam toto se rapiunt. ut serpentes. non feruntur pedibus ut fere. Nota quod ex hoc quod dictum est. uolatile super terram: errauit plato: qui descendens in egyptum: libros moysi legit et putauit moysen sensisse. uolatilia esse ornatum aeris. tamen citra terram. Ornatum uero aeris superioris: calodemones et cacodemones. Sed non ita est. Boni enim demones ut dictum est: sunt in empireo. Mali uero in hunc aerem caliginosum detrusi sunt. ad penam: non ad eius ornatum. Creauitque deus .i. plasmauit: cete grandia. Cete: neutrum est et indeclinabile. Declinatur tamen: cetus ceti. Et omnem animam uiuentem atque motabilem: quam produxerant aque. Motabiles autem dicuntur anime piscium et auium: respectu anime hominis. Ille enim mouentur de esse ad non esse: ista non. quia perpetua est. Vel quia forsan animas non habent: ipsum animal uocauit animam .i. uiuens. Unde et igitur diuidunt animalia per zoa et sychea. Zoa .i. uiuentia: bruta scilicet. Sychea: animata .i. a siche: quod est anima rationalis. Et dicitur creatum motabile: quia creatum est sic ut moueretur de uita ad mortem. quod non homo. qui sic creatus est. ut non moreretur si uellet. Illa uero creata sunt. ut uel in esum cedant aliis: uel senio deficiant. His benedixit deus: dicens. Crescite et multiplicamini. De opere sexti diei.

Augustinus uidetur uelle. quod pisces animas habent. Dicit enim eos habere memoriam. Dicit enim fontem esse in bullensi regione. plenum piscibus: qui cum hominibus super gradientibus [illegible] gregati eunt et redeunt et stant cum stantibus expectantes ut aliquid eis iaciant: quia sic assueuerunt.

Sexta die: ornauit deus terram. Produxit terra tria genera animantium. Iumenta. reptilia. bestias. Sciebat enim deus hominem per peccatum casurum in penam: ad remedium laboris dedit eiusmodi

menta. que iumenta: ad opus uel ad esum. Reptilia uero et bestie: sunt ei in exercitium. Reptilium uero: sunt tria genera. Trahentia: ut uermes qui se ore trahunt. Serpentia: ut colubri. qui ui costarum se rapiunt. Repentia: pedibus scilicet. ut botrace et lacerte. Dicuntur autem bestie. quasi uastie: a uastando. id est ledendo et seuiendo.

Queritur de quibusdam minutis animantibus. que uel ex cadaueribus uel ex humoribus nasci solent: si tunc orta fuerint. Quorum: sunt sex genera. Quedam enim exalationibus habent esse: ut bibiones ex uino. Papiliones: ex aqua. Quedam ex corruptione humorum: ut tinee in cistis. Quedam ex cadaueribus. ut apes ex iuuencis uel iumentis: scarabei et scrabrones ex equis. Quedam ex corruptione lignorum: ut teredones. Quedam ex corruptione herbarum: ut tinee ex oleribus. Quedam ex corruptione fructuum: ut gurguliones ex fabis. De his dicitur. quod que sine corruptione nascuntur. uel illa que exalationibus: tunc facta sunt. Que uero ex corruptionibus: post peccatum ex rebus corruptis orte sunt. ¶ Queritur quoque de nociuis animantibus: si creata sunt nociua. Vel primo innocua: post facta sunt homini nociua. Dicitur quod post facta sunt nociua: tribus de causis. Propter hominis punitionem. correctionem. instructionem. Punitur homo enim cum leditur ab his: uel cum timet ledi: quod timor magna pena est. Corrigitur his: cum scit ista sibi accidisse pro peccato suo. Instruitur ad mirando opera dei: magis ammirans opera formicarum. quam onera camelorum. Vel cum uidet hec minima sibi posse nocere: recordatur fragilitatis sue et humiliatur. Sed dicitur quod quedam animalia ledunt non alia. que nec puniuntur. nec corriguntur. uel instruuntur. Sed et in his instruitur homo per exemplum.

Etiam ad hoc creata sunt: ut aliis sint in esum. Sed tamen dicunt. quod etiam in mortuos homines seuiunt. Sed in his instruitur homo: ne aliquod genus mortis horrescat: quod per quodcumque transeat meatus. nec capillus de capite eius peribit. ¶ Ad hunc modum solet queri. de herbis et arboribus infructuosis. si et in illis diebus orta sint: cum scriptura non memoret nisi herbas seminales et arbores fructiferas. Potest dici. quod quamuis infructuosa sint. ante peccatum fecerint fructum aliquem. post peccatum. nascuntur potius homini ad laborem. quam ad utilitatem. Vel post peccatum orta sunt: quod post dictum est homini. Spinas et tribulos germinabit tibi. Vel quecumque terris herent. faciunt fructum. id est utilitatem. manifestam uel occultam. Quod uero piscibus et auibus dictum est: crescite et multiplicamini; etiam de his intelligendum est: licet non sit dictum. Hec est enim communis causa: creationis eorum.

De creatione hominis.

Deinde subditur de creatione hominis: sic. Faciamus hominem et cetera. Et loquitur pater ad filium et spiritum sanctum. Vel est quasi communis uox trium personarum: faciamus et nostram. Factus est autem homo ad imaginem dei. quantum ad animam. scilicet imago dei est in essentia et ratione eius. quod spiritus eius est et rationalis ut deus. Similitudo in uirtutibus: quod bona. iusta. sapiens. Cum imagine permansit homo: quod illam habet et peccans. Similitudine uero: sepe priuatur. Masculum et feminam: creauit eos. Hoc quantum ad corpus. Tamen cassiodorus propter animam. Eos autem dicitur pluraliter: ne androgenos id est hermafroditos factos putaremus. Tamen secundum corpus factus est homo quodammodo ad imaginem dei: cum os sublime dedit. ut celum et celestia uideat et intueatur. Unde cum quesitum esset a quodam philosopho. ad quid factus fuisset: respondit. Vt contempler celum: et celi numina. De

dixit autem Deus hominibus: ut perfecit aliis animantibus. In quibus notatur hominis dignitas. Primo quod non solum factus est in genere suo ut predicta, sed et quod imago Dei est. Secundo quia cum deliberatione factus est. In aliis suis operibus dixit, facta sunt. In hoc tanquam inter se deliberantes persone aiunt: Faciamus. Tertio quod universis statutus est dominus, ut essent ei, quia quem futurum mortalem Deus sciebat, in alimentum, in indumentum, in laboris adiumentum. Ante peccatum enim herbas tantum et fructus arborum dedit Deus in escam hominibus et animalibus. Quod inde colligitur quia ante peccatum nil noxium aut sterile terra produxit. Et nota quia in maioribus, ut in leonibus, perdidit homo dominium, ut sciat se amisisse; in minimis, ut in muscis, et perdidit, ut sciat utilitatem suam. In mediis habet ad solatium, ut sciat se habuisse. Et benedixit eis Deus, et ait: De institutione coniugii.

Crescite et multiplicamini. Quod quia sine coniunctione eorum fieri non potuit, patet quod Deus coniugium viri et mulieris instituit. In quo confutantur quidam heretici dicentes concubitum sine peccato fieri non posse. Sed queritur quare ante peccatum date sunt homini esce, cum esset immortalis. Quia illa immortalitas in qua creatus est, cibis erat sustentanda, nec erat qualis illa que futura est, que cibis non egebit. Illa enim erat posse non mori. Et vidit Deus cuncta que fecerat, et erat singula per se bona, sed in universitate erant omnia valde bona, sicut oculus in animali est pulchrior quam separatus. Vel omnia erant valde bona, id est universitas bonorum erat optima, quia quedam in ea etiam sunt per se mala, ut venena, et mortem etiam, tamen aliis sunt in utilitatem. Ipse vero summum bonorum. De homine vero ut de ceteris dixerat, non dixit: et vidit Deus quod esset bonum, etc., quia in primo sciebat lapsurum. Vel quia nondum homo perfectus erat, donec ex eo fieret mulier. Unde et post legitur: Non est bonum esse hominem solum. De consummatione operum sabbati et sanctificatione.

Igitur perfecti sunt celi et terra. Conceptio est hic operum: sic. Quia creati, dispositi, ornati, quare perfecti, et quia in senario facti, qui primus perfectus numerus occurrit, quia ex partibus suis aggregatis reddit eandem summam. Quod in monadibus numerus non invenies, non in isto, sed non in decadibus, nisi in viginti octo. Et complevit Deus opus suum die septimo quod fecerat. Alia translatio habet sexto. Et tunc nulla est obiectio. Sed hebraica veritas habet septimo. Et ideo queritur: si complere est finale quippiam operis facere, quomodo verum est quod sequitur: Requievit Deus die vii etc. Verum est quod diem septimum fecit, et ipsum etiam benedixit, et postea requievit. Vel complevit, id est completum ostendit, cum nichil in eo fecit, et tunc requievit ab operibus novis. Nichil enim post fecit, cuius non fecisset materiam, ut corporum, vel similitudinem, ut animarum. Non enim quasi fessus dicitur quievisse, sed quia cessavit, sicut in Ysaia dicitur quod seraphin requiem non habebant dicentes Sanctus, sanctus, sanctus, id est non cessabant. Vel requievit ab opere, quia non in operibus, id est non eget operibus suis, et est demum quia non egebat. Vel requievit ab opere in seipso, id est immutabilitate operum eius immutabilitas apparuit. Nam stabilis manens dat cuncta moveri. Quod autem dicitur ab omni opere quod patrarat, innuit esse opus quod nondum fecerat, a quo non quiescit. Tria enim opera fecerat: creavit, disposuit, ornavit. Quartum opus propagationis non desinit operari. Quintum faciet, cum

Partes illa sua numi divisi, quibus assignantur, preter quantitatem, licet vi senarius minus ex uno, ii, vi, ostenditur ex iii, iiii, et quanta est pars, quinque autem dici non potest.

pertinget se: et tamen ei seruiens ministrabit. Ubi
tamen preceptum quiescet. Et benedixit diei septi-
mo: i. sanctificauit eum. i. sanctum et celebrem eum
esse uoluit. Sepe enim ab aliquibus nationi-
bus ante legem dicitur sabbatum fuisse obser-
uatum. Huius obseruantiam in lege et sancti-
ficationem: dixit ibi. Memento: ut diem sabbati
sanctifices. Epylogus.

Iste sunt generationes celi et terre. Quidam hic
terminant opera .vi. dierum. Quidam ibi. Cogno-
uit adam uxorem suam. Alii ibi. Hic est liber
generationis ade. Premisso autem quod du-
bium est: littere insistamus. Quia creationem ma-
ris et femine simul dixerat. que tamen simul
facta non fuit: ut explicet quod sub breui-
tate incluserat. repetit et de reliquis. Genera-
tionis enim hoc nomen: potest accipi actiue.
i. operationes dei. uel passiue. i. generata. Hec
est pretereundum quod ait. Fecit omne uirgultum
antequam oriretur in terra. et herbam priusquam germi-
naret: cum superius dixerit uirgultum quasi
cito factum. statim adultum et habens fructum.
et herbam ortam: etiam ferentem semen. Ad quod dicitur.
duos fuisse modos operationis diuine. ut
dictum est: materialem scilicet et essentialem. Fecit
ergo ea materialiter: priusquam orirentur et ger-
minarent essentialiter. Uel aliter: quod in-
nuit sequens littera. cum dicitur. Non enim
pluerat deus super terram. fecit equidem
illa tunc
perfecta et essen-
tialiter. prius
quam orirentur
et germi-
narent ut
modo fiunt:
cum pau-
latim benefi-
cio roris in-

Vicissim per partes diuisas. Sic
creditur iordanis ante submersionem
irrigasse totam pentapolim. uicissim
scilicet. Sic et de quibusdam fontibus dicit
augustinus. quod mira uicissitudine totam
quandam irrigant regionem. ne si si-
mul totam terram tamen fonte irrigatam dicimus:
diluuium fuisse dicamus. Uel quia legitur
in fons: numerus unius: multitudinem in-
nuit. ut ibi. Uenit locusta.

fusi. et labore hominum adhibito. ad or-
tum et maturitatem peruenerunt. Te enim
fons irrigabat terram: ut nilus egyptum.

De formatione prothoplasti et creatione animae.

Formauit igitur dominus homi-
nem de limo terre. Hic primo uocat
deum dominum: quia tunc primo habuit seruum. Per
recapitulationem: de utriusque hominis forma-
tione diffusius agit. Et prius: de uiro. Et
quia due sunt hominis partes: de utraque agit. Ad
carnem enim spectat: quod dicitur. Formauit
hominem: de limo terre. Ad animam: et inspi-
rauit et cetera. Quasi diceret. Corpus fecit de terra: animam
de nichilo. Alia translatio habet. Insufflauit:
uel sufflauit. Quod non incongruum est
deo ut quidam putauerunt: cum fauces
et spiritum non habeat. Dicitur enim inspirauit:
i. spiritum fecit. Similiter insufflauit: i. flatum
s. animam fecit. Unde in ysaia. Omnem
flatum ego feci. Quod autem dicitur in faciem: per
synecdochen a parte totum intelligitur. Totum
enim hominem animauit. sed faciem. tanquam
partem digniorem. quia sensuum capacem. so-
lam nominauit. Eandem autem animam et spira-
culum uite uocat: quia per eam homo spirat et
uiuit. Et post dicit. animam uiuentem in se.
i. in perpetuitate uite et mobilem: ut
animam pecudis. Hunc locum non sane in-
tellexit plato. dicens deum animas creasse. sed angelos
corpora formasse: ibi. Dii deorum quorum
opifex paterque ego. Quod autem quidam asse-
runt. animam de diuina essentia factam.
stare non potest: quia tunc nullo modo peccare pos-
set. Alii distinguunt inter spiraculum
uite et animam: dicentes spiraculum uite
spiritum sanctum. quem etiam homini tunc datum
asserunt et ad comprobandum: quod dixit.
hoc nunc os ex ossibus meis. Alii aliter
distinguunt: spiraculum uocantes quan-

dam spiritum corporeum in corpore animalis. quod
etiam quoque sensus operatur in eo. qui etiam
paulatim extinguitur in eo. et dum moritur
animal in aliqua parte corporis adhuc sen-
titur spiritus ille. cum in alia extinctus sit.
Factus est autem homo in uirili etate.
mortalis. et inmortalis. id est potens mori. et
potens non mori. et prius formato anima cor-
pori infusa. Sed queritur utrum in ipso corpore
dum infunderetur creata. uel extra creata sit.
et datum sit ei naturaliter uelle incorporari.
Quicquid circa illam actum sit. de ceteris creatis
dicitur. quod in ipsis corporibus dum infun-
duntur. creantur. De paradiso et lignis eius.

Plantauerat autem dominus
deus paradysum uoluptatis a principi-
o. Quod querit aliquis. Remansit homo
in loco ubi factus est. in agro. scilicet damasce-
no? Non. Ubi ergo translatus est? In paradysum.
quem deus die tercio plantauerat. id est
plantis aptauerat paradysum. herbis. scilicet
et arboribus. a principio creationis. scilicet cum
apparuit arida. et germinare terram fecit.
Uel a principio: id est a prima orbis parte.
Unde alia translatio habet. paradysum in eden
ad orientem. Eden. hebraice. latine de-
licie. Ergo id est. paradysum uolupta-
tis. quod paradysum in eden: id est in deli-
ciis. et a principio. id est: quod ad orientem.
Est autem locus amenissimus. longo terre
et maris tractu a nostra habitabili secretus:
adeo editus ut usque ad lunarem globum
attingat. Unde et aque diluuii illuc
non peruenerunt. Est etiam paradysus. celum
empyreum et dicitur spiritualis: quia regio est spi-
rituum. Dicitur et spiritualiter paradysus: ui-
ta beata. uel ecclesia. Produxitque deus in pa-
radyso de humo diuersa ligna: quibus de-
lectaretur homo uidendo et sustentaretur

edendo. Posuerit quod: id est procul in altum
duxit. Uel posuerit: id est pro homine eduxit.
In medio quoque tamquam digniora posuit:
lignum uite et lignum scientie boni et
mali. Dictum est autem lignum uite. ab effec-
tu quem habuit. Uel quia: ut comestum sepius perpe-
tua soliditate. hominem firmaret. ita ut
nulla infirmitate. uel senio. uel angu-
state in deterius. uel in occasum laberetur. Lig-
num uero scientie boni et mali dictum est: ex eo quod
secutum est eius comestionem. Prius enim nes-
ciebat homo. quod esset malum: quia non expertus.
Bonum dicimus: sanitatem et firmitatem. Ma-
lum uero: egritudinem et imbecillitatem: que
nondum senserat. Cognouerat quidem ea
per scientiam. quia ex uno contrariorum cognosci-
tur reliquum: sed non per experientiam. Ut me-
dicus dum sanus est nouit morbos. sed cum
egrotat. magis noscit. quia nouit et sen-
tit: sicut de puero delicate nutrito
dicitur: quia nescit quod sit malum. Immo nondum
nouit. quantum sit bonum. Uel malum erat in
obedientia. bonum obedientia: quia post
comestionem nouit. quantum bonum erat
obedientie et quantum malum inobedi-
entie. Plato uero putans hoc posse conueni-
re arboribus: utrumque hoc de homine dictum esti-
mauit. quia uiuit et est sciens bonum et ma-
lum. et dixit ipsum uocatum lignum. id est cor-
poreum: ad differentiam spirituum qui et ui-
uunt et sciunt bonum et malum. In me-
dio uero positum tradi dicitur: quia homo est quasi
medius inter creatorem super se positum et sen-
sibilia sub se posita. Dicitam uero illius
hominis fuisse creationem a creationibus
hominum reliquorum dixit: per illa duo ad-
dita. scilicet uite et scientie boni et mali. Sic enim
in samya figura. prius est truncus integer.
et post in summo biuium: sic homo mox in

[margin: plato]

primis etatibus. quia tamen vivunt: non utuntur sensibus ad intelligentiam datis. Sed cum venerint ad annos discretionis. tunc discernunt inter bonum et malum: et tunc sunt primum bona eorum opera. vel mala. Sed non ita factum est in adam immo cum vita data est ei scientia boni et mali. Quasi diceret. factus est homo corpore. subditus deo. prepositus animantibus. et simul vixit. et scivit bonum et malum. **De .iiii. fluminibus paradisi.**

Et fons. ut flumen [sat. littera] egrediebatur ad irrigandum paradysum: id est ligna paradysi. Fons potest intelligi ut abyssus. id est matrix omnium aquarum. ut per fontes: per sylemsim. Irrigare autem positum est: pro ministrare humorem. Dicitur enim terra circumiacens humectari a fluminibus per tractiones: .xii. stadiis. aut .xvi. Qui fons dividitur in .iiii. flumina. Unum dicitur est phison secundum ysidorum. qui a gangaro rege indie dictus est ganges. et in hebreo physon secundum ysidorum. caterva: quia .x. flumina recipit. Vel mutatio oris: quia mutatur a facie quam habet in paradyso. Mutatur enim secundum diversa loca tribus modis. In colore: quia alibi clarus. alibi obscurus. alibi turbidus. In quantitate: quia alibi parvus. alibi diffusus. In sensu: quia alibi calidus. alibi frigidus. Hic circuit terram euilath. id est indiam. et trahit aureas arenas. Alius dicitur est gyon. qui et nilus: et sonat hyatus terre. vel terre quia turbidus est. Hic circuit ethyopiam. Alii duo: primis nominibus vocantur. Tygris et euphrates. Tigris: animal est velocissimum. et ideo fluvius ille. a sui velocitate tigridi equivocatus est. Hic vadit contra assyrios. Dicit iosephus. quod tygris dicitur diglat. quod sonat acutum. ut angustum. Eufrates. frugifer vel fructuosus. de quo per quas transiret regiones. quia notum tacuit moyses: quia est in caldea. unde venerat abraham. Hec quatuor ut dicimus flumina. ab eodem fonte manant. et separantur: et iterum quedam eorum inter se commiscentur. et iterum separantur. Sepe etiam absorbentur a terra. et iterum in pluribus locis emerguntur. Inde est: quod de ortu eorum varia leguntur. Dicitur enim ganges nasci in locis caucasi montis. Nilus non procul ab athalante. Tigris et euphrates: ex armenia. **De prohibitione et precepto eduli.**

Tulit ergo deus hominem de loco formationis sue. in paradysum: ut operaretur ibi: non tamen laborando et ex necessitate: sed delectando. et sic deus custodiret illum. hominem scilicet. Vel utrumque refertur ad hominem. ut scilicet homo custodiret paradisum et operaretur ut dictum est. Quidam codices non habent illum. et tunc est sensus. et custodiret. id est consideraret opus suum. ut quod faceret in terra per agriculturam: observaret in se per disciplinam. ut sicut terra suo cultori [margin: cultori]: sic ipse obtemperaret suo creatori. Precepitque ei dicens: et cetera. Ut homo sciret se esse sub domino: preceptum accepit a domino. Omnis autem iussio: est in duobus. In preceptione. et prohibitione. Et ideo utroque usus est dominus. Precepit: ex omni ligno paradysi comede. Prohibuit: de ligno scientie boni et mali ne comedas. Et datum est viro: ut per virum etiam ad mulierem transiret. Vel forte est preoccupatio: quia facta muliere. utrique simul datum est. Subdit autem penam: si contempnet. Quacumque die comederis. morte morieris. scilicet anime: et necessitatem mortis habebis.

Unde alia translatio habet planius. Mor-

De diversis translationibus semel dictis. Ante incarnationem domini. annis .ccxlviii. temporibus ptolomei philadelphi. lxx. interpretes floruerunt. Post ascensionem domini

tateris. Septua
ginta: plura
liter po
nunt. Quacumque
die come
deritis: mor
te mori
emini. Ideo cre
ditur a
quibus
dam: utique
dictum. et
hic p oc
cupatum. facta e hec uisio: p aliquam crea
turam subiectam: sicut et nobis p prophetas. et
angelos. **De impositione nominum a
nimantium.**

Dixit quoque deus. Non e bonum: ho
minem solum ee. Faciamus ei ad perte
andos liberos adiutorium: quod sit simile illi.
Similia enim: de similibus naturaliter nascuntur.
Sed ne uideretur ade superflua mulieris for
matio putanti sibi in animantibus ee simile:
ideo adduxit deus ad adam omnia terre animan
tia et aeris. in quibus intelligenda sunt et
aque animantia. A parte: totum accipe. Vel
uniuersa sunt terre. quia etiam que de aquis:
aliquid habent terre in se. Vel potius pisces p
ab hominibus sunt cogniti et inde nominati.
quod patet: quia equiuocantur animantibus terre.
quia similes his de quibus sunt. Fecit autem ut
omnia sunt eo nutu uenirent: quo dominatur
creauit. Vt fonte factum: p angelos. Adduxit
autem p duobus: ut et imponeret eis homo
nomina. in quo scirent eum sibi preesse et sciret

> annis. xxiiii. aquila primus interpres.
> ex hebreo in grecum floruit: adriano
> regnante. Deinde post annos. liii. comodo
> regnante: theodotio. Deinde post annos
> xxx. sub seuero: symachus. Deinde post annos
> octo: quinta editio ierosolimis est in
> uenta. Que quia auctor eius ignoratur:
> uulgata dicitur. Deinde post annos. xviii.
> sub alexandro: origenes correxit
> lxx: cum asterisco et obelo. preter tum stu
> lit: sine his. hii omnes de hebreo
> in grecum transtulerunt. Qui autem
> de greco in latinum: plures. In primitiua ec
> clesia. scioli utriusque lingue. de greco
> in latinum transferebant sermonem.
> Ieronimus ultimo: de hebreo in latinum. cuius
> editio: nunc ubique seruatur a nobis.

adam. nullum simile sibi ex eis et imposuit
eis nomina adam loquens lingua hebrea. que sola
fuit ab initio. quod inde perpenditur. quia nomina
que leguntur usque ad diuisionem lingu
arum. hebrea sunt et non inuento simili sibi. misit
deus soporem in adam: scilicet non sompnum.
sed extasim. in qua creditur superne interfuis
se curie. Vnde et euigilans prophetauit de con
iunctione christi et ecclesie. et de diluuio futuro:
et de iudicio p ignem: ubi cognouit. et
libris suis postea indicauit. **De somno
ade et formatione mulieris de costa uiri.**

Cumque obdormisset: tulit
dominus unam de costis eius. carnem scilicet
et os et edificauit ministerio angelorum il
lam in mulierem. de carne carnem. de osse
ossa faciens et statuit eam ante adam. qui
ait. Hoc nunc os ex ossibus meis: et caro
de carne mea. Hoc adu[er]bium nunc: iude
os traxit in errorem. ut dicant aliam
prius factam. de qua dictum est masculum et
feminam creauit eos et nunc: secundam. Que
dixit adam. Prior mulier facta de limo
mecum. sed hec nunc de carne mea. Et iose
phus dicit mulierem extra formatam. in
paradyso cum uiro translatam: sic dicens.
Et in hunc ortum introduxit deus adam.
et eius uxorem: precipiens plantationis eos
habere sollicitudinem et de duabus uxoribus
ade interminabiles fingunt genealo
gias. Sed ex ipso textu conuinci uidentur.
in quo semper singulariter fit sermo de eius
uxore. Nota quod de formatione mulie
ris agendo: de corpore tantum dictum est. Vnde
quidam ideo tacitum ee uoluerunt de anima:
ut daretur intelligi. sic traductam animam
mulieris. de anima uiri: sicut carnem de car
ne. Augustinus etiam hesitare uidetur: quid sen
tiendum sit de anima. an ex traduce

sit. an ex nichilo. Sed id ipsum quod tacitum
est de anima: potius contra eos est. Si enim
mulieris anima fuit ex traduce: aliter facta
est quam anima uiri que de nichilo. Et si aliter
fiebat. taceri non debuit: ne sic facta pu-
taretur. ut iam audieramus de anima uiri.
Itaque tacendo innuit. non aliter putan-
dum factum esse: quam didisceramus prius.

Et imposuit adam. *De nominibus mulieris.*
etiam uxori sue nomen: eius.
tanquam dominus eius. Et ait. Hec uocabitur
uirago. i. a uiro acta. Et est sumptum
nomen a uiri nomine: ut maria de mario
sumpta est. Etiam de nominatio in hebreo: hoc
est. Is enim uir dicitur. unde denominatur issa:
ut a uir: uirago. Hoc nomen proprium illius
mulieris fuit: nunc omnium est commune. Et
est sincopatum est uirgo. Virgines enim dicun-
tur quamdiu sunt in integritate natiuitatis
sue. Fracte: dicuntur mulieres. Similiter hoc no-
men adam: fuit proprium illi homini: nunc uero
commune. Et adam sonat. rubens. ut rubea terra
ipsa factus est. Talis est enim ut ait: ugo tel-
lus. et uirgo. Vel rubea. id est animata: quia sedes anime
in sanguine est. Vel rubens secundum quod futura
erat. i. sanguinea: id est peccatrix. Sangui-
nis enim nomine: sepe designatur peccatum. Ut
ibi. Uestimentum concretum sanguine. Et
sanguis sanguinem tetigit. Imposu-
it ei et aliud nomen eua. scilicet post peccatum.
quod sonat uita: eo quod futura esset mater omni-
um uiuentium. Tamen hic quod non legitur imposuis-
se. sed infra post maledictiones. forte qui plan-
gens hominis miseriam. dixit eam euam: quia
alludens eiulatui paruulorum. Natus enim
recenter masculus: eiulando dicit. a. Mulier
uero: e. a. d. Omnes dicentes. e. ta: quotquot nascuntur
ab eua. *De prophetia ade.*
Imposito nomine: statim prophetauit dicens.

Quamobrem: scilicet quia de uiri latere est: relinquet
sepe homo patrem et matrem propter uxorem suam.
et adhebit uxori sue. tanquam portiuncle
sue. Vel ob hanc rem. de monstruo uxorem:
dixit. Ideo propter hanc mulierem: relinquet
homo. et cetera. Et hoc fit cotidie a uiris. Vel maxime
intelligendum est: relinquet sepe. i. non iun-
getur eis in matrimonio. hic: due. in lege.
xi. in euangelio plures persone amouentur
a coniugio. Hoc est propter hoc scilicet coniugium: re-
linquet homo. patrem et matrem. quia relinquet cohabitare cor-
paliter: uel spiritualiter. quia maior est zelus in uxo-
rem quam amor filiorum: in parentes. non dico
parentum in filios. humor enim ascendit
de trunco ad ramos. sed non redit et ideo ibi non
dixit. propter hoc relinquunt parentes filios. Et
erunt duo in carne una. i. unientur am-
bo in uno corpore carnali. uel erunt duo
in carne puerigigenda. Non enim ex san-
guine uno. sed ex sanguinibus concreatur
paruuli caro. Ut licet sint duo personaliter:
erunt tamen in coniugio una caro. quia uen-
ter potestatem habet sue carnis. *De statu*

Erat autem uterque nudus. *ante peccatum.*
nec erubescebant. Nichil
putabant uelandum: quia nichil senserant
refrenandum. Sicut nec erubescimus: si quis
uiderit caput et manus et pedes nostros. In or-
dinatus enim membrorum motus: ipsa facit
pudenda. Sic et pueri sui dicantur pu-
denda eorum. non erubescunt: quia beneficio
etatis motum erubescibilem nondum sen-
serunt. qui pudendus est: quia inordinatus.
Inordinatus: quia non peccato suo fit non raro.
sepe plus excusatus. Nec tamen cum excusari
potest a peccato: rubore carere potest. Unde
sanctus zacharias. cum sanctam elizabeth cog-
nosceret ad gignendum sanctum precursorem
domini: tamen uideri nollet. Et hic quibusdam ui-

sum ē dm̄ p̄cepisse utrq;. de abstinētia pomi
licet p̄occupatum sit. De suggestiōe de-

Serpens erat callidior monis.
cunctis aīantib; t̄re. et n̄lt̄ et inci
denter: q̄ plenus erat demone. Lucifer
enim deiect̄ a parady̆so sp̄uum. inuidit
hōi. q̄d eēt in parady̆so corpor̄. sciens si fa
ceret eum t̄nsgredi. q̄d ille eiceret̄. Timēs
uero dep̄hendi a uiro. mulierē min̄ p̄-
uidam ⁊ certā in uicium flecti: aggressꝰ
ē ⁊ hoc p serpentē. q̄ t̄c serpens erat erect̄
ut homo. s; in maledictiōe p̄stratus ē. ⁊
ut tradit: phareas adhuc erectus incedit.
Elegit etiam quoddā gen̄ serpentis ut
ait beda. uirgineum uultū h̄ns: quia
silia silib; applaudūt. ⁊ mouit ad loq̄ndū
lingūm ei. t̄n nescientis: sicut p̄ fanati
cos ⁊ energuminos loq̄r nescientes. Et
ait. Cur p̄cepit uob ds. ut non come-
deretis de omī ligno paradysi. id ē: ut come
detis de ligno. s; non de omī: Querit.
ut ex responsione occasionem inueniat
dicendi: ad q̄d uenāt. et sic f̄m est. Cū
enim q̄ dubitando dixit mulier. ne
forte moriamur: q̄ dubitans. ad q̄mlib;
partem de facili flectitur: securus de im
petratione ait. Nequaq̄m moriemini.
Immo ds nolens uos silari ei in scia. et
sciens q̄d cum comederitis ex ligno hoc.
eritis sicut dii. scientes bonum et ma-
lum: q̄ inuidus p̄hibuit. Elata mu
lier. uolens similari deo: acquieuit.

De esu pomi ⁊ statu post pecca- tum.

Viditq; mulier
p̄us. q̄d lignum eēt pulchrum
uisu. i. mundum ⁊ ex odore ul' tactu
notat q̄d ad uescendū suaue: comedit.
deditq; uiro. forte p̄moriens u̇bis p̄
suasibilib;. que t̄nsit legislator. bre
uitatis causa: qui et ei facile ad quieuit.
quia cum crederet prius mulierē statim
morituram. iuxta u̇bum dn̄i ⁊ uidisset
n̄ fuisse mortuam: dictū hoc a dn̄o esti
mauit t̄m ad terrorē ⁊ comedit. Et ap
ti sunt oculi eor̄. i. uisu tale q̄d p̄ceperunt
q̄d n̄ ante: disconuenientiā. s. nudita
tis. Vel n̄ de oculis corporis intelligendū
ē. cum dictum sit. uidit mulier lig
num ⁊ c̄. Non enim accessit ad lig
num q̄i palpones: s; oculos cordis dicim;
concupiscentiā. et cognitionē eius.
Erant enim concupiscentie natura
les motus in eis s; repssi et clausi: ut
in puis usq; ad pubertatē. Et riuuli tā
q̄m tunc apti sunt: et ceperunt moueri
et diffundi. Quos cum p̄us in se eē non
sensissent: tunc ex p̄u se ⁊ agnouerunt
eos. Et sicut inobedientes fuerāt suo
superiori: sic et mēbra ceperunt moueri 9̄
suum superi. i. rōnem. Et p̄mum mo
tum concupiscentie contrariū rōni:
senserūt in genitalib; ⁊ sua contra se
moueri uidentes: erubuerūt. Vn̄ et
illa: pudenda dc̄a sūt. Cetera quidē mēb;
ad nutum hominis stant. aut mo
uentur. Pudenda: non. Quia ū hec
ē porta p̄paginis ⁊ inobedientia mem
brorum: q̄i signum inobedientie
parentum. scriptū ē in porta. Et cog
nouerūt se nudos: id ē disconuenire
pudenda: id ē erubuerūt uiči puden
da. T̄n iosephus tradit. sciam cognos
cendi se nudos ⁊ intelligendi confu
sionem suā. hausisse ex esu ligni. q̄i h̄c
effectū n̄ liter h̄ntis: dicens. Illa nanq;
plantatio: causa acuminis erat et
intellectꝰ.

De maledictionib; ser
pentis ⁊ mulieris ⁊ uiri.

Tunc fecerunt sibi perizomata, id est succinc-
toria, quasi braccas breves ut campe-
stria. Hec sine causa de foliis ficuum, quia de
succo eorum si terrantur caro hominis inuncta
statim ibi sentit voluptatis prurigi-
nem: ut quasi per hoc ostensum sit, quia prurri-
ginem voluptatis iam in carne sense-
rant. Hinc quidam dicunt ficum fuis-
se arborem prohibitam. Et audierunt vo-
cem domini deambulantis: ut ex ipso suo
motu iam videretur eos arguere, quia non
steterant in precepto. Loquebatur autem
per subiectam creaturam eis. Et abscondé-
runt se a facie domini in medio lignorum. Vo-
cavitque dominus virum, sciens cui dederat precep-
tum: et increpando non ignorando ait.
Adam ubi es? Quasi vide in qua miseria
es. Qui ait. Abscondi me, quia nudus eram.
Stulta responsio: quasi displiceret nudus qui talis
fuerat factus. Et ait dominus. Quis hoc indica-
vit tibi, nisi quod de ligno comedisti. Ille vero non
humiliter confitens, sed peccatum in uxorem re-
torquens, immo et in ipsum mulieris datorem:
ait. Mulier quam dedisti mihi sociam de-
dit mihi de ligno et comedi. Et ad mulierem ait. Quare hoc
fecisti? Hec ipsa se accusavit: sed obliquum
peccatum in serpentem. Tacite vero in aucto-
rem serpentis. Serpens vero non interrogatur,
quia ipse hoc non fecerat, sed diabolus per eum. Et
maledicens eis, cepit a serpente, ordinem
servans et congruum maledictionum
numerum. Serpens enim et prius et plus pecca-
vit, quia in tribus. Mulier post et minus eo,
sed plus viro, quia in duobus. Homo postre-
mo et minus, quia in uno. Serpens
invidit, mentitus est, decepit. His tribus reddi-
te sunt tres maledictiones. Quia invidit
hominis excellentie, dictum est ei. Super pectus
tuum gradieris. Quia mentitus est, punitus
in ore. Terram comedes omnibus diebus vite
tue. Immo abstulit ei vocem, et posuit ei
venenum in ore. Quia decepit, accepit hoc.
Inimicitias ponam inter te et mulierem. Hinc
innuitur quod Eva penituit. Ipsa conteret
caput tuum: quod naturaliter servat serpens,
quasi sedem vite. Et tu insidiaberis calcaneo
illius, maxime. Et ita sicut natale odium
est inter equos et grifes, lupos et canes, sic
inter hominem et serpentem. Sicut enim
venenum serpentis hominem, sic sputum
hominis ieiuni perimit serpentem. Et quia
adhuc nudi erant, serpens nunc hominem ti-
met nudum et fugit, in vestitum insi-
lit. In duobus peccavit mulier. Superbi-
vit, humiliavit eam dicens. Sub viri po-
testate eris violenta, ut etiam tibi verberibus vul-
neribus te affligat. In defloratione: nunc
quidem subdita viro conditione et timo-
re, cum prius subiecta fuerat sed amore. Et quia
in fructu peccavit, in fructu suo pu-
nita est. Unde dictum est ei. In dolore pari-
es. Quod dictum est ei in dolore: maledictio
est. Paries: benedictio est. Maledicta enim
sterilis. Et ita in puniendo non est oblitus
misereri deus. Quod etiam in aliis maledic-
tionibus hominum notandum est. Adam
quia in solo esu peccavit, in labore que-
rendi sibi edulium punitus est, sic. Male-
dicta terra in opere tuo: scilicet pro opere tuo, id est pro pec-
cato pro quo factum est, ut terra que prius
bonos et uberes fructus sponte faciebat,
deinceps raros, nec sine hominis labore, et quan-
doque pro fructibus spinas et tribulos. Et ad-
didit. Et comedes herbas terre, quasi. Etiam
in hoc parce eris victurus. Terre autem ma-
ledixit, quia de fructu terre transgressio fac-
ta est, et non aquis. Unde non est quod comedit dominus
piscem. Sed non legitur comedisse carnem de terra

uiuentium maledicta: nisi forte de agno paschali per preceptum legis. Ad dicit ergo de labore. In sudore uultus tui. uesceris pane tuo. donec reuertaris in terram. id est donec moriaris: quia terra es et in terram ibis. Pulchre dictum est: ibis. Quasi. Qui in eo statu stetisses. donec transires in melius si uelles: modo de miseria in miseriam ibis. more fluentis aque. Et tunc adam plangens miseriam posteritatis: uocauit uxorem suam. euam: ut dictum est. De electione hominum de paradyso et de rumphea ignea.

Fecit quoque deus ade et uxori eius. tunicas pelliceas. id est de pellibus mortuorum animalium: ut signum sue mortalitatis secum ferrent. Et ait. Ecce adam quasi unus ex nobis factus est. Yronia est. quasi. Voluit esse ut deus. Sed in euidenti est modo: quia non est. Hec est uox dei insultantis. sed nos a superbia corrigentis. et est uox trinitatis. Vel est uox dei: ad angelos et est uox plangentis. quasi. Patet quia factus est a me. ut esset quasi unus ex nobis: si stetisset. Hunc quoque ne mittat manum. Esu. de li. uite. i. co. iuuat in eternum. Aposiopesis est. quasi. uidete. uel cauete. eiecit eum. Dura uidetur. dei sententia: que penis predictis penam electionis addidit. Sed est. hic enim penam quam dederat misericorditer temperauit: ut uerum de eo appareat. Cum irati fuerimus. misericordie non obliuisceris. Quia enim uicturi erant in miseria: quanto esset uita diuturnior. tanto miserabilior. Si ergo gustassent de ligno uite: diutius uiuentes. diutius miseri essent. Non est mirum. si etiam post peccatum per esum ligni illius diutius uixissent. cum adhuc sint quedam insule uiuentium. in quibus nullus moritur: sit etiam lanugo in foliis arborum apud seres: cuius esu uita protelatur. Et iam alexander scripsit aristotili. de sacerdotibus arborum solis et lune: quod esu pomorum longissimam agant uitam. Et sicut dixerat. et emisit eum dominus de paradyso uoluptatis. ut operaretur. de qua sumptus est in agrum damascenum. de quo supius fiat. in quo cayn abel suum fratrem interfecit. iuxta quem adam et eua sepulti sunt in spelunca duplici. Et collocauit ante paradysum uot. che. et fla. gla. atque uer. ut angelus arceret diabolum. ignis: hominem. Vel ministerio angelorum posuit ignem ibi. qui intercluderet paradysi ingressum. qui nomine gladii. non cuiuslibet. sed uersatilis dicitur. id est utrimque secantis. quia pena fuit homini: in utraque sui parte puniri. Vel deus est uersatilis. id est aptus ad uersandum. id est tollendum: cum deus uellet. Ablatus enim fuit ad tempus: ad inuitus helya et enoch. Penitus uero non: donec in morte christi fuit extinctus. Si queritur. quid consumebat ille ignis: potest dici. quod quedam species ignis est. sicut in uita beati nicholai legitur. cui si manum adhibes ardorem sentis. sed non pateris ad ustionem: nec eget materia quam consumat. Et talis urit spiritum. Item si queritur. quare permisit deus hominem peccare. ut

> Electionem primorum parentum representat ecclesia: in capite ieiunii. cum eicit ex se penitentes. Cui utique dat in signum tunicarum pellicearum cinerem sub his uerbis. Cinis es et in cinerem reuerteris. Et in memoriam maledictionis electi candelas ardentes ferunt. quia pro ope quam porrexerant manus ad pomum uetitum: apposita est ignea rumphea paradyso. Transeunt quoque ad aliam ecclesiam et claudunt coram eis fores. in signum ad inuitus padysi quondam obclusi. Non ad missam. sed sic etiam comedunt. Quasi.

> et Maledicta terra: in opere tuo. Nemo dicit eis aue: quia nondum mutatum erat nomen eue.

temptari. cum sciret lapsurum et de multis
in huc modum: dicens quoniam ad presens att-
net opus. quia sic voluit. Si queritur cur vo-
luit: insipida est questio. querere causam volun-
tatis divine. cum ipsa sit summa causa om-
nium causarum.

De generationibus ade.

Adam cognovit uxorem suam: sed non
in paradyso: sed iam reus et eiectus.
Breviter legislator generationes ade transit.
festinans ad tempora abrahe patris hebreorum. et
plures subticet ade filios et filias. Sed metho-
dius martyr oravit dum esset in carcere et
revelatum est ei a spiritu de principio et fine
mundi: quod et oravit et scriptum licet sim-
pliciter reliquit. dicens: quod virgines egressi
sunt de paradyso et anno vite adam xv.
natus est ei cayn et soror eius calmana et si .u.
factus est adam. qui in etate xxx. annorum:
tamen fuit unius diei et anni et post duorum
annorum. et post trium: et sic de ceteris. Et po-
tuit ante caym multos genuisse: quos ta-
cuerit hic. Post alios xv. annos.
natus est ei abel et soror eius delbora. Anno
vite adam c.xxx.: ca-
yn occidit abel et luxe-
runt eum adam et eva: c. an-
nis. Tunc natus est eis seth: xxx. anno
prime chiliadis. Inchoat enim methodius
seculum: post c. annos ade et vocat seculum: u-
nam chiliadem. Et consonant in hoc.
lxx: qui dicunt adam .ccxxx. annorum esse
cum genuit seth. Sed tamen in hebreo est: c.xxx.
Sed redeamus ad brevitatem genesis. Con-
cepit eva et peperit cayn: quod interpretatur pos-
sessio. Rursumque peperit abel. quod sonat luctus.
vel meror. sive vapor: qui cito transiturus.
Tanquam nomine prophetatum fuit: quod de ipso
futurum erat. Tamen secundum iosephum. interpretatur
nichil hoc: quia non reliquit semen super terram.

locus in quo luxerunt
eum: dicitur vallis
lacrimarum: iuxta hebron

Abel fuit pastor: et cayn agricola. Cum
enim esset malignissimus: ut avaricie sue
consuleret terram primus coluit.

De oblationibus fratrum.

Post multos dies obtulerunt
fratres munera. cayn de frugibus terre.
abel secundum iosephum lac et primogenita
agnorum. Moyses ait. de adipibus eorum
id est de pinguioribus gregis etiam obtulit.
Creditur adam in spiritu docuisse filios: ut
offerrent decimas deo et primitias. Et res-
pexit dominus ad abel: et ad munera eius. Ad ca-
yn vero et ad munera eius: non respexit. Qua-
si placuit deo abel: et pro ipso placuit obla-
tio eius. Quod quomodo cognitum fuit: alia
translatio aperit. Inflammavit dominus super
abel et super munera eius. Ignis enim de celo.
oblationem eius incendit: ut legitur helye fac-
tum: in carmelo. et in levitico: sub mo-
yse. Munera vero cayn. ex avaricia ho-
minis nata: deo non placuerunt. Iratusque est ca-
yn. et concidit vultus eius pre verecundi-
a: minorem sibi prelatum videns. In-
crepans quoque dominus cayn: ait. Quare iratus es?
Nonne si bene egeris recipies. premium scilicet
a me? Vel precipies: posuit theodotio.
acceptabile erit munus tuum. Si au-
tem male: statim in foribus peccatum ade-
rit. id est presto et in voluntate: per quam ingressus
est ad opus. Sed quia tamen liberi arbitrii es. sub te. id est in
potestate tua. erit appetitus eius. scilicet pecca-
ti: et dominabis illius. si volueris. Alia transla-
tio habet. Quare concidit vultus tuus? Nonne
si recte offeras et recte non dividas. peccasti?
Quiesce. ad te conversio eius: peccati. si commiseris.
et tu si vis dominabis illius. Recte obtulerat
quia deo: quia creaturam creatori. sed non recte di-
viserant quia se qui melior oblatio est diabolo.
Vel non recte divisit: quia meliora
sibi retinuit. spicas vero attritas et corrosas

Iecit suā: deo obtulit. De morte abel

Jnuidens itaq; cayn frī suo: dixit ad eū. Egrediamur foras in campū. Vt tūscam dicit ieroñ: qr
hoc supflue in lib's samaritanoꝝ et nr̄oꝝ reppertū. Non enī legit qd dixit ad eum. s; intelligendum ē qd dixit ei uerba dn̄i: increpantis
Sz ꝯsurrexit adūsus abel: ⁊ interfecit eum. ⁊ ad
eū dn̄s. Vbi ē abel frāt tuus? Non ignorans: s;
increpando in ꝓpans fr̄icidiū. Qui cū uellet
occultare fcm̄: dixit ds. Vox sanguinis frīs tui:
clamat ad me de tr̄a: i. notorium ē qd fecisti. qr
effusio sanguinis hoc indicat. nec eget accusatore. qd in euidenti ē. Jnde ē qd in ecclia ⁊ si
nemo accuset p sanguinis effusione in sac̄ loco
suspecti trahunt in cam: qr sanguinis clamat.
Qd si negauerint: iudicio dei examinant. Nc
g malediet sup trā: uag et pfug. Merito iste
maledicit. qd n̄ adam: qr sciens iste penā prime puaricōis: tn̄ fr̄icidiū addidit. Timuit g cayn. ne t bestie eum deuorarent. si egderetur
ab hoib;. ł si manēt cum eis. p pcō suo occiderent eū: dāpnans se. ⁊ desperans ait. Maior ē
iniquitas mea: qm̄ ut ueniā merear. Omis q
inuenerit me: occidet me. Ł timore hoc dixit.
Vł optando dixit. q. utinā occidat me. Dixitq;
ei dn̄s. Nequaq̄ ita fiet. s; cito. s. morieris. Sz
omis qui occidit cayn. supplendū ē. liberabit
eū a labore ⁊ miseria ⁊ tn̄ addit impliciter. septuplum punietur. i. punitio fiet de eo dū uiuet in pena: usq; ad septimū lameth. Qd
ꝯsonat tr̄nslōni. lxx. Oīs qui occidit cayn:
vii. uindictas exsoluet. Tradunt quidā penam ei durasse. usq; ad. vii. ei gn̄ationem:
qr. vii. peccata ꝯmisit. Nō recte diuisit. frīm
inuidit. dolo se egit uocans in agrū. occidit. pcatū negauit. desperauit. penitentiā
dampnatus n̄ egit. Vt qui occidit cayn: septuplū punietur. i. plus q ipse cayn: p phibitione
homicidii. q n̄dū facta fuerat cayn. Et
posuit ds signum in cayn tremo-
rem. s. capitis. ut sic sciret a dn̄o punitus.
ł ex cōicatus ⁊ indignus in societa. n̄ interficeretur. Et
egressus a facie dn̄i: habitauit ad plagā orientalem eden: i. deliciarum. n̄ tn̄ in deliciis.
s; iuxta terram deliciarum. ł eiectionem cayn represen
Joseph ait. Et multā
pagatus terram cum
uxore sua calmana
collocatur in loco
qui naida non cu-

tat ecclia. excōicando sanguinarios. precipue cū
candet extinctis: qr ⁊
ille iusti uitā frīs extinxerat.

pat. quo et filii nati sunt. Jeronimus tn̄ dicit. n̄ est
terra naida. ut uulgus nr̄m putat: s; habitauit intra nod. i. instabilis ⁊ uag. qd sonat nod: et dicit cayn nod. De gn̄ationib;

Cognouit cayn uxorē suā. cayn.
Que pepit enoc. ⁊ fecit ciuitatē. ⁊ dixit
eā ex noie filii sui enoc. Hic patet. etiam
multi hoies erant. ⁊ si n̄ dicatur eoꝝ gn̄atio:
quos ꝯuocauit cayn ad urbē. quorū auxilio
eā fecit. Et ait ioseph. qr rapinis ⁊ uiolentia opes ꝯgregans: suos ad latrocinia inuitabat. ⁊ simplicitatē uite hoium ad mensuraꝝ ⁊ ponderum ad inuentionē pmutauit. ⁊ ad calliditatē ⁊ corruptionē pduxit.
Terminos tre pm̄us posuit. ciuitates murauit. ⁊ timens quos ledebat: ob securitatē suos
in urbib; collegit. Porro enoc genuit irath.
qui mauiael. q matusael. q lameth. q
septimus ab adā et pessimus: qr primus bigamiā introduxit. ⁊ sic adulterium fecit cōt legē
nature ⁊ dī decretū. Jn pma enī creatione:
unica unico fca est mulier ⁊ ds p os ade
decreuerat. Erunt duo in carne una. Accepitq;
duas uxores: adā ⁊ sellā. Genuitq; ada: iabel.
qui ad inuenit portatilia pastoꝝ tentoria ad immutanda pascua ⁊ greges ordinauit ⁊ caractib; distinxit. sepositq; secundum
gn̄a greges ouium. a gregib; hedoꝝ ⁊ sm̄
qualitatē. ł unum colores a grege sparsi

uellis, et secundum etatem, ut anniculos a maioribus, et commissuras certis temporibus faciendas intellexit. Nomen fratris eius Iubal: pater canentium in cythara et organo. Non instrumentorum quidem, que longe post inuenta fuerunt, sed inuentor fuit musice, id est consonantiarum, ut labor pastoralis quasi in delicias uerteretur. Et quia audierat Adam prophetasse de duobus iudiciis, ne periret ars inuenta, scripsit eam in duabus columpnis, in qualibet totam. Vna marmorea, altera latericia, quarum altera non dilueretur diluuio, altera non solueretur incendio. Marmoream dicit Iosephus adhuc esse in terra Syrica. Sella genuit Tubalcayn, qui ferrariam artem primus inuenit. Res bellicas decenter exercuit. Sculpturas operum in metallis in libidinem oculorum fabricauit. Quo fabricante Iubal, de quo dictum est, sono malleorum delectatus, ex ponderibus eorum proportiones et consonantias que ex eis nascuntur excogitauit. Quam inuentionem Greci Pytagore attribuunt fabulose. Sic ex ope fruticum excogitauit operari in metallis. Cum enim frutices incendisset in paschuis, uene metallorum fluxerunt in riuulos, et sublate lamine figuras locorum in quibus iacuerant referebant. Soror uero Tubalcayn Noema. Lamech autem secundum Iosephum res diuinas sapienter sciens, uidens Cayn pene sublatum, se uero debere maiorem penam, predixit hoc mulieribus suis sic. Quoniam occidi uirum in uulnus meum et adolescentem in liuorem meum, septuplum dabitur ultio de Cayn, de Lamech uero lxxvii. Lamech uero uir sagittarius diu uiuendo caliginem oculorum incurrit. Et habens adolescentem ducem, dum exerceret uenationem pro delectatione tantum et usu pellium, quia non erat usus carnium ante diluuium, casu interfecit Cayn in frutecta estimans feram.

Quem cum ad indicium iuuenis dirigens sagittam interfecit, iratus illi, cum arcu ad mortem uerberauit eum. Occidit ergo Cayn in uulnere, adolescentem in liuore uulneris. Vel utrumque occiderat in uulnus et liuorem suum, id est in dampnationem suam. Et ideo cum peccatum Cayn esset punitum septuplum, ut diximus, suum punitum est septuagies septies, id est lxxvii anime egresse de Lamech in diluuio perierunt. Vel hoc numero maioritatem pene tantum notat. Hebreus ita: Mulieres sue sepe male tractabant eum, unde sepe iratus dicebat eis se pati hoc, quia pro duplici homicidio egerat. Tamen terrebat eas subdendo penam, quasi diceret: Cur me multis inficitis? Grauius punietur qui me interficiet, quam qui Cayn.

De Seth et eius generatione

Cognouit quoque Adam adhuc uxorem, que peperit filium et uocauit eum Seth. Dicit Strabus post mortem Abel uouisse Adam non ulterius uxorem suam se cogniturum, sed Deo iubente per angelum fregit uotum, ut Christus filius de eo nasceretur. Tamen Iosephus dicit quia Abel interfecto et Cayn effugato, Adam de propagatione filiorum cogitabat, et uehementer eum amor generationis angebat. Hanc cogitationem propagationis potuit uocare Strabus preceptum Domini, quia iusserat: Crescite et multiplicamini. Sed et Seth natus est filius, quem uocauit Enos, quod sonat homo uel uir, quia rationalis et fortis. Iste cepit inuocare nomen Domini. Forte inuenit uerba deprecatoria ad inuocandum Dominum. Sed plerique Hebreorum arbitrantur quod imagines ad honorem Dei excogitauit, et errauit. Vel forte ad excitandam pigritiam memorie Christi effigiauit Dominum, ut modo fit.

Epilogum interserit.

Hic est liber generationis Ade. Repetit de generatione Ade, ut integrum ordinem genealogiarum prosequatur. Unde quidam incipiunt

ab adam: primam etatem. Alii: a seth. Quibus: as
sentit methodius. et ideo hoc dicit: quia de abel nullus
natus est. et generatio cayn tota periit in diluuio.
Vixit autem adam. ccxxx. annis: et genuit seth
ad imaginem et similitudinem suam. Ipse ad i
maginem dei. reliqui ad imaginem eius: quod fere
idem est. Forte moyses: c. annos luctus ade pretermisit:
quia ut dictum est. lxx. et methodius et ioseph. ccxxx.
annorum eum fuisse scribunt. cum genuit seth.
Iste genuit enos. qui cainan. qui malaleel. qui ia
red. qui enoch. qui matusalem. qui lamech. qui noe.
Sicut ergo in generatione cayn. septimus fuit pessi
mus lamech: ita in generatione seth. vii. fuit
optimus. enoch. Et transtulit illum deus in paradysum
uoluptatis ad tempus: ut in fine temporum cum helya
conuertat corda patrum in filios. Iudei tamen causam huius
translationis attribuunt potius septenario. quam
sanctitati eius: quia plures leguntur sanctiores eo. quorum nullus
translatus est. In tantum enim aiunt deum omnia sub
septenario disposuisse: quod et dicunt eum. vii.
celos cassse. et cuique nomen suum datum. et vii.
terras. quas dauid fundamenta montium uo
cat. De annis matusale: diuerse sunt opiniones.
Secundum computationem. lxx: uixit annos. xiiii. post
diluuium. Sed non legitur fuisse in archa: nec transla
tus. ut enoch. Quidam dicunt. quod mortuus
fuit ante diluuium. vi. annis. Ieronimus asserit quod
eodem anno in quo fuit diluuium: quod et diligens
computatio annorum eius secundum genesim: mani
festat. Tamen omnis in numero annorum uite eius conueni
unt. quia uixit annis nongentis sexaginta no
uem tantum. Porro noe fuit decimus ab adam:
in quo prima etas terminata est. ita quod ipse in
ea fuit. Huius etatis annos. lxx. ponunt duo mi
lia: ducentos. xliiii. Ieronimus non plene duo mili
a. Methodius: duo milia. Ipse tamen per ciliades
secula disponit: nec apponit annos si supersunt.
et ideo nichil certum de numero annorum tra
didit. De causa diluuii.

Noe uero cum quingentorum esset annorum: genu
it sem. cham. et iaphet. Moyses uero dic
turus de diluuio. premisit causam eius: dicens.
Cum cepissent homines multiplicari super terram.
uiderunt filii dei. id est filii seth religiosi. filias
hominum. id est de styrpe cayn: et uicti concupiscen
tia acceperunt eas uxores. et nati sunt inde gy
gantes. Tempus quidem quando factum fuit hoc. utrum sub
noe. uel ante. uel multum uel parum ante: non de
terminatur. Ioseph autem dicit. quod usque ad sep
timam generationem boni permanserunt filii se
th: post ad mala progressi sunt. recedentes a sollemp
nitatibus patriis. Et ob hoc: deum contra se irrita
uerunt. Nam multi angeli dei mulieribus
coeuntes: iniuriosos filios genuerunt. Qui propter
confidentiam fortitudinis: gygantes agi
dicti sunt. Methodius causam diluuii. hominum scilicet
peccata. diffusius exsequitur dicens: quia quin
gentesimo anno prime ciliadis. filii cayn
abutebantur uxoribus fratrum suorum nimiis for
nicationibus. Sexcentesimo: mulieres in ue
saniam uerse supergresse uiris utebantur. Mor
tuo adam. seth separauit cognationem suam
a cognatione cayn. qui redierat ad natale
solum. Nam et pater uiuens prohibuerat:
ne miscerentur. Et habitauit seth in quodam
monte: proximo paradyso. Cayn. habitauit
in campo ubi fratrem occiderat, quingentesi
mo anno secunde ciliadis: exarserunt homines in
alterutrum coeuntes. Septingentesimo:
~~anno secunde ciliadis~~. filii seth concupierunt
filias cayn: et orti sunt gygantes. Et in cep
ta tercia ciliade: inundauit diluuium.
Sic ordinat methodius. Potuit et esse. ut in
cubi demones genuerint gygantes: a
magnitudine corporum sic dictos de nomina
tos: a geos quod est terra. Sed et immanitati cor
porum: respondebat immanitas animorum.
Post diluuium tamen: nati sunt alii gigantes

in hebron. Et postea fuerit in tham civitate egypti: a quo et cytanes dicti sunt. De quorum stirpe fuit enachim: cuius filii inhabitaverunt hebron. De quibus ortus est golias: et quidam alii. Iratusque deus peccatis hominum: dixit. Penitet me fecisse hominem. Quasi. Faciam quod solet facere homo: penitens operis sui. Delet enim quod fecerat. Et est sensus. Delebo hominem: quem feceram. Non enim permanebit spiritus meus in homine in eternum: quia caro est. Quasi. Non puniam eum eternaliter ut diabolum. quia fragilis est: sed hic reddam quod meretur. Et tamen priusquam disperdam eum: dabo ei tempus penitudinis si voluerit. Eruntque dies illius. ad penitendum .s.: cxx. annorum. Non enim intelligendum est de spiritu hominis: sed de dei indignatione. Nec est terminus iste humane vite post diluvium: cum postea inveniatur homo amplius vixisse. Et dixit dominus hoc ante annos .xx. quam inciperet fieri archa. ut dicit ieronimus: que facta legitur .c. annis. Vel secundum strabum eo anno dixit: quo cepit archa fieri. Sed quia in malicia perseveraverunt: ante prefixum terminum .s. c. anno deleti sunt. Tamen iosephus dicit: hunc terminum vite hominum statutum. Quod autem dicitur deus tactus dolore cordis intrinsecus: forte nichil aliud est quam quod homines latebat quantitas divine offense. [est] Ut antipospatos est.

Noe vero erat perfectus in generationibus suis. Quasi. Non illius perfectionis que est in patria: sed secundum modum generationis sue .s. terrene. Et dixit dominus ad noe. Finis universe carnis coram me venit: preter eos qui in archam erant salvandi. Disperdam eos cum terra .i. cum fertilitate terre. Tradunt enim vigorem terre et fecunditatem longe inferiorem post diluvium. Unde esus carnium homini concessus est. cum antea fructibus terre uesceretur. De archa.

Fecit noe iuxta preceptum domini archam de lignis levigatis .i. politis. ut quadratis. Alia littera: vel bituminatis. longitudine .ccc. cubitorum. latitudine .L. altitudine .xxx. ad modum .s. humani corporis. in quo longitudo .vi. est maior latitudine. et decies maior altitudine. Est autem longitudo a planta: usque ad verticem. Latitudo a latere lateris ad latus. Altitudo: a dorso ad ventrem. quod tamen multi de corpore christi tantum dictum esse volunt: quia sic legitur in ysidoro. Humani corporis instar ostendit: in quo christus apparuit. Fuit ergo hec archa in fundamento quadrata. sed in forma altera parte longiori. ab angulis consurgens in artum donec in cubito summitas eius perficeretur.

Bitumine intus et extra linita est. quod est gluten ferventissimum. quo ligna lita non dissolvuntur. aliquando vi. vel arte. nec materia bituminata: potest solvi nisi menstruo. In lacubus iudee supernatans colligitur. In syria limus est: a terra estuans.

Cui agricole locutus est dominus. ut faceret .s. navem in stercoronum .i. ad conuitendendum. vel forte ab arcendo: quia undique clausa.

Facta sunt in ea cenacula et tristega .i. distinctiones: dicte a trica. Dicitur alia translatio: bicamerata et tricamerata. Habuerit enim .v. cameras. quas augustinus preter sentinam dicit ibi fuisse. dicens super tabulatum sentine fuisse eam bicameratam. Una camerarum: erat stercoraria. Altera apothecaria. et super hanc mansionem erat alia tricamerata. Laterales camere erant: una iumentorum. altera mitium animalium. Media: hominum et avium. et habuit ostium: ubi bicamerata et tricamerata iungebantur. Alii vero has .v. camaras in altitudine sola disponunt: inferiorem quam et sentinam stercorariam dicentes. Secundam

super illam apotecariam. tertiam in imum animalium et serpentium. Et ubi hec iunguntur: ostium ponunt. Quartam medium. Supremam hominum et avium. Josephus tamen dicit archam quatuor cameras habentem. forte stercorariam ut sentinam non includens. Fecit in ea noe fenestram. quam hebrei cristallinam fuisse dicunt. que in hebreo vocatur meridianum: a Symmacho dilucidum. Dicit Rabanus cubitos arche geometricos. Alioquin tanta capere non valeret. Continet enim cubitus geometricus sex nostros. vel ix. Quisque enim cubitus pedem et dimidium habet.

De ingressu in archam.

Perfecta igitur archa: dixit dominus ad noe. Ingredieris archam tu et filii tui. uxor tua et uxores filiorum tuorum. In his viii. reservatum est seminarium generis humani et seorsum viros. seorsum mulieres notavit dominus: cum de ingressu loqueretur. Ac si diceret. Tempore afflictionis vacandum est ab amplexibus. Et ex cunctis animantibus universe carnis. bina induces in archam. id est combinata: id est masculum et feminam. De immundis vero animalibus fuerunt ibi tamen duo: secundum genus suum. De mundis vero vii. Immunda vocat ea moyses: secundum tempus suum: que scilicet lex vocat immunda. vel ut dicta sunt immunda: quia tamen universaliter esui hominum non erant apta. Ideo dixit universaliter: quia nulla adhuc ad edendum concessa. Tollesque omnibus ex escis que mandi possunt: et erunt tam tibi quam illis in cibum. Sed queritur de minutis animantibus: utrum introducta sint ad hunc numerum. Dicit Augustinus quod que non generantur de coitu non fuit necesse esse in archa: que scilicet de pulvere ut pulices. vel de humoribus vel corruptionibus nascuntur. Quod autem generata tamen introducta sint: innuitur cum additur. secundum genus suum. vel in genere suo. Queritur etiam si sine transgressione mandati ibi aliqua fuerunt: que nec-

tas alendorum eorum que vescuntur carnibus. coegisset includi. Dicit Augustinus posse esse preter carnes alimenta omnia. ingredi cum que carnibus vescuntur. ficubus et castanea vesci posse: precipue cum omnibus vesci cogit fames. Forte nondum et animalia carnibus vescebantur: sicut nec homines.

Quomodo ingressus est in archam.

Fecitque noe cuncta que dominus preceperat. DC. anno vite sue ingressus est noe in archam cum omnibus que dixerat ei dominus. que et nutu divino et angelorum ministerio adducta sunt mense secundo. die xvii. qui ab hebreis ysan dicitur: a latinis maius. a macedonibus dios. Moyses autem in legitimis nisan id est aprilem primum constituit: secundum iosephum. In contractibus vero et alia gubernatione: temporum decursu et usualem ordinem mensium servavit. Dicit iosephus quod ab adam usque ad hoc tempus fuerunt anni ii. milia. sexcenti quinquaginta sex. Quod in sacris litteris conscriptum: integritate signatum est.

De cataclismo.

Ingresso noe: rupti sunt fontes abyssi id est aque que in visceribus terre sunt. et cataracte celi id est fenestre ~~celi~~ aperte sunt id est nubes. Cataracte: proprie sunt meatus nili. cum per vii. ostia separatur. vel loca eius scilicet que catadupla dicuntur. Abusive: quilibet aquarum meatus intimales. Et pluit super terram xl. diebus et noctibus et elevata archa: in sublime ferebatur. Super omnes montes excrevit aqua. altior cubitis xv. ut ablueret sordes aeris: usque quo ascendant opera hominum. usque ad eundem locum ascendet ignis iudicii: ob aeris purgationem. Sed non videntur opera hominum tantum ascendere potuisse: cum olimpus usque ad liquidum aera evadat. sicut que littere inscripte in pulvere per annum reperte sunt stetisse immobiles. vel per nimia aeris raritate. nec et aves vivere queunt. nec philosophi ascendentes absque spongiis plenis aqua. aliquantulum ibi manere potuerunt. quas naribus apponentes. crassiorem inde aerem attrahebant.

Cap. m

xi

Sȝ sunt q̃ putant montiũ altitudinẽ tũc
ñ fuisse tantã: q̃nta nunc ē. Vel fortasse in
sublimib; sacrificantes. ignẽ accendebant:
ẽ uapor et fauille multũ ascendẽ potuerũt.
et aera maculare.

Ca. 8

Et cum intrasset noe. clausit ostiũ
dñs. 7 bituminauit exterius. 7 mortua
ẽ oĩs anima uiuens. s. r terrã. 7 obtinuerũt
aque t'ras. ita exaltate. cl. dieb; . ab illa. s.
die. q̃ ingressus ẽ noe. p̃t dies. cl. ceperunt
aque minui m̃se. vij. ita q̃d xxvij. die
m̃sis. requieuit archa sup montes arme
nie. Illic arche reliquias usq; nũc: p̃uin
tiales ostendũt. Hui' diluuij 7 arche ut ait
ioseph' memoriam faciunt: q̃ barbaror̃
historias ɔscripserũt. De quo berosus caldeũ
sic ait. D̃r nauis eĩ que in armeniã ue
nit c̃a montem cordieũ adhuc q̃dam
pars ẽẽ 7 q̃dam bitumẽ ex ea tolli: quo
maxĩe hoĩes ad expiationẽ utunt'. Me
minit ẽ eĩ ier' egiptius: q̃ antiquitatẽ
ɔscripsit. Manasses damascen': de eis d' sic
ait. Est sup minadã excelsus mons in
armenia. qui baris appll'r. in quo mul
tos ɔfugientes. sermo ẽ diluuij t̃p̃re liba
tos. 7 q̃ndam in arthã simul deuectũ 7 c.
Decimo tandẽ m̃se. p̃ma die m̃sis: appa
ruerũt cacumina montiũ. Cumq; t̃nsis
sent. xl. dies: apuit noe fenestrã. et emi
sit coruũ. qui ñ reu'tebat': forte intercept'
aq's. Vel inueniens sup natas cadauer
in aquis: illect' est eo. Tam ioseph' ait.
q̃d cuncta repiens inundantia: regres
sus ẽ ad noe. Emisitq; p' eum colũbam.
Que cum ñ inuenisset. ũ requiesceret pes
ei': reũsa ẽ ad noe. Sȝ ũ ñ ne cacumina
montium. ia erant nudata: forte noz
dum siccata: 7 sic in palude requiescẽ ñ
potuit. sicut ñ in aqua. Vel p' recapi
tulationẽ pot' prius intelligi factũ: q̃d p̃ea
dictum. Post dies. vij. itẽm emisit eã. q̃
uespe rediit. ferens ramũ oliue uirentẽ.
P' alios. vij. emisit eã. que ñ est ult' reũ
sa ad eum. Igit' dc̃. p̃mo anno. p̃mo m̃
se. p̃ma die m̃sis. apuit noe tectũ arche.
7 uidit q̃d exsiccata ẽẽt supficies t're: s; e
grediendi expectabat dñi p̃ceptum.

Mense s'c'do. De egressu noe: 7 de yri.

vicesima septima die m̃sis: dixit
dñs ad noe. Egredere de archa. tu et uxor
tua: filii tui 7 uxores filior̃ tuor̃. Con
iuncti iubent' exire: q̃ disiuncti intra
uerant. Ac si diceret eis. Iã ẽ rediit t̃ps am
plexandi: ut multiplicemini s' terram.
Mox enĩ subiunxit. Crescite 7 multipli
camini. Et egressus ẽ noe. cum uniũsis
q̃ erant cum eo: eadẽ die qua ingressus
fuerat. reuoluto anno. Ingressus ẽ aũ. xvij.
luna m̃sis s'c'di. licet alia h̃at t'nslatio. xxvij.
7 eg'ssus ẽ. xxviij. luna eadẽ die. Q̃a q̃ta ẽ
luna hodie. si. xi addas: tota dicit' eadẽ die
reuoluto anno. Si hodie p̃ma: eadẽ die
sequenti anno. xij. Nec moueat te q̃d dixi
egressum. xxviij: cũ liber dicat. xxvij.
Potuit enĩ ẽẽ. q̃d uespa. vij. 7 xx. lune.
egressus sit. iam imminente. xxviij. Me
dia ũ t̃p̃ra: quolibet nomine extremor̃
sepe nominant'. Ut cum dñs crucifixus
fuit int' 7 iii. 7 vi. quidã euangelista
dicit hora tertia. alius. vi. Vel potius. 7
noĩa. vii. dieb;. si in t'cia feria ẽ luna. xvij.
reuoluto anno: in eadẽ t'cia f'ria erit. lu
na. xxviij. q' ɔpot' dieb; p' unam diẽ des
cendit in martirologio. Vbi causa. kl'e
ianuarij s' in dñica 7 luna. vij. reuo
luto anno in kl'ndis ianuarij. t'cia
luna erit. xviii. s; kl'nde erit s'c'da f'ria. g'
die dñica ante kl'as. erit luna. xvii. 7

Augustinus tamen dicit: per recapitulationem hoc esse dictum. Adhuc enim vivente patre, cum esset centum quadraginta quinque annorum, et Abram septuaginta quinque: egressus est de Aram, relinquens sibi patrem et fratrem. Et in itinere dum iret in Mesopotamiam, dominum locutum ei et dixisse: Egredere de terra tua. Non quin iam egressus esset: sed animum redeundi ad eam habebat. Q. d. Qui egressus es corpore: egredere mente. Jeronimus dicit veram esse Hebreorum traditionem, qui annos Thare ponunt .lxx. cum genuit Abram, et mortuo patre: egressum Abram de Aran, et plurium esse annorum tunc quam Moyses dicat. Sed annos ei dicunt computatos ab illo tempore, quo dei auxilio evasit ignem Chaldeorum, ut ideo ei reputetur tempus etatis, ex quo confessus est dominum: spernens ydola Chaldeorum. Et ut dicit Josephus: iam recidebatur vita hominum paulatim, declinans usque ad Moysen. In quo terminum vite quem statuat dominus confirmavit. Centum enim et viginti annorum: Moyses mortuus est.

De adventu Abram in terra Chanaan.

Tulit ergo Abram Sarai et Loth, et animas quas fecerant in Aran: id est animantia que ibi adquisierant. Et intravit terram Chanaan. Et venit ad Sychen, que corrupte Sychar sepe legitur, et ad vallem illustrem que Pentapolis dicebatur tunc a quinque urbibus Sodomorum. Hunc mare salis vel mortuum dicitur, quia in eo nichil vivum mergi potest habens animam. Vel lacus aspalti, id est bituminis. Quod dicitur iudaicum: vel vallis salinarum.

Hoc dicitur mare diaboli cuius suasu ibi multum peccatum est, et multum aluminis ibi reperitur.

Apparuitque ei dominus: et dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificavit ibi altare domino, ubi apparuerat ei. Unde de eo sic ait Josephus. Primus presumpsit deum creatorem unum esse cunctorum pronuntiare: et hominum opiniones quas ceteri de deo habebant innovare et immutare prevaluit.

Hec autem coniciebat per terre passiones et maris: et ea que contingunt circa solem et lunam: et ex omnibus que circa celum sepe eveniunt. De eodem meminit Berosus dicens. Post diluvium decima generatione fuit apud Caldeos vir in celestibus rebus expertus. Inde transgrediens Abram: tetendit tabernaculum inter Bethel et Hai. Et edificavit ibi iterum altare domino. Et perrexit Abram vadens et ultra progrediens ad meridiem. Quo vivit: subticet Moyses, vel brevitatis causa, vel quia notum. Habitavit autem in Damasco. Unde et nomen eius usque nunc in civitate Damascena habetur in gloria et vicus ostenditur qui ab eo dicitur habitatio Abrahe. Unde Nicholaus Damascenus. Habram regnavit in Damasco veniens advena cum exercitu: de terra que super Babylonem dicitur Caldeorum.

De descensu Abre in Egyptum: et reditu eiusdem.

Facta est fames magna in terra: Canaan et descendit Abram in Egyptum. Timensque libidinem Egyptiorum, ne eum propter speciem mulieris occiderent: sororem suam dixit eam esse. Et sublata est mulier valde pulcra in domum Pharaonis. Abram vero bene usi sunt propter eam. Deus vero desiderium regis impedivit, ne tangeret eam: egritudine et tumultu causarum. Cumque pro salute regis sacrificarent sacerdotes, per iram dei hoc accidisse significaverunt, quod uxori peregrini iniuriam inferre voluisset. Vocavitque Pharao Abram: et dixit ei. Cur non indicasti quod uxor tua esset? Ecce coniux tua. Accipe eam: et vade. Et precepit rex viris: ut deducerent eum. Erat enim dives valde in auro et argento: in servis et ancillis et iumentis. Arismeticam sane et que de astrologia sunt Egyptiis tradidit: ante eis ignota. A quibus postea pervenerunt ad Grecos. Reversusque est Abram ad locum ubi fixerat tabernaculum: inter Bethel et Hai. Partitique est terra

xiiii

cum loth. dum pastores eorum inter se rixaren-
tur pro pascuis: optionem etiam concessit loth.
Et elevans oculos loth: vidit regionem iordanis
congruam sibi et moratus est in oppidis sodomo-
rum. Abram vero descendit ad convallem man-
bre. iuxta hebron et habitavit ibi. fecitque
ibi altare domino. Hebron civitas est que caria
tarbe dicitur, id est civitas iiii. Arbe enim iiii: caria
th civitas. Ibi enim sepultus est adam maxi-
mus. abraam. ysaac. et iacob: cum uxoribus suis.
Manbre vero et anel et escol. fratres erant: et con-
federati sunt abre. A primogenito eorum vallis cog-
nominata erat. Habitabat autem ibi abram:
circa quercum vel terebin-
tum. Cuius radices
apparent adhuc.
quam post nomine
iosephus vocatam
dicens. habitabat
abram circa ilicem
que vocatur ogigi.
Ibi promisit deus ei:
quod omnem terram circumstantem quatuor
partes orbis daret ei et semini eius. De vic-
toria abre et occursu melchisedech.

Factum est autem in illo tempore ut
amraphel rex sennaar, id est babilonis.
et cetera. Iam tamen processerat libido dominandi.
quod queque civitas regulum habebat. quorum
plurimi alicui maiori regi serviebant. Tan-
dem omnes subditi erant monarcho assyri-
orum. Sane quinque civitates sodomorum. sodo-
ma et gomorra. adama et seboim. bala que
et segor: quinque reges habebant. Has subiuga-
verat sibi codolaomor rex elamitarum et tribu-
tarias sibi fecerat. et xii. annis servierant ei
in tributo. Tertiodecimo: noluerunt sibi
dare. Porro quartodecimo anno. codolaomor
assumens sibi tres reges. babylonis et pon-
ti et gentium. collecto exercitu. convenerunt in
vallem silvestrem. in qua erant putei bitumi-
nis. que post iram dei perversa est in mare mortu-
um et circa adiacentia loca depopulatus. Et egres-
si sunt quinque reges: ut pugnarent adversus
.iiii. qui et terga verterunt. et ceciderunt plurimi.
et qui remanserant. fugerunt ad montes. Tulerunt
autem victores omnem substantiam eorum et captivos.
duxerunt nec non et loth: substantiam eius. Et ecce unus
qui evaserat. nuntiavit hoc abram hebreo.
ut transfluviali. quia de trans eufraten venerat.
qui numeravit expeditos vernaculos suos.
trecentos decem et octo. et tres predictos fratres.
manbre et anel et escol. et persecutus est eos usque
dan. qui est unus de fontibus iordanis. et ab eo
oppidum dan dictum est. quod nunc paneas
dicitur. Alter enim: ior dicitur. Et irruit super eos
nocte. Divisisque sociis in tres turmas: dormi-
entes trucidavit. Vigilantes. pre ebrietate
pugnare non valentes: effugerunt. Et persecutus
eos usque hoba: que est ad levam damasci. Et
reduxit loth. mulieres quoque et populum et om-
nem substantiam eorum. Occurrit autem ei rex sodo-
morum. ad locum qui dicitur vallis regis in via
solime civitatis. vel salem. que postea dicta
est ierusalem. At vero melchisedech rex salem:
obtulit ei panem et vinum. Quod quidam exponens
iosephus ait. Ministravit exercitui exenia.
et multam habundantiam rerum oportuna-
rum simul exhibuit: et super epulas benedixit
deum. qui abre subdiderat inimicos. Erat e-
nim sacerdos dei altissimi. Cui abram decimas
dedit: ex omnibus spoliis et tamen primum: deci-
me leguntur date. primicie vero: ab abel. Et
ait ad eum rex
sodomorum. Da
mihi animas: cetera
tibi tolle. Et no-
luit abram

Arbor illa secundum ieroni-
mum. usque ad tempus theodo-
sii imperatoris duravit:
et ex illa fuisse perhibetur
hec que nunc est. que licet a-
rida: tamen medicinalis est.
de qua qui secum tulerit:
ium e [illegible] eius
non inf[illegible]dit.

[illegible] et unum [illegible] iordanis dicitur.

Iosephus: in fine libri sui.
Potentissimus chananeorum.
qui lingua patria iustus rex
appellatus est: primus deo sacer-
dotium exhibuit et fanum

etiam minimum quod tollere: exceptis que comederunt iuvenes et partibus trium fratrum qui venerant cum eo.

edificavit et urbem quam ierosolimam dixit. cum ante solima vocaretur. Chananeis post expulsis: primum iudeorum in ea iebuseus R EG HAVIT.

Hunc melchisedech aiunt hebrei fuisse sem filium noe et vixisse usque ad ysaac et omnes primogenitos a noe usque ad aaron sacerdotes fuisse. qui in conviviis et oblationibus populo benedicebant et habebant primogenita: de quibus post explicabitur. De ortu iubelei.

Ab hac victoria tradunt iubeleum inicium habuisse: pro hac remissione captivorum. Jobel enim remissio: vel inicium. Inde iubeleus remissivus: vel incipians. Ob hoc autem institutus est quinquagesimus: quia tunc erat loth ut dicunt quidam quinquaginta annorum. Vel tunc erat quinquagesimus annus ex quo locutus erat dominus abrahe in via. vel ex quo egressus erat de charran. Vel abraham peritus astrorum. in quibus etiam secundum quosdam zoroastrem magice artis inventorem instruxit. Noverat quidem quod intemperies aeris que fiunt ex elevatis vel depressis planetis semper usque ad quinquaginta annos ad tempus redeunt: et quod vidit fieri in astris: voluit imitari in terris. De sacrificio abrahe post promissionem heredis.

ca. 41

His itaque factis: locutus est dominus ad abram. Protector tuus sum: et merces tua magna nimis. Et dixit abram. Quid dabis michi? Ego vadam absque liberis: et damasci filius eliezer procuratoris mei. erit heres meus: quasi dicat. Quid michi de promissione terre. cum desit heres? Ab hoc damasco aiunt damascum conditam et denominatam: et ibi eum regnasse. Et dixit dominus ad eum. Non erit hic heres tuus: sed qui egredietur de utero tuo.

Credidit abram deo: et reputatum est ei ad iusticiam. Et quia in spatium promittebatur: quesivit abram signum. unde sciret hoc sic fieri. non ex diffidentia: sed sperando et modum querendo. Et hinc maxime mos inolevit iudeis: signa querere. Et ait dominus. Sume michi in crastino capram et vaccam et arietem. queque trima: et turturem et columbam. quasi dicat. Immolabis michi hec: et ostendam tibi signum. Qui tollens hec animalia divisit per medium partes contra se alteras secus posuit. Aves autem non divisit. Et dum expectaret preceptum domini de modo immolandi: descenderunt volucres super cadavera et abigebat eas abram. Cumque sol occubuisset: sopor irruit super abram et horror magnus. qui fuit pars signi et dictum est ad eum. Scito prenoscens: quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: et subicient eos extranei servituti et affligent quadringentis annis. Tu autem ibis prius ad patres tuos. Generatione autem quarta: revertentur huc. quasi dicat. Ne expectes te mox regnaturum in terra hac: et semen tuum post te. Te enim prius mortuo: post quadringentos annos implebitur promissio mea. Nec est intelligendum quod tot annis servierint in egipto. sed hic numerus in illa afflictione completus est: quia secundum ysidorum ab illo tempore computantur. quo ista abrahe promittuntur. Augustinus: ab ysaac nato computat. quia dictum est semen tuum et ab anno nativitatis ysaac. usque ad annum egressionis de egipto: numerat quadringentos quinque. sed scriptura subticet quinque: et legitur littera sic. Semen tuum peregrinum erit: quadringentis annis. Sive enim in terra chanaam. sive in egipto. peregrinum fuit: donec habuit hereditatem ex promissione dei. Illud autem interpositum. subicient eos et affligent: non refertur ad

quadringentos annos. Quod autem dictum est.
in quarta generatione eos redituros: secundum tribum
sacerdotalem intelligendum est. Leui enim
genuit caath. Qui genuit amram. qui genu-
it aaron. qui eleazar: qui cum aaron egressus
est. Hec dicas quatuor generationes. personas. scilicet suc-
cessiones: non tot sunt generationes. quotiens
legitur ibi genuit. Quod alia littera habet. quinta
generatione: secundum tribum regiam est. Judas
enim genuit phares. qui genuit esrom. qui
genuit aram. qui amminadab. qui genuit
naason. qui cum patre egressus est. Et facta est
caligo. et apparuit ignis. quasi clibanus. transi-
ens inter divisiones illas. et consumens eas.
Ecce signum. Et terminos terre diffiniuit eis
dominus a riuo torula. flumine egipti. usque ad
eufraten: et populos eius nominauit.

Igitur. De fuga agar et ortu ysmaelis.

Sarai non habebat liberos: et dixit abrahe. Ingre-
dere ad ancillam meam agar. si forte ex illa sus-
cipiam filios. Et ingressus est ad eam. Que cum
concepisset: despexit dominam suam. et abram
dissimulabat. Et ait sarai. Inique agis
contra me. Iudicet deus inter me et te. Cui
abram. Ecce ancilla tua in manu tua:
utere ea ut libet. Affligente autem eam sa-
rai: illa iniit fugam. uolens redire in pa-
triam: quia egyptia erat. Et inuenit eam
angelus domini dum sitiret et uiam ignoraret.
soliuagam: iuxta puteum qui est in uia in
deserto sur. Qui dixit ad eam. Unde uenis. et
quo uadis? Et illa. A facie domine mee sarai
ego fugio. Cui angelus. Reuertere ad dominam
tuam: et humiliare sub ea. Et rursum.
Concepisti et paries filium: et uocabis no-
men eius ysmael. Hic primo legitur nomen pre-
dictum a domino: quod prerarum est. Manus eius
contra omnes et manus omnium contra eum:
et e regione fratrum suorum figet tentoria. Quod

tamen non de ipso legitur: sed de filio eius cedar. Tamen
de gente ipsius. hoc predictum est: quia sarraceni ua-
gi sedibus incertis: gentes quibus desertum ex la-
tere iungitur impugnant: et ab omnibus
impugnantur. Hoc autem precipue futurum erat
secundum methodium: quando iiii. principes de
gente ysmael. quos etiam filios uinee uocat.
forte pro uesania. tamquam ebrios. oreb et zeb et
zebee et salmana. egressi sunt de solitudine contra
filios israel. qui uicti per gedeon. retrusi sunt
in solitudinem de qua prodierant. Quod uero legitur
in genesi. Hic erit ferus homo: hebreus habet
phara. quod sonat onager. Propter hoc ut dicit
methodius: dictum est. Onagri et caprea a
deserto omnem bestiarum superuenientur rabiem:
et mansuetorum numerus conteretur ab eis. Dicit
enim de filiis ysmael quod obtinebunt orbem terre
per uii. ebdomadas annorum. et uocabitur iter
eorum. iter angustie. quia patrem illorum ysma-
el: uocauit dominus onagrum. In sacris locis
interficient sacerdotes. ibidem cum mulie-
ribus dormient ad sepulchra sanctorum religa-
bunt iumenta. Et hoc pro nequitia christianorum
qui tunc erunt: de quibus dicitur. In nouissimis
diebus erunt homines seipsos amantes etc. Et tunc
implebitur: quod dictum est per ezechielem. Fili
hominis. uoca bestias agri: et exhortare illas:
dicens. Congregamini et uenite: eo quod
sacrificium magnum immolo uobis. Manduca-
te carnes fortium: et bibite sanguinem ex-
celsorum. Cumque loqueretur dominus cum agar.
pertransiit in turbine: et ipsa uidit poste-
riora dei: et ait. Uidi posteriora uidentis me.
Et appellauit puteum uiuentis et uiden-
tis. quia uidebat eam dominus et qui reddiderat uitam
sitienti: ostendendo puteum. Adhuc pute-
us agar ostenditur: inter cades et barath.
Que cum redisset. peperit filium: et uoca-
uit eum ysmaelem. Abram autem erat octo

ginta sex annorum: cum natus est ysmael. **De pacto circumcisionis et de mutatione nominum abre et sarai.** Ca. xiii

Postquam undecentum .i. xc.ix. annorum esset pater: apparuit ei dominus dicens. Multiplicabo semen tuum: et tu custodies pactum meum. hoc scilicet. Circumcidetur ex vobis: et cetera. Sed antequam pactum exponat: nomen ei mutat. Dicebatur enim abram: ex abba et ram. quasi abbaram .i. pater excelsus. et addita est .a. littera: et dictus est abraam. quasi abbaam. quod sonat multorum. subauditur gentium. Hebrei tamen dicunt. quod de nomine suo tetragramaton .e. litteram addidit deus abrae: que tamen sonat .a. Idyoma enim eorum est scribere .a. et sonare .e. et e converso. R. autem superaddita est: causa euphonie. Et quia tempore circumcisionis mutatum est ei nomen: cum circumcidunt. imponunt hebrei nomina. Volens itaque dominus quasi quodam caractere populum suum ab aliis discernere: induxit eis circumcisionem sic. Circumcidetur ex vobis omne masculinum et circumcidetis carnem preputii vestri. Infans octo dierum circumcidetur tam vernaculus quam empticius. Cuius caro circumcisa non fuerit: peribit anima illa de populo suo. Quod cultello fieret: non est preceptum. Quare autem fieret lapideo: post dicemus. Notandum quod servus primo dictus est a servando. Victores enim victos hostes. quos ad vitam servabant: servos dicebant. Verna vero. vel vernaculus. ut vernacula: qui nutritus est domi. Empticius: qui in propria persona emptus est. Originarius: qui et servus glebe: scilicet colonus. Dixitque dominus ad abraam. Non ultra vocabis uxorem tuam sarai: sed saram. Qui dicunt mutationem nominis sare sic factam. quod cum prius per duo .r. scriberetur. modo per unum tantum conscribitur: errant. Sed cum diceretur sarai .i. princeps mea. et quasi unius gentis: dicta est sara .i. princeps absolute. quasi omnium gentium princeps futura. Et attende quod quantum ad nos: videtur .i. littera subtracta. et nulla addita. Sed apud hebreos addita est .a. et scribitur per .e. Quidam quia sarath hebraice lepram sonat: erraverunt. putantes eam primo lepram vocari. Et ait dominus. Ex illa dabo tibi filium: et vocabis nomen eius ysaac. Cecidit abraham in faciem: et risit pre gaudio. dicens applaudendo. Putasne centenario nascetur filius. et sara nonagenaria pariet? Et ait dominus. Sara pariet tibi filium: et vocabis nomen eius ysaac. quod interpretatur risus: scilicet a risu patris. Ecce secundo: a domino predictum est nomen. Adhuc de duobus legitur hoc in veteri testamento: de sansone et iosia. et in novo de duobus tantum. ihesu et iohanne. Etiam multiplicationem ysmaelis: ei promisit dominus. Et cum finitus esset sermo domini: circumcidit se abraham et ysmaelem. et omnem familiam suam sexus masculini. Abraham tunc erat nonaginta novem annorum: et ysmael tredecim. **De tribus angelis susceptis ab abraham.** Ca. xviii.

Apparuit ei dominus in convalle manbre. Cumque elevasset oculos: vidit tres viros. Et occurrens: unum ex eis adoravit. Dicit iosephus tres angelos in specie humana missos: ut unus nuntiaret abrae de filio suo. duo subverterent sodomam. Eusebius vero ait. Primo omnium prophetarum abrae verbum dei. cum in figura apparuisset humana. vocationem gentium pollicetur: et sic apparuit ei filius. quem adoravit. Sed quia nusquam legitur pater apparuisse in subiecta creatura: dicitur quod duo angeli apparuerunt in designatione duorum preconum moysi et helye: quorum alter primum prevenit adventum. alter preveniet secundum. Quos et rogavit abraham. ut diverterent ad eum: et paululum comedendo confortarentur. Qui assenserunt. Festinans abraham precepit

sare: ut de trib; satis simile. facerēt panes sub
cinericios. Ipse tulit uitulū de armēto opti-
mū. tulitq; butyrum et lac: et uitulū assa-
tum 7 posuit coram eis. Veri simile ē. q̄d p̄-
us hoīes eē̄ credidit. quib; exenia parauit: p̄t
angelos dei eē̄ comp̄bauit. De cibo q̄m
sumpserunt potest dici. q̄a in mastican-
do exinanitus sit: sicut aqua calore ignis.
Abraham stabat iuxta eos. Sara uero erat
post hostiū tab̄nacl̄i. Et dix̄ angelus. Reū-
tens ueniā ad te: tempore isto. i. eod̄ die. re-
uoluto anno: et habebit sara filiū. Quo
audito: risit sara. Erant eñi ambo senes:
et desierant sare fieri muliebria. i. men-
strua. Quib; deficientib;: defecit uis pari-
endi. Si alt̄r iuuenis eēt: ñ erat impossi-
bile ex sene et iuuene p̄lem fieri. S; ambo
erant: p̄uecte etatis. Ad hec etiā ipsa: sterilis
erat. Risit g̊. q̄r dubitauit: dicens. Post-
q̄ꝫ cōsenui 7 dñs meus uetul' est. uoluptati
op̄am dabo? Dixitq; dñs ad abraham. Q̄re
risit sara? Numq̄d q̄cq̄m deo ē difficile?
Negauit sara se risisse: p̄territa. Ecce qua
intentione quisq; riserit. d̄ iudicare potu-
it: qui corda nouit. De duob; angl̄is des-
cendentib; i sodomā.

Cum surrexissent uiri: direxerūt oc̄los
contra sodomā 7 abraā gradie-
batur simul. Et dixit dñs. Num
potō celare abrahe que gesturus sum. Et
ait ad illum. Clamor sodomoꝝ et gomor-
re ueñ ad me. P̄ccm cum clamore. ē cul-
pa cū lib̄tate: cum. s. q̄s palam 7 ad libi-
tum suū peccat. P̄ccm illoꝝ fuit sup̄bi-
a uite 7 habundantia panis: p̄p̄t quā
usq; ad innoīabilem libidinē p̄rupuīt.
Grauis idit. Descendam: et uidebo utrū
clamorē qui ueñ ad me. op̄e compleuīt.
Qui oīa nouit: hoc in exemplū nobis

reliq̄t. Q̄ dic̄t. Mala hominū non ante
credite: q̄m p̄beris. Inde ē q̄d iudex soli si-
bi crīmen notū: punire ñ potest. Inde eti-
am dictū ē. Nemo te condempnauit:
nec ego te condempnabo. Abraham uero
memor loth f̄ris sui. app̄inq̄ns ad do-
minū: ait. Numq̄d p̄des iustū cum ip̄io?
Non ē hoc tuum: qui iudicas omnē ter-
ram. Si fuīnt q̄nquaginta iusti ibi. ñ
ne parces pop̄lo p̄pter eos? Et ait dñs. Di-
mittā omī pop̄lo: p̄pter eos. Tunc abraā
q̄si paulatim descendens: ait. Si fuīnt
quadraginta q̄nq;? Item. Si quadra-
ginta? Et si triginta? Q̄d si uiginti?
Q̄d si decem? Et ait dñs. Non delebo eos:
p̄p̄t decē. Abiīt dñs. i. ñ apparuit: post-
quam cessauit loq̄ ei. Et ille reūsus ē in loc̄
suū. Ueneruntq; illi duo angl̄i qui fuīant
cum dño. t alii s'cdm quosdā sodomam ues-
p̄e. sedente loth in forib; ciuitatis: exspectan-
te alicui' hospitis aduentū. Qui occurrens
eis. adorauit: petens ut diuerterent in domū
suam. Quos renitentes: cōpulit oppido.
Ingressisq; illis: fecit conuiuiū. Coxit azi-
ma: et comederunt. Tunc uiri ciuitatis a
puero usq; ad senem uallauerūt domū:
et dixerūt loth. Educ uiros illos huc: ut cog-
noscam' eos. Qui ait. Habeo duas filias: q̄
ñdum cognouerūt uirum. Abutimini
eis. ut libet: tm̄ his nich mali faciatis. q̄a
ingressi sūt sub umbra culminis mei. Mod̄
eñi fideliū erat: ab omī iniuria hospites
suos defensare. Q̄d autē dixit. p̄turbatio
animi fuit: ñ consiliū. Consilium sane ē.
ut faciat quis leuius: ne ipse cōmittat g̃-
uius. Nullo autē modo debet quis leuius
facere mortale: ne alius cōmittat g̃ui'. At
illi noluerūt: et uim faciebant loth uehem-
entissime. Et ecce angl̄i introduxerūt loth: et

clauserunt ostium. Illos uero percusserunt ceci-
tate non priuatione uisus sed aorisia: quam latine
auidentiam dicere possumus. que facit non ui-
deri non omnia. sed que non est opus. qua percussi sunt
qui querebant helyseum. cum esset cum eis. et
discipuli dominum euntes in emaus. Forte hoc
nos quoque querimus: quod in manu tenemus. Et
dixerunt angeli ad loth. Omnes tuos educ:
de urbe hac. Delebimus enim locum istum. Et in-
gressus loth ad generos suos: ait. Surgite
et egredimini: quia delebit dominus ciuitatem
istam. Non est credendum ut ait ieronimus his
qui dicunt alias filias a predictis uirginibus
habuisse loth. habentes uiros. que cum uiris
submerse sint: sed generos uocat. futuros ge-
neros. Unde hebraica ueritas habet. Egressus est
loth ad sponsos: qui noluerunt egredi. con-
suetudine hanc uxorum loth esse dicentes.

De subuersione sodomorum.

Mane dissimulante loth exire. apprehen-
sum eum cum uxore sua et filiabus suis.
statuerunt angeli extra ciuitatem dicentes.
Ne respicias retro: sed in monte saluum te
fac. Quia ex perturbatione nondum plene cre-
dens domino: ait. Non possum in monte sal-
uari: ne forte apprehendat me malum et mo-
riar. Forte senex montium frigora et laborem
uie perhorrebat. Sed hic est ciuitas parua.
ad quam fugere sufficio: ut saluer in ea.
Et ait dominus. Non subuertam urbem pro qua lo-
cutus es. Et ideo. quia dixit parua: uocatum est
nomen urbis segor. id est parua. Tradunt he-
brei hanc urbem primo dictam balam et post sa-
lisam et in ysaia uitulam conternantem. quia
tertio terre motu absorta sit post subuer-
sionem quatuor aliarum ciuitatum: nunc ciui-
tas palme. Quamdiu ergo fuit loth in ea: pe-
percit ei dominus. Sed ut dicit ieronimus loth timens
consuetum ei terremotum: egressus man-
sit in monte. Egresso itaque loth de sodomis.
pluit dominus super ciuitates illas: sulphurem et
ignem. Pluit dominus a seipso eius in terra. a se ens
te in celo. iudicans ab imperante. Pluit autem
hec. ut terra in eternum aresceret: sine spe ite-
rum germinandi. et ita grauius puniuit istos: quam
primos peccatores diluuio. Licet enim illi in
suam excederent. tamen quia naturaliter peccabant et
uniuersos subiuit: etiam paruulos pro peccatis pa-
rentum. In quo prouisum est illis: ne diu ui-
uentes. sequerentur exempla patrum. Et est ali-
quod bonum homini reum non esse qui gloriosus non est.
Prodest enim pauperem non esse: qui rex esse non potest.
Et respiciens uxor loth: uersa est in statuam
salis. Quam iosephus dicit se uidisse: et hac-
tenus manere. Versa est ergo regio in lacum
sal-sum et steri-
lem. qui dicitur
mare mortu-
um. quia nec pis-
ces. nec aues:
in eo uiuunt.
ut in aliis. Na-
uem non patitur
nec ullam ma-
teriam sustinet
nisi que bitumine
illustratur. nam
omne carens uita
in profundum mergitur. Si quid uiuum
aliqua arte immerseris: super exilit. Lu-
cerna ardens supernatat: extincta mergi-
tur. Multis locis nigras glebas bitumi-
nis uomit. Et ideo lacus alphaci. uel al-
phatides dicitur. Dicitur etiam: quod poma na-
ta in arboribus circumpositas. usque ad ma-
turitatem coloris sunt uiuidi. Matura si in-
cidas: fauillas intus inuenies. Unde ut ait
iosephus: fabule terre sodomitice fidem

Lacus hic. iudeam diui-
dit et arabiam. que olim
fuit illa solitudo inuia et
inaquosa: in qua quadra-
ginta annis fuerunt filii israel.
Dicit iosephus. quod nimia eius
leuitate: etiam grauissima in
eum iacta: referuntur. Unde
uespasianus. quosdam uinctis
post tergum manibus. iussit in
altum proici. et omnes tanquam
ui spiritus sursum repulsi: de-
super fluitabat.

[...]habitant. Dicitur etiam vallis salinarum. forte quia ibi sal. vel lapides salis: circa inveniuntur.

De incestu Loth.

Loth autem egressus de segor. mansit in monte. in spelunca: et due filie eius cum eo. Diiudicantes autem filie loth consummationem mundi futuram per ignem: et suspicantes tale aliquid factum. quale in diebus noe. scilicet ad reparandum genus humanum se servatas esse superstites cum patre. Ideo consilium inierunt: et mesticiam patris et rigorem vino mollientes. singule licet virgines singulis noctibus susceperunt ab ignorante conceptum. nec repererunt. Hoc tamen desuper appungunt hebrei. quasi incredibile. quia natura rerum non patitur coire quempiam nescientem. Vel dicitur nescisse filiam fuisse: putans fuisse uxorem suam. Dicitur quoque impossibile: in defloratione fieri conceptum. Ob hoc antichristus: dicet se filium virginis. Peperitque maior filia filium: et vocavit eum moab. patrem moabitarum. Minor peperit filium et vocavit eum ammon: patrem ammonitarum. Moab: ex patre. Hoc nomine: mater aperte publicavit incestum patris. Ammon: filius populi mei. Hec aliquantulum texit. Quasi filius est cuiusdam: de populo meo. Dicit ieronimus filias posse excusari. quia crediderunt genus humanum defecisse: et pietas posteritatis. impietatem incestus excusavit. Sed hoc patrem non excusat: scilicet infidelitas eius. causa fuit incestus. De eodem tradit strabus: loth inexcusabilis est. Primum: quia angelo non credidit se posse salvari in segor. Deinde: quia inebriatus est. Et fuit peccatum: causa peccati.

[Marginal box: Secundo in|liatio ab ebri:|est sepultura loth.]

De peregrinatione abrae apud abimelech regem gerare.

[Margin: Ca. 20]

Profectus est abraham de convalle manbre in terram australem: et peregrinatus est in geraris. inter cades unde fluxerunt aque contradictionis et sur. loco sororis habens saram: similia prioribus simulans per timorem. Misit autem abimelech rex gerare et tulit eam. In quo vis forme illius miranda notatur: que nonagenaria: adhuc amari potuit. Sed in egritudinem cecidit rex divina voluntate: ne eam tangeret. ut ait iosephus. In fine tamen huius capituli. alia pena notatur. Hec: scilicet quod deus concluserat omnem vulvam domus abimelech. propter saram: ne quod feminarum in domo eius infantem conciperet. Medicis autem desperantibus. soporatus audivit a domino: hec sibi propter uxorem peregrini inferri. Et precepit ei ut redderet viro uxorem. quia propheta erat: et ille oraret pro eo et viveret. Statim surgens vocavit servos suos. Vocavit et abraham: et dixit ei. Quid fecisti nobis? Quid vidisti. ut hoc faceres? Et ait abraham. Cogitavi ne timor dei non esset in isto loco: et interficerent me propter uxorem meam. Alias autem: et vere soror mea est. filia patris. Hic distingue sui. scilicet patris. Sequitur mei. id est qui est meus. subaudi frater. Vel filia patris mei et non matris mee. Quod est. Neptis mea est: et cognata. ex parte fratris mei et non ex parte sororis. Unde alia translatio. Soror mea est: a patre suo et non a matre. Sic enim dicebant cognatos fratres: sic et cognatas sorores. Fratrem vero aran. patrem suum vocavit: quia senior eo fuerat: secundum usum loquendi. quo maiores natu patres vocamus. minores filios. Et quia dignior et maior affectio solet esse propinquorum secundum viros. quam secundum mulieres: propinquam suam per virum. digniori nomine vocavit. sororem. scilicet potius quam neptem. Vel finxit eam filiam patris esse. nec tamen mentitus est. sicut nec dominus cum finxit se longius abire. Preterea cum domino vivente creditur hoc dixisse et ita relator fuit verborum domini: ut helyseus celavit se non agnoscentibus. Quidam tamen dicunt. thare mortua matre abrae et mortuo aran. duxisse

uxorem filii: et genuisse sarã. Vñ et hic
dicit̃ filia thare sc̃dm carnẽ ⁊ sup̃ filia arã.
sc̃dm suscitationẽ seminis: q2 solũ mascu
lum reliquerat. Orauit autẽ abrahã p eo.
et sanat᷒ est: et uxor et ancille ei pepunt.
Et dedit abimelech abrae munera, et trã
ad habitandũ: ad optionem suã. Sare aũt
dix̃. Ecce dedi fr̃i tuo pte mille argenteos.
hoc erit t̃ in uelam̃ oclo4. corã omnib3 qui
tecum st̃. i. in memoriã uerecundie: q2 in
m̃datio de pᵭ hũ sa ei. Vñ subdit exponen
do ⁊ p to ẽ. quocq3 pgẽs: memto te depre
hensam. Vł elegans ẽ irrisio. Hoc erit in
ue. o. i. in pparationem fucus. e. o. Annus e3:
et uicina funeri ⁊ mentita es tñ: et decepi
sti. Habe g° hec t̃: in expensas fucus. q̃d
magnis expensis fieri solebat: maxĩe a
iudeis. Vł ad p. epla emenda: ut tegas fa
ciem. ne ameris. De ortu ysaac ⁊ eiectiõe

Visitauit dñs agar cum filio. Cap. xxi
sarã. concepitq3 et pepit filiũ: et cir
cũcidit eum abrahã octaua die. Hiñ post
totid dies: iudei circũcidunt. arabes uero.
post tredecim annos: q2 eo tpore ysmael gẽ
tis illi᷒ auctor. circũcisus fuit. Et uocauit
eũ ysaac. id ẽ risũ: q2 risũ fecat dñs pare
tib3 ei᷒. i. gaudiũ inopinatũ. Creuit pu
er: et tm̃ is ablactat᷒ ẽ. Et fecit pat̃ grãde
conuiuiũ in die illa: q̃a ea die fili᷒ p̃mo
accessit ad m̃sam pris. Dumq3 simul lu
derent ysmael ⁊ ysaac, maior ledebat mino
rem: ⁊ intellex̃ mater in ludo psecutionẽ.
q2 s. patre mortuo uellet dñari maior
minori. Vł ut hebi tradt̃: cogebat eum
adorare luteas ymagines. quas fecerat.
Qđ cum displicuisset mat̃: dix̃ ad abra
ham. Eice ancillã: et filiũ ei᷒. Dure hoc
accepit abrahã: et dissimulabat. Sz dixit
ei dñs. Audi uocẽ sare. Q° tollens panẽ et
utrem aque: imposuit scapl̃e agar: ⁊ tradi
dit ei puerum. Cũq3 consũpta eẽt aqua in de
serto ⁊ puer deficeret siti. abiecit mat̃ puerũ
sub arbore ⁊ sedit p eul. q̃ntũ arc᷒ iacẽ pot.
ne uideret filium morientẽ: et fleu. Et exau
diuit d̃s uocẽ pueri: id ẽ fletũ m̃ris p pũo.
Et dix̃ angel᷒ mat̃. Surge: tolle puerũ. Et
apuit oc̃los ei᷒ d̃s ⁊ uidit puteũ: deditq3 pu
ero bibe. Et implens utrẽ: abiit. Creuit pu
er: et morat᷒ ẽ in solitudine pharan. Et fc̃s
ẽ uir sagittari᷒ ⁊ accepit ei mat̃ uxorẽ de t̃ra
egipti. De qua nati st̃ ei. xij. filij: p̃ncipes
tribuũ suaꝝ. Quoꝝ appellatione. oppida.
pagi ⁊ tribus. celeb̃rantur. Nabaioth p̃mo
genit᷒. A quo pars arabie. que ẽ ab eufra
te usq3 ad mare rubrum: nabathea dicit̃.
Cedar: sc̃ds. A quo cedar: que ẽ in deserto.
Duma. sext᷒: a q° duma regio. Thema. non᷒:
a q° theman que ẽ ad austrũ. Cethima ul
tim᷒: a quo cedema. que ẽ ad orientem.

Eo tempore. De puteo iuramenti.
uidens abimelech abrahã
multiplicatũ: timuit eũ ⁊ uenit ad eũ
cum phicol p̃ncipe exercit᷒ sui: et ait. Iu
ra m̃ p dñm: ne noceas m̃ ⁊ posteris meis: s3
semp facias m̃ iuxta misericordiam q̃m feci
t̃. Et dux̃ eos abraam ad puteũ. q̃m osten
derat d̃s agar. q̃ fod'at abrahã. ante agar
eiectam. s3 serui abimelech abstulant illum
abrae ⁊ fecerat illũ in solitudine: p gregib3
ad aq̃ndũ. qui longe a mansione ei᷒. in
solitudine pascebant̃. Et restituit ei abi
melech puteũ. Sz in testimoniũ q̃d ipe fo
derat puteũ ⁊ ablatũ restituit ei abime
lech: dedit regi. vij. agnas. Et dix̃ puteũ
b'sabee: id ẽ puteũ septimũ. Sabee enĩ he
braice: vii. sonat. Et ibi°d pcusserũt am
bo fed°. Vñ etiam bersabee dictũ putant:
i. puteũ iuramti. Sabe enim hebice: iu

mentum dicitur. Iosephus tamen interpretatur bersabee: se
dus putei. A puteo uero circumstans regio. etiam
dicta est bersabee. plantauitque abraam circa pu
teum nemus: et fuit ibi colonus multis diebus.
non habitator. Dicit enim stephanus in actibus apostolorum:
quia non accepit ibi hereditatem. nec spatium pedis.

De immolatione arietis pro ysaac

Post hec dum habitaret in bersabee. et
ysaac ut dicit iosephus uiginti quinque
annorum esset: dixit dominus illi. Tolle filium tuum
unigenitum. quem diligis ysaac. et uade in terram
uisionis. et offer eum ibi in holocaustum. super
unum montium quem monstrauero tibi. Terram
uisionis dixit. illam partem iudee. que est in mon
tanis. quia et ipsa a longe. et de illa etiam longe
uideri potest. quam ab ysaia uallis uisionis dicitur. In
summitate uero montium iudee. mons excelsus
erat eminentior. dictus mons moria. quem mon
strauit deus abrahe. ad immolandum filium.
In hoc tradunt hebrei. templum postea factum. et altare
factum in loco quo abraam altare fecit. et dauid an
gelum reponentem gladium uidit. in area
ornam iebusei. Unde dixit ysaias. Erit mons domus
domini in uertice montium. Ad eum fluent omnes gentes. De
quo et dominus precepit iudeis. ne immolarent
in omni loco. nisi in monte quem ostenderet eis
deus. Abraam ergo de nocte consurgens. nemini
quod facturus erat indicans. strauit asinum.
ducens secum duos iuuenes. et filium: et iuit
iter duorum dierum. Tercio die eleuatis oculis:
uidit locum procul. Hinc probatur illi errasse.
se. qui dixerunt eum tunc habitasse inter be
thel et hai. Locus enim ille non distat a mon
te moria: preter unius diei. Et cum accepisset lig
na et ignem. relictis infra iuuenibus cum asi
no: cum filio ascendit solus. Cui filius. Ecce
inquit ignis et ligna. ubi est uictima? Cui
pater. Deus prouidebit sibi uictimam. Et statuit
aram: et lignis dispositis: ignem adhibuit.

Refert autem iosephus uerba patris ad puerum.
dicentis: quia sicut ex uoluntate dei ingressus
fuiat mundum mirabiliter. ita et ex dei uolun
tate necesse erat ei egredi mirabiliter; quem deus
quod iudicasset dignum. non egritudine. non bel
lo. non aliqua passione humana. uitam finire:
sed cum orationibus et sacrificiis animam ipsius ad se uoca
re. et quod suscitaret eum ob implendas promis
siones. Et sic ysaac libens accessit ad aram: et
mortem. De hoc alcuinus dicit. Indubitanti
animo mactare filium uoluit: laudandus in con
stantia offerendi. et in fide suscitandi filii.
Arrepto autem gladio ut filium immolaret:
clamauit ad eum angelus. Non extendas
manum in puerum: nunc cognoui quod times
deum. Non enim sanguinem pueri sciebat
dominus: sed ut sciret quantum abraam timuit dominum.
Et uidit abraam post tergum arietem inter uepres
herentem cornibus: quem obtulit pro filio. He
breus habet: in uirgultis sabech. herentem cornibus.
Et est sabech: genus uirgulti. Hic errauit
eusebius: dicens sabech. hyrcum erectum ad carpen
das frondes. Dixit ergo arietem sabech: id est quasi hy
rcum erectum. Et dicit eum rabanus. non nouiter
creatum: sed aliunde ab angelo allatum. Et
uocauit nomen loci. dominus uidet. et usque ho
die quasi prouerbium dicitur a iudeis in arto posi
tis: in monte dominus uidebit. quasi. Sicut res
pexit ysaac in monte: sic uideat nos in
hac angustia. Diem autem libationis ysa
ac. dicunt hebrei: primam diem septembris.
Unde in ea sollempnizant: et clangunt cor
nibus in memoriam arietis. et iurauit dominus
per semetipsum de semine multiplicando ex ysa
ac: et de terra danda semini eius. Altera die redi
it abraam: et reuersus est in bersabee. Nun
tiatumque est ei: quod melcha genuisset na
chor fratri suo filios octo. Primogenitum hus.
de cuius stirpe descendit iob. sicut scriptum est.

uir erat in terra hus nomine iob: et buz fratrem eius.
Ex cuius genere balaam. qui secundum hebreos dicitur
iob heliu buzites. Errant ergo qui dicunt
iob de genere esau. Quod enim in fine libri eius est.
quod de syro sermone translatus sit. et quod ipse quar
tus sit ab esau: in hebreo non habetur. De concu
bina uero roma: suscepit nachor filios quatuor.

De morte sare.

Rediit autem abraam ad conuallem manbre. et mor
tua est sara. cum esset centum uiginti septem anno
rum. et sepulta est in hebron. in spelunca du
plici. quam emit abraam. quadringentis siclis
argenti ab effron. supplicantibus pro eo ethe.
a populo terre. Erat autem spelunca duplex. ru
pes natalis uel artificialis habens duas speluncas
huius: quam emit abraam in sepulturam generi suo.
In superiori: sepeliebantur uiri. In inferiori: mu
lieres. Vnde adam et eua: iam ibidem sepulti erant.
Nec peccauit abraam emendo. nec ille uen
dendo. sicut nec hodie qui emeret agrum ut fa
ceret cimiterium: nisi forte quia sepulti erant ibi
prothoplasti. Ieronimus tamen dicit. effron reprehenden
dum: et ideo nomen eius mutatum. pro effron effran.

De legatione eliezer in mesopotamiam.

Erat autem abraam senex.
et dixit ad eliezer procuratorem domus
sue. Pone manum tuam sub femore meo et
iura michi per dominum celi et terre. quia non accipies filio
meo ysaac uxorem de filiabus cananeorum inter
quas habito. sed ibis ad cognationem meam.
et inde accipies ei uxorem. Si tamen et illa noluerit
aliqua sequi te: non teneberis iuramento. Iu
rauitque seruus ponens manum sub femo
re eius. Tradunt hebrei: quod in sanctificatione eius.
id est in circumcisione iurauit. Sed quod dicit sub
femore. dicunt cum iurasse in semine abrahe.
id est christo: quem ex se nasciturum sciebat. Vnde et dixit.
Iura michi per deum celi et terre. Quod autem sub femo
re poni manum uoluit: innuit carnem ex

super omnes futuram. Tulit ergo eliezer decem camelos.
et abiit: ex omnibus bonis domini sui portans secum.
magne que rara est. nouit in terra ad quam ibat.
Perrexitque mesopotamiam. ad charran urbem
nachor. multo quidem tempore et labore ut
dicit iosephus: quia in hyeme in mesopotami
a est lutum profunditas. In estate: aque defectio. In
saltibus: latrones. Fecit autem camelos accum
bere iuxta puteum ante urbem. Impotos
noluit introducere. Cum autem uespere egrederentur
mulieres ad hauriendum aquam: orauit dominum.
ut uiro illas inueniret uxorem domini sui. si ali
qua gentis illius domino suo debebatur. et cognos
ceretur ita. ut aliis negantibus aquam illa pos
centi ipsa preberet. Et ecce rebecca batuelis filia.
descendebat et impleuerat ydriam. aliis quod autem
tentibus se a pergeno. aquam prebuit: et addi
dit. Quin et camelis tuis aquam hauriam. Et hau
stam aquam effundens in canalibus: potum
dedit camelis. Ille autem tacitus intuens eam.
utrum esset ydonea domino quod sciuit ab ea esse filia esset.
et si esset ei locus in domo patris ad manendum.
Accepto uero quod erat filia batuelis filii nachor.
et melche. sororis laban: protulit inaures au
reas et armillas. et dedit ei. Cucurritque pu
ella in domo matris: nuntians que audierat.
Egressusque laban: introduxit uirum in hos
pitium et destrauit camelos. deditque paleas
et fenum. et lauit pedes hospitum. et apposuit ei
panem. Noluit autem eliezer comedere. do
nec loqueretur sermones pro quibus uenerat. Cum
ergo dixisset se seruum abrahe fratris eorum et commen
dasset abraam in multis. exposuit eis peticio
nem abrahe et iuramentum quod ipse fecerat et o
rationem suam ad puteum. a domino exauditam.
Responderuntque laban et bathuel. A domino egres
sus est sermo. scilicet abrahe et oratio tua. Non possu
mus extra placitum eius quicquam loqui tibi. Ecce re
becca coram te est. Tolle eam. et sit uxor domini tui.

Sed notandum quod Josephus dicit. Bathuelem iam defunctum esse et virginem in custodia matris et fratris esse. et de morte patris prodixisse puellam querenti ad puteum cuius esset filia. Etiam Moyses videtur huiusque velle eam nec tunc habuisse patrem. et supra dixit. Cucurrit puella in domum matris. Forte nomine patris vocatur hic mater. vel mandatum patris de filia tradenda quod ei reliquerat decedens nunc exposuit. Potuit enim fieri ut eam tradendam genero suo delegasset. Audiens hec puer Abrahe adoravit dominum qui direxerat iter suum. Et protulit vasa aurea et argentea et vestes dans Rebecce. matri quoque eius et fratri eius munera. Surgens autem mane puer petiit dimitti pretendens moram quam faceret in via et domini senectutem. Cumque rogassent ut saltem decem dies maneret apud eos noluit. Et dixerunt. Vocemus ergo puellam et queramus eius voluntatem. Que sciscitantibus si vellet ire ait. Vadam. Et hic primo consensus mulieris legitur requisitus. et exinde pro iure habitum est ut requiratur. Et dimiserunt eam. De adventu Rebecce ad Ysaac.

Eo tempore Ysaac habitabat in gerara et forte deambulabat per viam que ducit ad puteum viventis et videntis. Egressus enim erat ad meditandum in agro forte de mora servi. Alia littera habet. ad exercitandum forte laborans in agro vel quippiam operis ad deducendum agens. Rebecca vero viso Ysaac et cognito quod vir eius esset descendit de camelo. et tollens teristrum vel pallium album operuit et compsit se. Est autem teristrum genus arabici vestimenti mulierum. Ysaac vero introduxit eam in tabernaculum matris sue. et in tantum dilexit eam ut dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret. De morte Abrahe post susceptam sobolem de Chetura.

Abraam aliam duxit uxorem Cethuram. Aiunt hebrei Cethuram nomine appellatam quod interpretatur copulata. Dicunt enim hanc fuisse Agar que de concubina mortua Sara transivit in uxorem. de non copulata in copulatam. ne senex novis nuptiis lascivisse arguatur. Josephus autem dicit quod antequam misisset pro uxore filii duxerat eam. Et hec genuit ei filios vi. Juvenis enim de sene parere potest. Et separavit eos Abraam dum viveret ab Ysaac ad orientalem plagam et cuncta que possederat dedit Ysaac. Aliis vero largitus est munera. Filii tamen Cethure a nomine libere se dixerunt Sarracenos. Optinuerunt autem primo tracontidem et feniciam et arabiam usque ad terminos maris rubri. Refert Josephus quod ex uno eorum natus est Affer qui castra sua fixit in Libiam. quam posteri eius inhabitantes ab illo Affricam denominaverunt. Dicit quoque Cledeum prophetam qui et Malchus dictus est hystoriam iudeorum scripsisse sicut et Moyses scripsit. quem refert dixisse ab uno filiorum Cethure nomine Surim Syriam vocatam. Ab alio vero qui dictus est Afferam Affricam dictam. Cui descendenti in Lybiam Hercules auxilium tulit et filiam ipsius nomine Etheam duxit Hercules uxorem et ex ea genuit Dodorum cuius filius fuit Phorois. Fuerunt autem dies Abrahe c.lxxv. anni et mortuus est et congregatus ad populum suum in sinu inferni et sepelierunt eum Ysmael et Ysaac in spelunca duplici cum uxore sua.

Anno xl. Abrahe. De ortu regnorum. mortuus est Ninus cuius uxor Semiramis ut post eum regnare posset filio proprio quem susceperat ex Nino nupsit et ex eo filium genuit que et Babyloniam ampliavit. Anno Abrahe lxxv. facta est ei repromissio. Anno eius lxxxvi. natus est ei Ysmael. Anno eius c. natus est ei Ysaac. cxxxvii. mortua est Sara. Exortum est autem regnum Assyriorum anno xxv. Seruc proavi Abrae sub

belo: et cucurrit usq; ad annū xvii. ozie regis iude. p annos mille. ccc. et duos. p reges triginta septem. usq; ad sardanapallū: q̄ primus pulvinaria adinuenit. Postq̄ ē tn̄slatū ē regnum ad medos. Regnū uero sicioniorum. ab anno uicesimo q̄rto nachor aui abrahe exortum ē. sub egialeo. et cucurrit usq; in annū xvii. heli sacerdotis et iudicis isrl' per annos nongentos septuaginta et unū. et p reges triginta et unū. usq; ad zeuxippū. p̄ q̄m. iudicauerunt sicioniā sacerdotes carnij. xii. Sicionia autē est regio. q̄ p̄us apia. p̄ peloponensis dicta ē. Dinastia. p̄e d'r p'inat' qui durat apd aliquā puinciā de eligendo imperatore siue alio p̄ncipatu: q̄ maior ē in illa puincia. Vbi g'ra. q̄ndā eligebant' in saxonia imperatores: et durauit aliq̄mdiu ibi. et dein in franconia. dein in bauaria. tn̄c in sueuia. Hee tn̄ p̄ncipaliores puincie teutonice t're: licet multe sint alie adiacentes. Et sic dictum ē in istis: ita intelligendū ē et in aliis. Usq; ad abraam u' iam fuerant in egipto xv. dinastie. Dinastiā: egipti summā potestatē dicūt. A natiuitate abrahe. dinastiā xvi. obtinuerūt thebei. xvii. pastores reges sic uocati. xviii. diapolitani: qui et pharones p reges xvi. Variate s'c autē dinastie de generibus quorūdam regū ad alia sepe tn̄seuntes. usq; ad cambisē filiū cyri: sub quo p'se p̄mo imperauerunt egypto.

De morte ysmaelis.

Vixit q' ysmael. c. xxxvii. annos: et mortuus ē. Tradunt illum hebrei dissenteria mortuū fuisse. Corā cunctis frib; suis. i. coram filiis suis adhuc uiuentibus: obiit. Habitauit autē posteritas ei ab euila. usq; sur. Est aū euila. india: ab euila nepote noe. sic dicta. Sur autē est solitudo: inter cades et barath. extendens desertū usq; ad mare rubrum et egipti confinia.

De labore rebecce in partu geminorum.

Oe ysaac p'sequit' hystoria et dicit. Ysaac xl. annorū erat. cum duxit rebeccā uxorem: que inuenta est sterilis longo tp'e. Sciens autē ysaac patri suo fc̄am p'missionē seminis multiplicandi p ip'm: orauit d'nm ut q'd p'miserat impleret. et concepit mulier h'ns in utero duos. Sz cū uicina ēēt partui: collidebant' in utero ei paruuli. Lxx: posuerūt. ludebant et calcitrabant. Aquila: confringebant'. Simmac': in superficie ferebant': in similitudinē nauis. legitimo ponde carentis. Mouebant' enī mixtū pueri: ut uicissim alt' p'ri altero uideret' posse p'dire ad ortū. Non p exultatē uel matrem. quasi uix geminos capientis. intelligendū ē hoc accidisse. ut q'bzdam uisum ē. S; tm̄ ex uoluntate d'i. iam demonstrantis in n'ō natis. q'd futurū erat in adultis: p'mogenituram. s. q'm alter h'uit p natura. cessisse alti p g'ram. In posteris etiam eorū futuram dissensionē: iam tūc figurabat. Creditur etiam iam in utero sc'ificatū fuisse iacob. et in hoc motu p'figuratū. q' n' ēēt consensus xp'i ad belial. Mater u' grauit' afflicta: nollet concepisse et fere desperans de partu: p'rexit ut consuleret d'nm. tn̄ nec locū consulendi d'm nec mod'. nec p quos consuleret. ad huc legit' institutū. Forte ad montē moria. u' abraā altare d'no fecerat uirit. et imolatis hostiis. sub stratis pellib; earū incubans. p sompniū accepit oraclm. Forte more gentium que uiderat in parentibus: speciem lauri. quā tripode dicit'. capiti supposuit. et ramis arboris. q' agn' castus dicit'. incubuit. ut uisiones captis phantasticas dormiens n' sentiret. Vel ad huc uiuentem melchisedec consuluit. Quocūq; aū m' fecit: responsū accepit a d'no. Duo g'n

tes in utero tuo sunt, id est patres duarum gentium,
que inter se post dividentur et pugnabunt. Sed ma-
ior serviet minori. Quod de parvulis nequaquam
dictum est, cum maior semper prefuerit minori, sed
de populis. Ydumei enim qui de esau, tributarii erant
david qui de iacob. Nisi forte in-
telligatur esau fuisse iacob, dum persecutus
est eum, ut lima confert ferro, fornax auro,
flagellum grano. Cum ergo duos peperisset, qui prior
egressus est rufus erat et totus in modum pellis hi-
spidus, et dictus est ob hoc seyr. Hebrei enim
seiron capillaturam dicunt. Dictus est autem
proprio nomine esau, id est fortis. Posterius alter egrediens
plantam fratris manu tenebat, quasi retrahere vo-
lens fratrem a primogenitura, et ob hoc dictus est
iacob, id est supplantator. Sexagenarius erat ysa-
ac, quando nati sunt ei parvuli. Vivebat ergo abraam,
et adhuc annos xv supervixit. Abraam enim pre-
ter centum annos quos iam vixerat nato
ysaac, lxxv annis legitur postea vixisse. Itaque
sexagenario ysaac restabant adhuc abra-
e xv anni ad vitam. Hoc ideo diximus, quia iosephus
sic ait: Porro post mortem abrae concepit uxor
ysaac et cetera: mortem eius forte appellans, quando
iam penitus effeto corpore generare desiit. Ipse
enim textus littere non esse dictum per recapitula-
tionem indicat. Incidentia.

Porro eodem anno quo nati sunt gemini
ysaac, regnum argivorum exortum est sub
inacho patre ysidis primo rege. Cucurrit autem
usque ad annum xii delbore et barach iudi-
cum israel. Duravit autem usque ad ultimum
acrisium per reges quatuordecim et annos quin-
gentos quadraginta quatuor. Perseus vero cum
non sponte interfecisset acrisium, tamen timens re-
liquit argos et transtulit regnum apud mice-
nas. Si legis in hystoriis regnum hoc pro-
cessisse ab inacho usque ad stelenum, intel-
lige post eos de genere inachi usque tunc regnas-
se, et datum regnum danao, qui non erat de
genere regio. De venditione primogenitorum esau.

Porro cum adolevissent
filii ysaac, factus est esau venator, et iacob
agricola et pastor in tabernaculis habitabat.
Pater diligebat esau, tum quia primogenitus
erat, tum quia de venatione eius libenter vesceba-
tur. Mater vero diligebat iacob, tum pro simpli-
citate, tum pro dei inspiratione. Factum est au-
tem cum coxisset iacob pulmentum len-
ticule, esau lassus rediit ab agro, et ait: Da
michi de coctione hac rufa, quia oppido lassus
sum, quasi diceret: Esurio, nec pre lassitudine suffici-
o michi pulmentum parare. Cui dixit iacob:
Vende michi primogenita tua. Esau parvipen-
dens primogenita, se moriturum nisi comederet in
instanti putans, dedit ei primogenita pe-
dulio lentis, et iuravit talem venditionem
se ratam habiturum. Et quia lenticula fulva est,
hebraice autem fulvum edom dicitur, ex tunc
vocatus est edom, a quo postea regio dicta est
ydumea. Erant autem primogenita quedam
dignitates, quas habuerunt primogeniti in cog-
nationibus suis, usque ad aaron. Habebat
enim primogenitus vestem specialem, qua indue-
batur tantum in sacrificio offerendo, et recipiebat
finalem benedictionem a patre. Ipse in sollen-
nitatibus in conviviis benedicebat iunior-
ibus, et in his duplam ciborum portionem reci-
piebat. Tradunt etiam quod in divisione heredi-
tatis similiter in duplum reciperet. De descensu ysaac in gerara.

Orta autem
fame, dum vellet ysaac ire in egyp-
tum, ex precepto domini remansit in geraris,
et ob amicitiam abrae receptus est ab abi-
melech, et ad exemplum patris dixit de uxore
sua: Soror mea est. Forte post pluri-
mos dies vidit abimelech
per fenestram ysaac iocan-

Per recapitulati-
onem hoc dictum vide-
tur. [illegible] videtur vid-

tem cum uxore sua. Et accersito — secundum abimelech. l. pro predicta uenditionem.

ait. Quare imposuisti nobis? Et est hic impo-
nere uerbum absolutum. i. imposturam. id est do-
lum facere. Et est. Quare nos decepisti? Cur
mentitus es sororem tuam esse? Potuisti super
nos grande inducere malum. si quis cogno-
uisset uxorem tuam: liberam a uiro reputans.
Et ait ad populum suum. Qui tetigerit hominis huius
uxorem morte morietur. Seminauit ysaac in
terra illa. et inuenit centuplum estimatum. i.
estimauit solum quod recordabatur de semine
olim iacto. se centuplum recepisse. Vel
de una specie hoc esse potuit. scilicet forte in omni
genere opum centuplatus est. Non in alia terra sic habet.
Inuenit in illo anno centuplum. Ob hoc
palestini inuidentes ei: puteos quos foderat
pater eius obstruxerunt. replentes humo. Etiam
abimelech timens eum: dixit ei. Recede a no-
bis: quia potentior nobis factus es. Et recedens ysa-
ac: uenit in agrum. qui dicitur phara. i. con-
uallis. Et habitauit iuxta alueum: per quem tor-
rens quandoque influebat. et erudauit ibi pu-
teos. quos olim ibi foderat pater eius. sed eo mor-
tuo. obstruxerant eos philistei. Et cum
inuenisset aquam uiuam. iurgati sunt pasto-
res gerare ad ursus cum dicentes. Nostra est
aqua. Et ob hoc uocauit puteum eseon. id
est calumpniam. uel iurgium. Et recedens inde:
fodit alium puteum. et pro illo quoque iurgati sunt. et
ob hoc uocauit eum sathanam. i. contrarium.
uel inimicitias. Vtriusque putei ut dicit io-
sephus: opus imperfectum reliquit. nolens con-
tendere cum indigenis: expectans bone
uoluntatis eorum rationem et licentiam. Profec-
tusque inde fodit tertium puteum. pro quo non con-
tenderunt. Ob hoc uocauit eum roboth.
i. latitudinem. quia dilatauerat eum deus
terram. et ex illo loco ascendit in bersabee. et

apparuit ei dominus in ipsa nocte. promittens se
que et promiserat patri eius. Et edificauit alta-
re: inuocatoque ibi nomine domini. et precepit seruis
suis: ut ibi foderent puteum. Non simile est: quod
erudauerit puteum abrahe.

Eo tempore uenit ad eum abimelech et
phicol dux militum. et iurantes inter
se fedus firmauerunt. Eodem die redierunt ad y-
saac pueri. nuntiantes de puteo quem fo-
derant. quod inuenissent aquam. et appellauit eum
bersabee. i. puteum sacietatis uel habundantie.
et impositum est nomen huic urbi usque in hodi-
ernum diem. Et nota quod in modico uocis
stridulo et in scriptura hoc nomen differt a
nomine quod abraham olim imposuerat. Sabee e-
nim per sin hebreum septem. septimum. uel
iuramentum sonat. et asperius stridet. Sep-
tum uero per sima grecum: sacietatem signifi-
cat. et mollius sonat. Incidentia.

Eo tempore phoroneus filius inachi
et niobes: primus grecie leges dedit. et
sub iudice causas agi instituit. locumque
iudiciis destinatum a nomine suo forum appel-
lauit. Soror ipsius ysis: in egyptum na-
uigauit. et quosdam litterarum apices tra-
didit egyptiis. De agricultura etiam multa
eos docuit. Vnde cum io diceretur: ysis ab eis
dicta est. quod lingua eorum terra sonat. et ob hoc
post mortem in numerum deorum in egypto re-
cepta est. Filius etiam phoronei. qui apis dictus est.
eodem tempore in egyptum nauigauit. quem
quidam uirum ysidis fuisse tradunt. et simili-
ter ab egyptiis deificatus est. et serapis nomina-
tus. De uxoribus esau.

Esau uero quadragenarius. duxit
uxores. iudith et bersamath. fili-
as potentium uirorum terre cananeos. semet
ipsum extraneum faciens in potestate uxorum. Que
cumque ambe offendissent ysaac et rebec-

cetaneos: licet nollet ysaac per initiales sue misceri generationi: tamen melius sibi deesse uidit. De benedictione

Senuit ysaac: et uidere non poterat. iacob.

Et dixit ad esau. Fac michi cibos de uenatione et comedam. ut benedicat tibi anima mea. antequam moriar. Egresso esau ad uenandum: dixit rebecca ad iacob. Sic et sic audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo. Affer ergo michi cito duos edos optimos. ut faciam patri tuo escas quibus uescitur libenter. ut benedicat tibi pro esau. Abiit ille et attulit: deditque matri. Que cum parasset cibos: induit iacob uestibus esau ualde bonis. quibus utebantur primogeniti ut diximus. Timebat uero iacob. ne deprehensus a patre susciperet maledictionem pro benedictione. Porro mater pelliculas hedorum manibus et collo eius circumdedit. ut similitudinem pilositatis exprimeret. In aliis enim quam simillimi erant tanquam gemelli. Acceptosque cibos iacob intulit patri: dicens. Ego sum esau. Comede de uenatione mea: ut benedicat michi anima tua. Cui ysaac. Accede ad me ut tangam te: et probem utrum tu sis esau an non. Quo palpato: ait. Vox iacob est: sed manus sunt esau. Cum autem comedisset et hausisset uinum: osculatus est filium et benedixit ei dicens. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre. ha. fr. ui. et olei. His tribus solet omnis terre fertilitas intelligi. Per frumentum: cibus. Per uinum: potus. Per oleum: pulmenta. Et addidit. Seruiant tibi tribus populi. Esto dominus fratrum tuorum. Qui maledixerit tibi. sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Nota quod tria que in benedictione premissa sunt. habundantia. potentia. primogenitura: presentis sunt temporis. Quartum uero. scilicet benedictio: futuri est. Et ideo in benedictionibus sacerdotum nostrorum solet dici. Benedictus est autem iacob secundum uerba. non secundum intentionem patris sicut episcopus ordinat aliquem quem putat esse suum: et est ordinatus. Vix sermonem impleuerat pater: et egresso iacob uenit esau. cibos inferens patri. petens ab eo benedictionem. Expauit ysaac uehementer et in hac extasi uidit in spiritu a domino factum esse hoc: et significationem pie fraudis intellexit. et ideo non irascens. sed confirmans quod fecerat: ait. Frater tuus uenit fraudulenter et accepit benedictionem tuam: et erit benedictus. Cui esau. Iuste uocatus est iacob. En altera uice me supplantauit: id est bis decepit: prius primogenita secundo benedictionem surripiens. Cumque et ipse a patre benedici postularet et patri hesitanti in quo ei benediceret. uehementer instaret: motus ysaac ait. In pinguedine terre et in rore celi desuper: erit benedictio tua. Et ita fuit. Idumea enim paschualis est. Et addidit: depositis ei propheticis. Viues gladio. id est bellicosus eris: et fratri tuo seruies: tamen scilicet idumea terra est tributaria domui israel. sed ueniet tempus. cum excutias iugum eius de ceruicibus eius. Hoc impletum est. cum rebellauerit idumea. ne esset sub iuda. De somno iacob cum fugeret in mesopotamiam

Oderat ergo esau iacob et dixit in corde suo. Venient dies luctus. co- mortis patris mei. ut occidam iacob. Nuntiata sunt hec rebecce. Eodem spiritu sciuit rebecca cogitationes esau. quo intimauerat iacob fraudare fratrem. Excusatur ergo iacob de mendatio in patrem et dolo in fratrem: per iussionem matris: mater uero per familiare consilium spiritus sancti. que ait ad iacob. Fuge ad laban fratrem meum et esto ibi. donec requiescat indignatio fratris tui. Quod ne absque licentia patris faceret: ait rebecca uiro suo. Si acceperit iacob uxorem de filiabus heth: nolo uiuere. Et aduocans ysaac iacob: benedixit ei et precepit ei. ut iret in mesopotamiam accipere sibi uxorem de filiabus laban. Vi-

dens autem esau quod offendisset patrem suum per
nuptias alienigenarum: iuit ad ysmaelem patruum
suum. accipiens sibi uxorem filiam eius maleleth so-
rorem nabaioth uterinam. absque his quas prius
habebat. Igitur egressus iacob de bersabee: pergebat
aran. per chananeam iter faciens. timuit in-
colas terre: quod ut ait iosephus. cananei erant in-
deuoti ysaac. prioribus bellis eius ualde grauati.
maxime cum cariathiarim cepisset. ita quoniam per quem
puer laborauerat. Timuit ergo iacob apud aliquem
pernoctare in terra: et sub diuo iacebat. Cum
autem uenisset iuxta luzam: uespere supposuit
capiti suo lapidem: et obdormiuit. et uidit e-
rectam scalam in somnis a terris. celos attin-
gentem. et angelos descendentes et ascendentes
per eam. Iosephus dicit. Vidit descendentes per
eam figuras honestiorem naturam habentes quam
homines. et dominum in summo scale. dicentem sibi. Ego
sum deus abraam et ysaac. terram hanc dabo tibi et
semini tuo. Benedicentur in te omnes tribus terre: et
in semine tuo. Ero custos tuus in hoc itine-
re: et reducam te in terram hanc. Ordine prepo-
stero usus est dominus. Prius enim in propria persona ia-
cob custodiuit. post sub iosue dedit semi-
ni eius terram illam. In fine temporum in christo qui
de iacob. benedicte sunt tribus terre. Euigilans
iacob: ait. Vere dominus est in loco isto: et ego nes-
ciebam. Terribilis est locus iste. et est domus dei
hic et porta celi. Prophetauit de lege. et templo. et pas-
sione christi. que in terra illa futura erant. Ter-
ribilis enim lex. domus dei: templum. passio christi:
apertio porte celi. et lapidem quem supposuerat ca-
piti suo: erexit ibi in titulum. id est in commen-
dabilem memoriam huius uisionis. Et liba-
uit super illum oleum domino. uouens dominum quod
apparuerat ei. semper esse in deum. et lapidem.
id est locum lapidis semper sibi honorabilem. et in
reditu decimas et hostias se ibi oblaturum. et
urbem proximam etiam honorandam decreuit.

uocans eam bethel. id est domum dei. uel secundum io-
sephum. hostiam dei. Prius enim iebus a iebuseis.
qui eam condiderant. uocabatur: post luza. id est
nux. uel amigdalus. quod cum primo ibi fundamenta
iacerent. radix amigdalina inuenta est. Vel
forte copia huius generis arborum: ibi est.

De duabus uxoribus iacob.

Procedens quoque in me-
sopotamiam longo tempore. peruenit in
charan. et uenit ad puteum in agro. obturatum
lapide grandi. iuxta quem tres greges accuba-
bant. Cumque dixisset pastoribus ut adaquarent
greges. et ad pastum reducerent: accepit morem sibi
esse non amouere lapidem. donec omnes greges con-
uenirent. nec licere particulatim greges adaquare.
Cumque percunctaretur de laban: ualet inqui-
unt pastores. Et ecce rachel filia eius cum gre-
ge suo. Que cum uenisset: amouit iacob
lapidem ab ore putei. Patet quod non solus si-
uit iacob. Et adaquauit gregem eius. et indi-
cans se consobrinum eius. osculatus est eam. Que
nuntiauit hec patri. Qui occurrens: duxit iacob
in domum suam. Et audita causa fuge. dixit
ei. os meum et caro mea es: et ideo secure latebis
apud me. Tandem curam gregis: eum habere decre-
uit. Post mensem uero dedit iacob optionem
mercedis: pro seruitio pastorali. Habebat autem
laban filias duas. liam lippis oculis. et rachel
uenusto aspectu. quam diligens iacob. ait.
Seruiam tibi septem annis: pro rachel. Seruiuit
ergo pro rachel. vii. annis: et uidebantur ei pau-
ci dies pre amoris magnitudine. Hec dic-
tum est parum: quod desideranti animo ipsa uoloci-
tas tarda est: sed dictum est pauci. quod uidebatur
ei rem tam amabilem pauci emisse. Lon-
ge enim pluribus annis seruisset pro ea: prius quam
ea careret. Vel dies uocat laborem dierum:
qui uidebatur ei paruus. quia laborem leuigabat
amor. Completo septennio: fecit laban
nuptias genero suo. Vespere autem facto. sub

introduxit liam: dans filie ancillam nomine zelpham. Iacob vero ut dicit iosephus pre ebrietate et nocte lie commixtus est: die facta apud laban de iniusticia querebatur. Qui dandam necessitati veniam postulavit. morem ibi esse asserens. maiores ante tradi ad nuptias: sed post alios septem annos. se daturum ei rachel laudavit causam prelati temporis. dicens se non libenter filiam ad chananeos missurum: cum etiam de sorore penitentiam ageret quod eam illuc direxisset. Ieronimus vero dicit errare illos. qui dixerunt post septem alios annos rachel traditam. sed post septem dies conviviorum. quos quidam perturbare. super inducta alia sponsa falsum erat. Quibus finitis. iacob optatis potitus nuptiis: amorem secundis priori pretulit: serviens pro rachel aliis vii. annis. **De quatuor filiis lie et filiis ancillarum.**

Dominus autem aperuit vulvam lie sorore sterili data: ut amore viri fecunditatem consequeretur. Que peperit filium et ait. Vidit dominus humilitatem meam. i. vilitatem erga virum: et ideo vocavit filium ruben. i. visionis filium. Rursus peperit alium: et ait. audivit me dominus haberi contemptui. Et ideo dictus est symeon: i. auditio. Peperit tertium: et ait. Copulabitur mihi vir meus. eo quod addidi ei filios. Et ob hoc dictus est levi. id est additio. vel firmator societatis. secundum iosephum. Peperit quartum: et ait. Modo confitebor domino. Et ob hoc dictus est iudas: i. confessio. Cessavitque parere. Porro non rachel invidit sorori: et ait ad iacob. Da mihi liberos. Alioquin moriar. Qui ait. Numquid quasi ego sum deus? Et illa. Si non de me: saltem de ancilla mea. Et dedit ei balam in coniugium non in uxorem: sed ut ei iungeretur. Peperit bala filium et dixit rachel. Iudicavit me dominus. i. equavit me sorori. Et ob hoc dictus est puer dan. i. iudicium. Peperit et alium: et ait rachel. Comparata sum

ca. 30

sorori: et invalui. Et ob hoc dictus est neptalim. i. comparatio. vel dilatatio. Lia quoque tradidit viro zelpham. Que peperit filium: et ait lia. Feliciter. Et dictus est puer gad. i. felicitas. Peperit etiam alium: et ait lia. Beatam me dicent mulieres. Et dictus est puer aser: i. beatus. **Incidentia.**

His temporibus factum est diluvium particulare in achaia. sub ogige rege: qui urbem que vocabatur acta in novam eleusim nominavit. Tunc etiam apud lacum tritonidem virgo apparuit: quam greci minervam dixerunt. Hec plures artes adinvenit: et maxime lanificium. Eadem dicta est pallas. a pallene insula tracie. in qua nutrita est. vel a pallante gigante quem interfecit. Traditur autem. cum per diluvium illud cyclades. i. insule longo tempore obumbrate fuissent: atque rarescentibus primo inter eas delos sole illuminata est: et ideo delos dicta: quod sonat manifestum. **De reliquis filiis lie et ortu ioseph.**

Ruben tempore messis tritice. i. iam collectis ordeis. vel forte tritice collectionis a metendo. i. colligendo. messis dicitur. Messis pomorum que prima. messis triticea. que secunda: messis vindemiarum que tertia. Hoc in quodam tempore ab agro regressus ruben: tulit mandragoras et dedit matri sue. Cui cum desiderans rachel: dixit lie. Da mihi de mandragoris. Opinantur enim quidam. hoc genus pomi in escam sumptum: sterilibus fecunditatem parare. Quod augustinus falsum esse dicit. Cum enim mandragoram vidisset: occasione huius loci naturam omnem eius et eius assit diligenter se perscrutatum. et nichil tale repperisse in ea. Et ait lia. Parum ne tibi videtur. quod abstulisti mihi virum meum. nisi et mandragoras filii mei tuleris? Rachel mitigans iram sororis: ait. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris. Et occurrit

lia redeunti iacob de agro: quod eum mercede
conduxisset significans. Et concepit nocte
illa et peperit quintum filium. Et ait. Deus dedit
michi mercedem. quia dedi ancillam meam uiro me
o. Et ideo uocauit puerum ysachar: quod sonat
merces. Acar enim merces. Pro eo est sic uoca
uit eum: quia mandragoris emerat uirum in thorum.
Rursum lia concepit sextum filium: et peperit et
ait. Mecum habitabit maritus meus: quia ge
nui ei sex liberos. Et ob hoc uocauit pue
rum zabulon: id est habitaculum. In libro tamen
nominum hebreorum: uiolentus fluxus noctis in
terpretatur. Postquam peperit filiam nomine dinam. Recor
datus est dominus rachelis et aperuit uuluam eius.
Que peperit filium: dicens. Addat michi dominus fili
um alterum. Et ob hoc dictus est puer ioseph: id est
augmentum. De diuersis coloribus uirgis

Finitis ergo annis .xiiii. seruitutis et fetibus
cum pignoribus suis: iacob dixit socero
suo. Da michi liberos meos et uxores: ut reuertar ad
terram meam. Et ait laban. Inueniam gratiam
in conspectu tuo: ut adhuc michi seruias .vii.
annis et constitue mercedem quam dem tibi. Scio
enim quia propter te benedixit michi deus. Et ait iacob.
Iustum est ut aliquando prouideam domui mee.
Si feceris quod postulo: adhuc pascam pecora tu
a. Separa greges uarios et sparso uellere: et
trade in manu filiorum tuorum. Unicolores
uero trade michi et quod ex unicoloribus uarium na
tum fuerit. sit merces mea: quod unius coloris
tuum. Respondebit michi cras iusticia mea:
id est in futuro. q.d. Certum facit natura. ut
alba ex albis. nigra ex nigris nascantur.
meum iusticia mea. Dum deus pro labore me
o quod sibi iustum uidebitur: reddet michi contra
naturam. Gratum habuit hoc laban et sepa
rauit omnis diuersi coloris et dedit filiis suis
in custodiam. Unicolores uero: tradidit iacob.
et separauit iter trium dierum inter iacob et fili
os suos. ne quis ex uicinitate pecoris nasceretur
dolus. et ita dictum planum est. Non quod in textu
legitur. quod laban unicolorem gregem tradidit in
manu filiorum suorum: quod uidetur contrarium
ei quod diximus. Potest dici. tradidit in manu fili
orum suorum. id est nepotum suorum filiorum scilicet iacob qui
sub patre opiliones erant. Uel per anticipatio
nem dictum est. id est unicolorem gregem post natum sub
custodia iacob. dedit filiis suis: cum diuersi
colore pulsato. Ieronimus quoque dicit. usque ad
tempus suum: locum hunc confusum fuisse. Iacob
autem. nouam nature strophram commentatus: contra na
turam. naturali arte pugnauit. Tulit enim
uirgas uirides populeas. quas lxx. stiraceas
uocant. et amigdalinas et plataninas. quas
per loca discorticans. uarium uirgarum fecit co
lorem. Forte tres erant canales et tres uirgas
tamen eiusdem longitudinis cum canalibus tulit.
cuique canali suam uirgam imponens. Forte
plures erant in canalibus uirge. Obseruabat
ergo iacob tempus. quo pecora ascendebantur et in
feruore diei cum ad potandum auida pergerent.
in ipsa auiditate potandi faciebat oues
et capras ascendi. ut tales fetus conciperent. quales
umbras arietum et hyrcorum super se ascendenti
um in aquarum speculo uidebant. Ex uirgis
enim positis ibi: uarius erat umbrarum color.
Hec autem omnis fetus diuersicolores fierent et de
prehenderet dolus. sic temperauit iacob primo tempore
cum ascendebantur oues. quia tunc fetus melio
res sunt. ponebat uirgas. ut in conspec
tu earum conciperent. In serotina uero admissura
id est in ea que fiebant in extremitate ueris.
deteriores sunt fetus. quia in tarde appetentibus
coitum: minus uiget natura et ideo tunc non ap
ponebat uirgas. et ita que serotina erant:
facta sunt laban et que primi temporis iacob. Uel
forte serotina admissura dicta est in autum
no. quia natura ouium mesopotamie et italie.

eadem esse traditur. ita ut bis in anno pariant. Unde
poeta. Bis gravide pecudes. Quod autem dicitur ut in uter-
gis conciperent: dicit Ieronimus. verbum hebreum nisi
circuitu exprimi non posse. Significat enim to-
tius corporis extremam concussionem: in feruore
coitus extremo. Hec mirum similem conspecte ima-
gini sobolem fieri. in extremo voluptatis: cum hoc
ipsum in equarum gregibus apud hispanos fieri dicat
Ieronimus. et quintilianus matronam accusatam quod
ethiopem peperisset: ex imagine conspecta hoc
accidisse argumentans defendisset. et in libris
ypocratis scriptum reperitur. quandam punien-
dam. quia pulcherrimum peperisset utrique paren-
ti generi quoque eorum toti dissimilem: nisi mo-
nuisset ypocras querere. ne forte talis pictura
esset in cubiculo. Ditatus est ergo iacob: ultra mo-
dum. Postquam autem audivit verba filiorum
laban dicentium tulit iacob nostra: et de facul-
tate patris nostri factus est inclitus. etiam faciem
laban animadvertit. quod non esset erga se sicut heri et
nudiustercius. maxime dicente sibi domino. Reverte-
re et ero tecum: misit et vocavit liam et ra-
chel in agrum. ubi pascebat gregem et ait.
Faciem patris vestri non est mecum. Scitis quia circum-
venit me et mutavit mercedem meam decem
vicibus. Septuaginta dicunt. decem annis.
sed intelligendum est. quasi. decem circumvoluti-
onibus. que denaria mutatio: in sex annis
facta est. Dicit enim iosephus. quod omne tempus quo fuit
cum laban: viginti annorum fuit. Volu-
it enim iacob terciam septimanam annorum
complere sub illo: pro eius nequitia. Videns enim
laban plures nasci diversi colores: aiebat. De-
inceps unicolores sint merces tua. Item cum
videbat unicolores multiplicari: im-
mutabat mercedem. Et addidit iacob. Deus
tulit substantiam patris vestri et dedit michi: qui
in somnis ostendebat michi. quales essent fetus
nascituri. Qui et dixit michi. Surge et egredere
de terra hac. Responderunt lia et rachel. Quia
alienas reputavit nos pater. Numquid quicquam
residui habebimus. de facultatibus et heredi-
tate eius: fac quecumque precepit tibi dominus.

De fuga iacob et federe inito cum laban.

Surgens ergo iacob cum uxoribus et liberis:
abiit. Tulitque omnem substantiam et gre-
ges. et quicquid in mesopotamia acquisie-
rat. Deduxit autem iacob ut ait iosephus me-
dietatem gregis. nesciente laban: qui eo tempore
ad tondendas oves ierat. Rachel etiam nes-
ciente viro ydola patris sui pretiosa. fura-
ta est: et secum tulit. non ad colendum. quia docen-
te viro sciebat non colenda: sed si comprehen-
derentur tempore consequente. ut ad hec fugiendo
veniam impetrarent. Iuit iacob ante emis-
misso ee monte galaad et nunciatum est
laban die tercio. quod fugisset iacob. Qui assump-
tis filiis et cognatis suis insecutus est eum.
vii. diebus. Tamen iosephus dicit. laban post
primum diem cognoscens discessum iacob
et filiarum: persecutus est eos. et in colle procul collo-
catos invenit eos. Potest dici. quia si tercio die
cognovit. tamen post primum. Vel potius post pri-
mum diem dicitur cognovisse. quia tamen egressus
nuntius tercia die venit ad eum. ubi pascebant
filii greges qui separati erant a iacob. itinere
dierum trium ut predictum est. Vidit autem la-
ban in somnis dominum dicentem sibi. Cave ne
quicquam aspere loquaris contra iacob. Qui consurgens
ait ad iacob. Quare me ignorante fugisti?
Et cur furatus es deos meos. consobrinus et
gener et coeplator? Hoc facere non debueras.
Respondit iacob. Timui ne filias tuas violenter
auferres michi: que tamen non tam me quam filios
secuntur. Quod autem furti me arguis: apud quem-
cumque inveneris deos tuos necetur coram
fratribus nostris. Ingressusque laban tabernacula lie
et ancillarum: non invenit. Cumque intra

ret tabernaculum rachelis: illa subter stramenta
cameli abscondit ydola et sedit. Et querenti
patri ait. Ne irascatur dominus meus. quod nequeo ei as-
surgere. quia iuxta consuetudinem feminarum.
nunc accidit mihi. Et sic delusa est sollicitudo queren-
tis. Iratusque iacob improperauit ei. quod per diligen-
tissimo .xx. annorum non meruerat ut ipse omnem
supellectilem suam scrutaretur. Et ait laban.
Omnia que habes: mea sunt. Sed quid facere filiis et [possum]
nepotibus meis: Veni et ineamus fedus. Tulit
que iacob lapidem et erexit eum in titulum
federis: et ait fratribus suis. Afferte lapides. Qui
congregantes fecerunt tumulum: et come-
derunt super eum. Et dixit laban. Tumulus
iste sit federis nostri testis. ne ego transeam illum
pergens contra te. malum tibi cogitans. nec tu
transeas ad me nocens. nec affligeris filias
meas. nec uxores alias super eas induxeris. Et
ob hoc dixit iacob. lingua sua collem galaad
id est aceruus testimonii. Gal. enim aceruus. aad: te-
stimonium. Laban uero syra lingua uocauit
eum. Gar. sedutha. Laban autem de nocte
consurgens: benedixit eis. reuertens in locum
suum. Porro ioseph dicit eos columpnam in
monte statuisse sub schemate are. Vnde forte
aceruum nominauit columpnam. De muneribus pre-

Iacob abiit itinere quo missis esau. Cap. 32
ceperat. fueruntque ei obuiam multitudo an-
gelorum: et ob hoc uocauit locum illum mana-
im id est castra: quia ibi uidit angelos. qui pa-
rati defendere eum a fratre quem timebat. Misit
autem ab illo loco nuntios ad fratrem: qui ex-
plorarent fratris animum. Qui reuersi nunciauerunt
esau sibi occurrere pacificum: cum qua-
dringentis uiris. Timuit ergo iacob. non de
promissione angelorum diffidens. sed more
hominum perturbatus: et diuisit populum qui
secum erat. in duas turmas. Ancillas et
liberos earum: in priori turma. In secunda: liam.
et filios earum. tamen ita quod in extremitate eius po-
suit rachel et ioseph. tanquam cariores. Vnde
et quidam errauerunt. putantes tertiam turmam
rachel et ioseph habuisse. Sic autem diuisit. ut
si ueniret esau ad nocendum et priorem percu-
teret turmam: reliqua fugiens saluaretur.
Separauit autem ibidem de hiis que habebat.
munera fratri suo. queque pulchriora et rariora:
diuersorum animalia generum. Misit etiam ea per
diuersos nuncios. spatium ponens inter gregem
et gregem. ut ex frequentia munerum sese sub-
sequentium: multa esse putarentur, muneribus
si quid indignationis esset adhuc in esau:
placaretur. Precesserunt ergo munera. Ipse adhuc
erat in manaim. Consurgensque ante di-
luculum: traduxit uxores et filios. cum omnibus
ad se pertinentibus per uadum iaboc. Josephus dicit.
quod torrentem nomine iaboc transierunt. In genesi
legitur. cum orasset iacob timens fratrem: di-
xisse. In baculo meo transiui iordanem istum: et
nunc cum duabus turmis regredior. Forte ior-
danis dicitur quem transiuit. Et quia ibi calculos
et torrens: dicebatur uadum iaboc. Forte autem
uicio scriptoris. pro iacob legitur iaboc et ex tran-
situ illo sortitum est hoc nomen uadum iacob.
Secundo miliario a iordane. in finibus ydu-
mee: iaboc quem transiuit iacob. De lucta
iacob cum angelo: et mutatione nominis.

Cum autem precederent turme: solus
in ripa fluminis remansit ut
oraret. Et ecce uir luctabatur cum eo: usque
mane. Qui tetigit latum neruum femoris eius: et
emarcuit. Vnde et iacob proposuit. se dein-
ceps non comesturum neruum: et id ipsum po-
steritas eius obseruat. Cumque ascenderet
aurora: dixit uir ad eum. Dimitte me.
Qui respondit. Non dimittam te: nisi benedi-
xeris mihi. Viro autem querenti nomen eius: ait
se uocari iacob. Nequaquam inquit ille—

Appellabitur nomen tuum iacob: sed israel. Quia si
contra deum fortis fuisti: quanto magis contra
homines preualebis. Et ita bis dixit. id est ei mu-
tando nomen et confortando ne timeret fra-
trem. Quod enim contra deum stetit in uim luctae: factum
ei insignium quod inuictus staret contra fratrem.
Josephus dicit: hoc nomen israel hebraice sonare.
reluctantem angelum sacrum. In libro autem
nominum hebreorum interpretatur uir uidens
deum. Is enim uir, el nomen dei est. ra uero: uidens.
Vel dicitur: mens uidens deum. Hanc autem inter-
pretacionem dicit ieronimus non tam uere: quam
uiolenter factam esse. Illam iosephi: dicit se
in hebreo non inuenisse. Et illud nomen sona-
re dicit: princeps cum deo. Sic enim an-
gelum interpretatum fuisse: asserit. Si con-
tra deum princeps. uel fortis fuisti: et cetera. Voca-
uit itaque iacob locum illum phanuel: id est
facies dei. Et ait. Vidi dominum facie ad faciem.
et salua facta est anima mea: id est de ualde
territa plurimum confortata. Cumque trans-
gressus esset phanuel: ortus est ei sol et claudi-
cabat.

De occursu esau et emptione agri in sichem.

Eleuans autem oculos: uidit esau et cum eo
quadringentos uiros. Et precedens uicariam
quoque turmam quam fecerat: adorauit pronus in ter-
ram septies. Currens autem esau amplexa-
tus est eum: et deosculans eum fleuit. Et querens
cuius essent mulieres et paruuli: cum
accepisset pertinere ad iacob accessit et de-
osculatus est eos. Cumque nollet esau munera
premissa retinere dicens se plurimum ha-
bundare: ait iacob. Si inueni gratiam coram
domino meo: accipe munusculum de manu
mea. Sic uidi faciem tuam quasi uiderim uul-
tum dei: id est alicuius potentissimi. Non
enim aut credebat illum deum: aut in
tantam proripuisset adulationem. Reuersus
est ergo esau die illo in seir: uillam scilicet quam de
nomine suo dixerat sic. Jacob autem inde
procedens fixit tabernacula in loco: quem
ob hoc dixit socoht. id est tabernacula. De quo
dicit ieronimus. Sochot est usque hodie ciui-
tas trans iordanem in parte scitopoleos:
ubi gedeon transierat iordanem cum
locutus est ad uiros sothot. Sed mirum est
quod dixit trans iordanem. cum iacob iam dictus
sit transisse iordanem. cum esset in sochot. Forte
trans iordanem dixit respectu mesopotamie.
de qua redibat iacob. Vel potius nondum transie-
rat iordanem. sed iaboc. Cum autem dixit super
iordanem istum. non presentem monstrauit:
sed notum terminum iudee indicauit. Abi-
itque de sochot in salem urbem scilicet sichimorum:
id est in sichem. A sichem enim: sichimi uel sichimi-
te dicti sunt. Et forte binomia erat. Vel ut tra-
dunt hebrei moyses eam tunc tantum
uocauit salem. id est consummatam et perfectam:
quod ibi femur claudicantis iacob sanatum
sit. Porro iacob emit iuxta oppidum par-
tem agri. ab emor rege sichimorum et a filiis
eius. centum agnis: habitauitque ibi. Et
erecto altari: inuocauit fortissimum deum israel.

De morte sichimitarum. Ca. 38

Egressa est autem dina ut ui-
deret mulieres regionis illius: quia ut ait
iosephus sichimitis sollempnitatem habentibus so-
la transiuit ad urbem. emptura ornamenta
mulierum prouincialium. Quam uidens sychem
filius regis: adamauit eam et rapuit et ui
oppressit uirginem. et conglutinata est anima eius
cum ea. Et ait patri. Accipe mihi puellam hanc
coniugem. Egressoque rege cum filio ad iacob:
filii iacob ueniebant de agro et irati silu-
erunt. Regi autem querenti uicariam eorum
amicitiam et societatem et ut mutua contra-
hent coniugia et sichem offerenti multa et

promitterent ampliora: responderunt in dolo.
Illicitum est apud nos: sociari incircumcisis. Sed
circumcidamini: et erimus populus unus. Placuit
et oblatio Emor et filio eius: nec distulit adolescens.
quin statim adimpleret. Et intrantes urbem persua
serunt populo: et circumcisi sunt omnes. Et ecce die ter
tia, quando gravissimus est dolor vulnerum: Symeon et
Levi arreptis gladiis confidenter urbem ingres
si sunt. Et interficientes omnem masculum in ea: tulerunt
de domo Sychem sororem suam. Ceteri vero fratres irru
erunt super occisos et depopulati sunt urbem: par
vulosque et uxores captivas duxerunt. Josephus tamen
dicit. Cum esset festivitas et Sichimite requie et epul
is vacarent: in civitatem primis custodibus assistentibus
dormientes interfecerunt. Quo agnito: dixit Jacob.
Symeon et Levi: turbastis me et odiosum fe
cistis habitatoribus terre huius. Percutient me: et
delebor ego et domus mea. Dominus autem confor
tans eum: ait ad illum. Surge et ascende in
Bethel et habita ibi et fac altare. Ubi apparuit tibi.
Sed prius sanctifica tuos. Jacob ergo convocata domo sua
purgaret suos: invenit deos Laban, ut ait
Josephus. Neque enim sciebat, eo quod Rachel celas
set eos in terra sub arbore: et ait suis. Abicite
deos alienos et mundamini: et ascendamus
in Bethel. De Sychem enim attulerant et ydola
et inaures, id est ornamenta ydolorum. A parte totum.
Que omnia effodit Jacob subter terebintum: que
est post urbem Sichem. Tradunt quidam quod ea tulit
David in Jerusalem: et conflavit in materiam tem
pli. quod fecit dispoliatur. Porro terror dei inva
sit finitimos: ne persequerentur Jacob. Qui profectus
venit in Bethel. Et edificans sibi altare domino:
obtulit ei iuxta id quod prius voverat. Eo tempore
mortua est Debbora nutrix Rebecce: et sepulta
iuxta Bethel sub terebinto et vocatum est no
men loci: quercus fletus. Et nota quod hic videtur
quod quercus et terebintus sint idem. Apparuitque
ei iterum dominus: et ait. Non vocaberis ultra Jacob.

sed Israel erit nomen tuum. Et appellavit eum Israel. Et
ce pater quod superius nomen promisit tamen. Hic autem
imposuit. De morte Rachel in partu Beniamin.

Egressus inde Jacob venit verno tempore in
ad terram que ducit Ephrata, id est Beth
leem. Et est anticipatio. Post enim dicta est Ephrata
ab uxore Caleph: que ibi sepulta est. Ibique cum
parturiret Rachel: cepit periclitari. Tamen peperit
filium. Egrediente autem anima pre dolore partus
moriens suo vocavit filium Bennoni, id est filium do
loris. Pater vero cum circumcidit eum, vocavit Benia
min, id est filium dextre. Sepulta est ergo Rachel in vi
a que ducit Bethleem et sola inter cognatos hono
rem sepulture Hebree non meruit habere. Erexit
que Jacob titulum super sepulchrum eius: qui ap
paret usque in presentem diem. Et egressus inde:
fixit tabernaculum trans turrim ader, id est turrim gregis.
Hunc locum dicunt Hebrei ubi edificatum est templum
postea et dictum quasi quodam vaticinio turrim gregis,
id est congregationis fuisse ad templum. Sed Ieronimus ait
locum esse iuxta Bethleem. Ubi vel angelorum grex
in ortu domini cecinit. Vel Jacob greges pavit:
nomen illi loco relinquens. Cumque habita
ret ibi. Ruben dormivit cum Bala concubi
na patris. Quod tamen non latuit Jacob. De morte Ysaac et regibus Edom

Venit etiam
ad Ysaac patrem suum in civitate
Hebron: et iam mortuam invenit matrem. Et
multum etiam post adventum eius. completi sunt di
es Ysaac. clxxx. annorum. Vel secundum Josephum
clxxxv. appositus est populo suo: plenus dierum.
Et sepelierunt eum filii eius Esau et Jacob: in spe
lunca duplici. Hic terminatur primus liber Jo
sephi. Porro mortuo patre ditati sunt Esau
et Jacob. ita quod eos terra non caperet. et rediit E
sau ad montana que dimiserat et dicta est terra
Ydumea ab Edom. que prius Bosra dicebatur.
Enumerans enim Moyses xii. reges terre il
lius a primo usque ad ultimum quem videre potuit

ter: ait. Et regnavit post Bale Iobab filius Zare de Bosra. Et hunc dicunt quidam fuisse Iob pronepotem Esau. Sed Hebrei contradicunt: ut supra dictum est. Videtur etiam in Genesi quod eadem terra: ante Esau etiam dicta fuerit Seyr. Enumeratis enim filiis Esau: enumerat principes Horreorum qui fuerant in terra ante Esau. de quibus hic incipit sic. Isti sunt filii Seir Horrei.

habitatores eius terre: id est Horreos enim expulit Esau ut legitur in Paralipomenon. Quidam tamen dicunt hic enumeratos reges qui fuerunt in Edom. antequam filii Israel haberent regem scilicet Saul: et dicunt hanc enumerationem esse appositam ab Esdra. qui scire potuit eam.

Sub monte Seyr: Damascus. Idumea est terra damascena. Nam et Esau habitavit Damascum. Theman: metropolis Ydumee. unde Eliphas Temanites. et Sueth: unde Baldad Suithes. Bosra: in finibus Ydumee et Arabie. Libanus dividit Idumeam et Phenitiam. in cuius radice oriuntur Albana et Farfar fluvii fluentes secus Damascum.

In enumeratione vero istorum legitur de Ana filio Sebeon. cuius filiam duxit Esau. quod invenit aquas calidas in solitudine: dum pasceret asinas patris sui. Hebreum habet. Invenit iamin. De quo auctores varie disputant Hebrei. Dicunt quidam iamin: maria: quod lacum in heremo invenit. Alii putant. aquas calidas lingua punica que affinis est hebree hoc nomine dici: quas greci thermas vocant. Alii dicunt eum onagros asinabus admiscuisse: ut inde veloces asini nascerentur. qui vocantur iamin. Alii dicunt iamin associationem. quod primus equos asinis fecit ascendi: ut muli nascerentur. Et notandum quod in recapitulatione filiorum Esau. ponit Moyses alia nomina uxorum eius. ab illis que ante posuerat. Dicit etiam Iosephus. quod Amalech filius Esau natus de concubina. habitavit in parte Ydumee. que Gabolitis dicebatur: et dixit eam Amalechitem. Hiis vero pretermissis: transeundum est ad generationem Iacob. Incidentia.

Eo tempore Prometheus frater Athlantis. primus dicitur esse fecisse homines. tum quia de rudibus doctos fecit. tum quia fecisse legitur imagines hominum quas arte quadam ambulare fecit. Invenit etiam primus anulum scilicet ferreum et inclusit gemmam. Unde etiam unglin vocavit. quia sicut unguis carne. sic gemma metallo circumdatur. Tradidit autem etiam ut in quarto digito quem medicum vocant. poneretur ad ornatum. digniorem esse hunc religiosis dicens. quia ab eo usque ad cor quedam vena protenditur. Dicitur et ea tempestate Tritolemus in navi in qua pictus erat draco in Greciam venisse. et ampliasse agriculturam. Ceres vero prius instrumenta arandi et mensurari granum adinvenerit. cum prius in arconibus segetes ponerentur. et tritum pac uos nuabatur. Unde et Greci Demetra deam eam dicunt. Tunc et Telchines victi et Carules Rodum condiderunt.

De venditione Ioseph. Ca.

Ioseph cum xvi esset annorum: pascebat gregem patris sui. Sciendum quod ante mortem Ysaac. xii annis venditus est Ioseph. quod probatur sic. Sexagenarius erat Ysaac. cum natus est Iacob. et clxxx annorum mortuus est. cxx annorum fuit Iacob in morte patris. In venditione autem filii: cviii annorum fuit. Cum enim venit ad Ioseph in Egiptum: cxxx annorum erat. Sed inter descensum eius in Egiptum et venditionem Ioseph. fluxerunt xxii anni. Ioseph enim xvi annorum erat cum venditus est in Egiptum. et xxxviii quando venit ad eum pater. Redit ergo Moyses: ad id quod pretermiserat. Dum ergo rediret Iacob de Mesopotamia et nondum venisset ad patrem adhuc vivente Rachel secum Iosephum: facta est venditio in hunc modum. Ioseph. Oderant eum fratres. quia a patre plus ceteris amabatur: tum quia in senectute genuerat eum. tum quia prestantior corpore et sapientior ceteris erat. Accusaveratque apud patrem fratres crimine pessimo: vel de odio in ipsum. vel de coitu cum bru-

uel tantum solum ruben pro concubina patris. Fecitque ei pa-
ter tunicam polimitam. id est manu uarie pictam. Vt
uero aquila: tunicam astragoleam id est talarem. Vel ut symma-
chus: tunicam manicatam id est manicas habentem. Alii
colobiis utebantur: ut expeditiores essent. Potest tamen
dici manicata manu picta: acu scilicet supin-
ducta. Causa tamen odii maior fuit uisio somni-
orum. Retulit autem fratribus somnium quod uiderat:
dicens. Putabam nos ligare manipulos in agro.
et uidi manipulos adorare manipulum meum
stantem. Qui dixerunt. Numquid rex noster eris aut
subiciemur ditioni tue? Aliud quoque somnium patre
presente retulit eis. Vidi quasi solem et lunam et .xi.
stellas adorare me. Increpauit eum pater: et ait.
Numquid ego et mater tua et fratres tui adorabimus te
super terram? Potuit hoc dici contra genitricem quia mater ad-
huc uiuebat. nec tamen mater eum adorauit. quia non
descendit in egiptum. Nec pater legitur eum adoras-
se. quia nec ioseph sustinuisset. sed fratres adorauerunt.
et parentes in filiis. Cumque fratres in pascendis gregi-
bus morarentur in sichem: misit eum pater de ual-
le ebron. ut uideret que fierent circa fratres et pecora.
Cumque non inuenisset eos in sichimis: secutus est
eos in dotaim. Qui cum uidissent eum procul: mu-
tuo loquebantur. Ecce somniator uenit. Veni-
te occidamus eum et mittamus cadauer in cisternam
ueterem. dicemusque fera pessima deuorauit eum. Ruben
autem uolens liberare eum: aiebat. Non effunda-
mus sanguinem eius: sed uiuum proiciamus in cisternam.
ne pater una perimatur et mater in luctu. Hic uult
iosephus adhuc matrem uixisse. Nudantes ergo
eum tunica polimita: miserunt in cisternam.
in qua non erat aqua. Et recessit ruben: me-
liora querens pascua. Dum autem sederent comeden-
tes panem: uiderunt ysmahelitas uenientes de
galaad. portantes in camelis aromata et
resinam et stacten id est mirram: in egiptum. Dixitque
iudas fratribus suis. Melius est ut uenundetur ysma-
helitis puer: et manus nostre non polluantur celan-
do sanguinem eius. caro enim et sanguis noster est. Et
uendiderunt eum madianitis .xxx. argenteis.
Eosdem uocat madianitas: quos et ysmahelitas.
Madian tamen de cetura filius abrahe: et ysmael de agar.
Et filios de diuersis uxoribus legitur separasse abraam:
ab inuicem. Separati prius: postea redierunt in unum.
et facti sunt unus populus. retinentes utriusque parentis no-
men. Vel uera est hebreorum opinio. que dicit agar et
ceturam unam fuisse: et ita forte numquam separati fu-
erunt. Reuersus autem ruben ad cisternam: non in-
uenit puerum. Et scindens uestimentum: scissis ue-
stibus eiulabat. Sed accepto quod uiueret: quieuit.
Tulerunt autem ioseph tunicam in sanguine he-
di tinxerunt et miserunt quosdam qui ferrent ad patrem.
et dicerent. Hanc inuenimus. Vide: si filii tui est
tunica. Quam cum agnouisset pater: ait. fe. pes.
de. fi. m. ioseph. Scissisque uestibus et indutus
cilicio: luxit filium multo tempore. Congre-
gatisque filiis ut lenirent dolorem patris: no-
luit eos audire. sed dicebat. Lugens descen-
dam ad filium meum: in infernum. Erat enim
tunc in inferno quidam locus bonorum. longe
semotus a locis penalibus. qui ob quietem et separatio-
nem ab aliis. sinus dictus. sicut sinum maris
dicimus. Et dictus est sinus habrahe: quia et abraham
ibi erat in sustentatione. usque ad mortem christi.

De ingressu ioseph in egiptum.

Madianite uero uendiderunt ioseph in e-
gipto: phutiphari eunucho. magistro
militie pharaonis. Alii dicunt. archimache-
ro. id est principi cocorum. Machera enim coquina dicitur
uel securis cocorum: a machera quod est occidere. Nec
abhorret a uero. quia apud plures nationes da-
pifer principis honorabilior est et princeps
militum. Hunc iosephus uocat petefre: sed ie-
ronimus non bene translatum nomen esse asserit. Hic ha-
buerit uxorem et liberos: quia et ioseph filiam ip-
sius duxit uxorem. nec de eunuchis regis
fuit: qui paruuli castrabantur. Sed traditur be-

xxvi

bi. quod videns ioseph elegantem emit eum: ut ei ministraret. Dominus autem custodiens ioseph illum adeo infrigidavit ut in perpetuum impotens fuit coire: tanquam eunuchus esset. Ita quod vidu/tes eum ierophantam aresenem de more suo cum pontifice helyopoleos castraverunt: et honoratior erat: quasi annua in principatu. **Quod iudas genuit phares et zaram de thamar.**

Ca. 38

Eo tempore antequam venderetur ioseph. quod hic interseritur est per recapitulationem: discedens iudas a fratribus suis. ivit ad virum odollamitem nomine hyram. et accepit ibi uxorem nomine sue. filiam cananei: quae peperit ei primogenitum her. Deinde onam. postea sela. Dedit autem iudas her primogenito uxorem nomine thamar. Fuit autem her nequam: id est abutens suo vasculo uxoris. Et occisus est a domino. id est inventus est mortuus in thoro iuxta uxorem. Et dixit iudas ad onam. ut ingrederetur ad eam. ut suscitaret semen fratri. Unde patet quoddam in lege scripta quae ante eam fuit observata. Qui indignans sibi non nasci filios: fundebat semen in terram. id est invitus uxorem cognoscere satagebat. Et percussit eum dominus. Remisitque iudas thamar ut esset vidua in domo patris sui: donec cresceret sela. Quia ad ultimo timuit eum dare thamar et dissimulabat. Mortua est autem sue uxor iude. Et consolatione accepta post luctum: ibat ad tondendas oves cum hyra opilione suo. Quod audiens thamar depositis vestibus viduitatis assumpsit theristrum: seditque in bivio itineris. quod ducit in thamnam. Hebraicum sonat: in oculis sedit. Sic enim vocatur bivium. quia diligenter debet inspicere viator: quo gradiatur. Quam cum vidisset iudas. suspicatus est eam esse scortum. Cui dixit. Sine me: ut coeam tecum. Quae ait. Quid dabis mihi. Et ille. Mittam tibi hedum de grege. Et illa. Patiar quod vis: si dederis mihi arrabonem. Et dedit ei anulum et armillam. et baculum quem gerebat. Ex parte autem ad unum coitum concepit mulier geminos: et abiit receptis tamen viduitatis vestibus. Misitque iudas hedum per pastorem. Qui cum venisset et non invenisset eam: rediit ad iudam sine pigneribus. Post tres menses autem dictum est iude. Fornicata est thamar. et uterus eius intumuit. Qui ait. Producite eam: ut comburatur. Quae cum duceretur ad penam. misit socero suo pignera: dicens. De viro cuius hec sunt: concepi. Qui ait. Iustior me est: quia non tradidi eam sela filio meo. Hec fecit: ne periret semen filii mei. At tamen ultra non cognovit eam iudas. Instante vero partu: apparuerunt duo in utero. Et in ipsa effusione unus protulit manum: in qua ligavit obstetrix coccinum. Et ait. Hic egredietur prior. Illoque retrahente manum: egressus est alter. Dixitque mater. Quare propter te divisa est maceria? Et ob hoc vocavit eum phares id est divisor. Maceria dixit membranam secundam. vel secundinam. qua involvitur puer in utero. quae dividitur in partu et sequitur puerum. Postea egressus est alter cum coccino: et dictus est zara. id est oriens: quia primus apparuit. vel quia plurimi iusti ex eo nati sunt. ut legitur in paralipomenon. Tamen super regum in principio. iii. libri legitur. Obstetrix in genesi coccinum ligavit in manu phares. Quia ab eo quod parietem diviserat: nomen phares sortitus fuerat. et forte post coccinum tulit de manu zara. et alligavit phares: ut dissimilibus gemellis primogenitura distingueretur. **De incarceratione ioseph.**

Ca. 39

Ioseph ergo ductus est in egiptum. Emitque eum putiphar. fuitque dominus cum illo. domumque domini sui creditam sibi gubernabat. Benedixitque dominus domui egiptii propter ioseph. Qui tamen aliud de omnibus non noverat: nisi panem quo vescebatur. Factum est autem quod domina sua oculos iniecit in ioseph: et ait. Dormi mecum. Qui dixit. Omnia sua tradidit mihi dominus meus

preter te. Quomodo ergo possum hoc facere. immo et peccare in dominum meum? Accidit autem ut cum Ioseph: ut publica festivitas instaret: cui et mulieres interesse debebant. Tunc illa egritudinem simulavit viro: captans ob hoc solitudinem et silentium. ut exoraret Ioseph. Et apprehensa lacinia pallii Ioseph: ait illi. Dormi mecum. Qui reiectus relicto pallio in manu eius: egressus est foras. Illa contempta se dolens. in argumentum fidei retentum pallium ostendit marito revertenti: dicens. Ingressus est ad me servus hebreus: ut illuderet mihi. Ille nimis credulus coniugi: vinctum Ioseph tradidit in carcerem regis. Fuit autem dominus cum illo: et dedit illi gratiam in conspectu domini carceris. Qui carcerem et vinctos: in custodia eius posuit.

De expositione somniorum pincerne et pistoris.

Accidit autem ut pincerna regis et pistor: in eundem carcerem mitterentur. Ioseph ministrabat eis. Videruntque ambo somnium: nocte una. Quos cum mane vidisset Ioseph tristes: sciscitatus est ab eis causam doloris. Cumque accepisset pro somnio dolere: ait. Referte mihi que vidistis. Nunquid non dei est interpretatio? Et ait prepositus pincernarum. Videbam coram me vitem. et in ea tres surculos. scilicet unde fundunt palmites. Alii ponunt. tria flagella vel tres propagines. quod idem est. Et paulatim crescere gemmas: et post flores: uvas maturescere. Premebamque uvas in calicem pharaonis quem tenebam: dabamque poculum pharaoni. Et ait Ioseph. Deus dedit in bonum hominibus: usum vini. Unde: et ipsi libatur. Solvit lites et tristicias: et bona est ei visio. Tres autem propagines: tres sunt dies post quos restituet te pharao in gradum pristinum. Memento mei cum bene fuerit tibi: ut suggeras regi. ut educat me. quia de terra hebreorum furto sublatus sum et innocens in lacum missus sum. Et ait

pistor. Vidi quod haberem tria canistra farine super caput meum: et in superiori me portare cibos qui fiunt arte pistoria: avesque comedere ex eo. Ioseph ait duo: plena panibus. Tertium: obsoniis variisque cibis: qualia solent regibus ministrari. Grece habetur. tria canistra condriton: id est panum sicciorum. Et potuit esse. quod etiam in superiori essent panes sicci. super quos erant panes pistorii: de quibus edebat pharao. Et ait Ioseph. Mallem me interpretem esse bonorum. Tres adhuc dies sunt. post quos pharao suspendet te in cruce: et comedent aves carnes tuas. Exiit dies tercius: natalicius erat pharaonis. Et inter epulas recordatus pincerne: restituit eum. Pistorem vero: suspendit. Oblitusque est pincerna: interpretis sui.

De sublimatione Ioseph per expositionem somnii pharaonis.

Post duos annos vidit pharao somnium. Putabat se stare super fluvium: de quo ascendebant septem boves crasse. obese carnibus id est plene. qui ob esum educatis: et alie vii. emergebant de flumine summa confecte macie: et devorabant priores. Expergefactus pharao: rursum obdormivit: et vidit aliud somnium. Septem spice plene pullulabant in culmo uno: alieque totidem iuxta oriebantur tenues et percusse uredine: et devorabant priores. Territus pharao convocavit coniectores et sapientes egipti. nec erat qui interpretaretur. Et recordatus est pincerna Ioseph: et eius suggestione ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt. Vincti enim et exules: incultam comam patiuntur. Et veste mutata: oblatus est regi. Rexque apprehensa manu eius dextera: ait. Vidi somnia: ne timeas dissere quicquid sit. Narravitque quod viderat. Et ait Ioseph. Somnium regis unum est. id est unius significationis. Que facturus est deus: ostendit pharaoni. Ecce septem anni venient fertilitatis magne: in universa terra

egipti. Quos sequentur alii .vii. tante sterilitatis: ut obliuioni dentur cuncta retro habundantia. Ad id sane spectant boues agricole: et spice. Et sompnii repetitio: firmitatis est indicium. Quod autem iuxta flumen uidisti: hec causa fertilitatis et sterilitatis. ex flumine maxime oritur. Nunc ergo prouideat rex uirum. qui quintam partem frugum. per septem annos fertilitatis congreget in horrea regis: ut seruetur ad usus futuram famem parata. Pharao uterque miratus in ioseph. et sompnii solutionem et consilii discretionem: dispensationem eius commisit ei. dicens quod spiritu dei plenus esset. Ecce iam ter insinuatur spiritus dei. Primo. ibi. Spiritus domini ferebatur super aquas. Secundo ibi. Non permanebit spiritus meus in hominibus istis. Tertio: hic. Tulitque ergo pharao anulum de manu sua et dedit in manu eius: et collo torquem auream circumposuit: et fecit eum secundum in regno. Ascenditque currum regis ioseph. clamante precone: ut omnes coram eo flecterent genua. sic coram rege. Hebrei tamen tradunt. preconem non clamasse ad geniculationem. sed abrech: quod sonat pater tenerrimus. Abba enim pater. Rech delicatus uel tenerrimus. Quasi. Et si etate tener: tamen sapientia pater. Et ait rex: ad ioseph. Ego sum pharao. Iuramentum est. Et est sensus. Sic uerum est me esse pharaonem: sic uerum est quod dicam. Absque tuo imperio non mouebit quispiam manum aut pedem in egipto. id est non egredietur quispiam hinc. sine nutu tuo: neque publicis fungetur officiis. Et uocauit eum lingua egiptiaca. phanech phane. id est saluatorem mundi. Quod grece pontiphanec dicitur. Hebraice tamen sonat: absconditorum inuentorem. Et dedit ei asenec filiam phutiphar domini sui uirginem. Triginta annorum erat ioseph. quando stetit coram pharaone. Natique sunt ei duo filii. priusquam ueniret fames. Vocauitque filium primogenitum manassem. quod est obliuio: dicens. Obliuisci me fecit deus laborum meorum: et domus patris mei. Secundum: uocauit ephraim. quod est fructificans: dicens. Crescere me fecit deus: in terra paupertatis mee.

De ingressu fratrum ioseph in egiptum sine beniamin.

Ioseph collegit granum .vii. annis. Quibus transactis: uenerunt anni inopie. Et clamauit populus ad pharaonem: alimenta petens. Quibus ille respondit. Ite ad ioseph. Aperuitque ioseph horrea: et uendidit egiptiis. Alie etiam prouincie ueniebant in egiptum: ut emerent escas. Pecunia uero tradebatur archariis regis. Audiens autem iacob quod esce uenderentur in egipto: misit illuc .x. filios suos. beniamin domi retento. Qui ingressi terram egipti: uenerunt ad ioseph. nec agnouerunt eum. Cumque adorassent eum et agnouisset eos: durius loquebatur eis. dicens. Unde uenistis? Qui dixerunt. De terra chanaan: ad emendas escas. Et ille. exploratores estis. ut uideatis infirmiora terre: ex diuerso uenistis. Et illi. Non est ita domine: sed serui tui. omnes sumus filii uiri unius. Minimus cum patre nostro est: alius non est super. Qui ait. Hoc est quod locutus sum. Exploratores estis. Impossibile est enim: uiro ydiote tales filios esse. cum et regibus talium filiorum copia ualde sit difficilis. Per salutem pharaonis non egrediemini hinc omnes. donec ueniat frater uester minimus. Mittite unum ex uobis: qui adducat eum. Timebat enim: ne forsitan et in illum aliquid deliquissent. Tradiditque eos uinctos custodie: tribus diebus. Tertio autem die: eduxit eos. Et retinens symeon. ligansque illis presentibus: alios abire permisit. Qui conquerebantur ad inuicem. Merito hec patimur. quia peccauimus in fratrem nostrum. nescientes quod intelligeret eos ioseph: quia per interpretem loquebatur eis. Iussitque ioseph ministris suis. ut implerent saccos eorum et reponerent singulorum pecunias

in saccis suis, datis super cibariis in via. De reditu eorum ad patrem.

At illi profecti sunt, veneruntque ad patrem suum in terra Chanaan. Et dixerunt ei omnia que accidissent eis in via. Cumque frumenta effunderent singuli: invenerunt in ore saccorum ligatas pecunias. Territisque omnibus dixit pater. Absque liberis fecistis me. Joseph non est super. Symeon tenetur in vinculis. Beniamin auferetis? In me hec mala reciderunt. Et ait Ruben. Trade eum mihi. Duos filios meos interfice: si non restituam eum tibi. At ille. Non descendet filius meus vobiscum. Interim consumptis cibis fames eos premebat. Et dixit Iacob ad filios. Revertimini in Egiptum: ut ematis paxillum escarum. Et ait Iudas. Si vis puerum mitte nobiscum: ibimus. Alioquin: non imus. Ego suscipio puerum. De manu mea: require eum. Nisi illum reduxero: ero reus peccati omni tempore. Et ait Israel. Si sic necesse est: facite quod vultis. Sumite de optimis terre nostre vobiscum modicum resine et mellis et storacis et stactes et terebinti et amigdalarum. et ferte viro munera: pecuniamque quam retulistis reportate et aliam ad emendos cibos. Deus autem faciat vobis virum placabilem: et remittat vobiscum fratres. Resina dicitur quodlibet gummi. liquidum vel aridum: a resin greco. quod est manare latine. Vel species pretiosior est terebintina: quam forte exponendo subdit. Et terebinti. Secunda est lentiscina: que venit de Chio insula. Tertia: pinea. Forte: balsamum sic vocavit. Iosephus enim in principio munerum unguenta balsami posuit: et resinam tacuit. Tyriace dicitur quedam species resine. Item dicitur in hebreo esse necota: quod sonat generaliter tymiama. et in Ysaia pro domo necota: quidam transtulerunt domum tymiamatis. quidam domum tyriacis. De ingressu Egipti cum Beniamin.

Tulerunt filii Iacob. descenderunt in Egiptum: et steterunt coram Ioseph. Qui precepit dispensatori suo ut introduceret eos. pararetque convivium. quia secum erant comesturi. Illi timentes se introductos propter pecuniam quam retulerant: dicebant dispensatori se eandem retulisse et eis nescientibus repositam fuisse eam in saccis. Qui ait. Pax vobis. Deus vester dedit vobis eam. pecuniam quam dedistis mihi: ego habeo. Eduxitque ad eos Symeon: parabantque munera. donec ingrederetur Ioseph meridie. Cum ingresso: obtulerunt munera. Et adoraverunt in terram. Et, accepto quod salvus esset pater. benedictoque Beniamin: commota sunt viscera eius, ingressusque cubiculum: flevit. Lotaque facie egressus: continuit se et ait. Ponite panes. Sedit autem Ioseph seorsum tanquam alienigena et Egiptii seorsum. ut indigene: et fratres seorsum. ut advene. Prophanum enim putant Egiptii edere cum Hebreis. forte. pro dispari cultu. Disposuitque Ioseph fratres secundum ordinem etatis eorum: sicut in domo patris sedere consueverant. Datisque partibus: mirabantur quod pars Beniamin quinque partibus excederet. Iosephus tamen ait. Beniamin duplicibus partibus honorabat. Utrumque autem stare potest. si quinque. fuerint ciborum impositiones: et de qualibet duplum dedit. Biberuntque et inebriati sunt cum eo: id est. satiati cibo: secundum ydioma hebreum. Precepitque Ioseph dispensatori suo. ut impleret saccos et pecunias eorum reponeret ut prius: et cyphum suum argenteum in sacco iunioris reponeret. Factumque est ita. Ortoque mane: dimissi sunt. Et dispensator iubente Ioseph insecutus est eos. Et apprehensis: ait. Pessimam rem fecistis. Cyphum furati estis: in quo bibit dominus meus et in quo augurari solet. At illi dixerunt. Apud quem cumque inventum fuerit. quod queris. moriatur: et nos erimus servi domini tui. Ille scrutatus. incipiens a maiori usque ad minorem: invenit cyphum in sacco Beniamin. Illi autem redierunt ad Ioseph. Quibus: ait. An ignoratis

Cap^m XCI.

qd ñ sit simil'r m̃. in augurandi sc̃ia. Forte ioco dc̃m ē: nec ē imputandũ. Judas ũ p̄li mũ supplicabat. ut ip̃m meliorē p p̃uo in seruũ retineret: q2 in suã eum fidē recepat a patre. **Cũ ioseph indicauit se fratribus.**

Non potat ultra se cohibere ioseph. Et ei[ect]is alii s foras. cũ fletu clamauit. ita q̃d qui exierant audirent: ego sum ioseph. nolite time. P salute ur̃a misit me d̃n s añ uos. Biennium famis iã tñsiit. adhuc .v. anni restant. q̃b; nec arari potũt nec meti: q̃d ex nimia fluuii inundatiōe credit᷑ accidisse. Et ad ict. Festinate. ⁊ nũciate p̃ri meo gl'am meã. Adducite eum ad me: ⁊ pascã uos ⁊ pecora ur̃a. ne moriamini ⁊ habitabitis in t̃ra gessen. En oc̃li ur̃i uident. q̃d os meũ loquat᷑ ad uos: i. uĩm ẽẽ q̃d loquor. Osclat᷑q; ē ioseph om̃s fr̃es suos: fleuitq; sup singulos. Auditũq; ē ũbum in aula regis. Gauisusq; pho: dix ad ioseph. Dic fr̃ib; tuis. Tollite plaustra de egipto: ad subuectionē ɔiugũ ⁊ paruulo᷑. Oĩa ur̃a adducite uob̃cũ. Dabo uob oĩa bona egipti: et medullã t̃re comedetis. Fecitq; ē ita. Beniamin ũ: ccc. argenteos: ⁊ .v. stolas optimas. Deditq; ioseph singulis binas stolas. Stola d̃r a telon. q̃d ē longum: q̃si talaris. Totid̃q; misit p̃ri. addens ei asinos .x.: q̃ subuehent ex omĩb bonis egipti. Et p̃ficiscentib;: ait. Ne irascamini in uia. Q̃ cũ uenissent ad p̃rem: dixẽunt. Joseph uiuit: et dñat᷑ in egipto. Jacob. q̃si de sompno g̃ui euigilans: ñ credebat eis. Cũq; uidisset uniũsa q̃ miserat: ait. Sufficit m̃: si filius m̃s ioseph uiuit. Q̃. De pena l' gl'a non multũ curo: sufficit. Vadã ⁊ uidebo eũ: p̃usq̃m moriar. **De descensu isrl' in egiptum.**

Cap^m XCII.

Igitur p̃fect' isrl' cum omĩb; que habebat: uenit ad puteũ iuramĩti. Et mactatis uictimis deo: audiuit d̃m p uisionē noctis dicentē s. Noli timere descend̃e in egiptũ. faciãq; te ibi in gentē magnã: ⁊ inde reducã te. Joseph q̃q; ponet manũ suã: sup oc̃los tuos. Surgens g̃o de puteo iuramĩti: uenit in egiptũ cum omĩ semine suo. Cuncte aĩe que ingsse s͡t cum eo: ⁊ egsse de femore eĩ. non q̃d aĩe sint ex traduce: s; a parte totum intellig᷑: fuer͡t. lxvi. pret᷑ ip̃m. ⁊ ioseph cum duob; filiis. qui erant in egipto. fuer͡t g̃o om̃s simul: lxx. Tñ lxx: tñstulãt. Et lucas similit᷑: in actib; aplo᷑. S; p p̃occupationē dc̃m ẽẽ. iei᷑ assit: et enũatos cum eis .v. filios filio᷑ ioseph. q2 illi duo facturi erant t'b;. Lucas quidē scribẽs actus aplicos gentib;. ñ fuit ausus mutare ũbũ. lxx: q2 eo᷑ uigebat auctoritas int᷑ g̃s. Ipse ũ: ad hẽc eis ignot᷑. Ipi etiã. lxx: in deuteronomio transtulẽunt q̃d isrl' ingressẽs͡t. cũ aĩab; lxx. Nota his nũari her et onã filios iude: qui tñ mortui s͡t in t̃ra chanaan. forte in loco defuncto᷑ nũant᷑ due ancille iacob: si tamen et ille intrauer͡t. Vel more scripture sũmam numeri posuit: q̃muis parum desit. Item nota si diuina numerat᷑: lxx. s͡t preter iacob. Filii eñi lye: xxxiii. filii zelphe: xvi. filii rachel: xiiii. filii bale: vii. Nota q̃d cum ioseph ñdum h̃ret ñ duos: restat ut beniamin h̃ret .x. S; in lib̃o ñ legunt᷑: ñ .ix. forte uicio sc̃pto᷑: ii. noĩa sc̃pta s͡t p uno. Vñ magist' hugo asbel t̃cium. in asa ⁊ belũ diuisit. S; ñ uidet᷑ posse stare: q2 in nũis cũ familie t̃buum nuãntur uictis madiantis leg᷑ sic. Asbel: a quo familia

asbeltarum. Sed in hebraica veritate ros et muphim duo sunt nomina: que apud nos unita, conjuncta sunt. Quod forte Joseph posuit pro asbel asbela: id divisit sic.

Quod Joseph occurrit patri et introduxit eum ad regem.

Premisit autem Jacob Judam ad Joseph: ut occurreret ei. Qui juncto curru: occurrit ei in gessen. Alii habent ad urbem heroum: in terra ramesse. que tunc gessen. post tebais dicta est. a qua thebei: quorum legioni prefuit beatus mauricius. Alie sunt thebe: unde thebani. Postea cum reges fuerint ex ea: dicta est urbs heroum. quia heroes egyptii ei debebant custodiam. In finibus terre illius postea edificaverunt hebrei cogentibus egyptiis urbem tabernaculorum. que dicta est ramesse: post pagus arsenoites dicta. quod sonat sine secu. sic dicta quia sine discussione uterque secus cepit imperare egypto. Dixitque joseph ad omnem domum patris sui. Ibo et nuntiabo pharaoni venisse vos: et viros esse pastores. Cumque dixerit vobis. quod est opus vestrum: dicetis. pastores sumus nos et patres nostri. Hec dicetis: ut habitetis seorsum ab egyptiis in optima terra gessen: quia detestantur egyptii omnes pastores ovium. quia nec comedunt eas. sed colunt ut hamonem. Ingressusque joseph ad regem: extremos fratrum suorum. id est. supremos v. viros statuit coram rege. Qui cum dixissent se pastores ovium: addiderunt. Non est herba in terra chanaan: petimusque ut iubeas nos servos tuos esse in terra gessen. Hec et cetera. separari volumus: sed eorum patris prudentiam facete. Sed queritur: quomodo egyptus tempore inopie habundabat in pascuis. Dicimus quia egyptus contra naturam aliarum regionum. cum habundat frugibus. sterilis est in pascuis: et econverso. diutinior enim mora fluminis super terram: terra colendi impedit. vel sata extinguit. pascua autem nutrit. Postea introduxit joseph patrem ad regem: benedixitque regi. Interrogatusque a rege de diebus annorum suorum: ait. Dies peregrinationis vite mee: centum triginta annorum sunt parvi et mali: nec pervenerunt usque ad dies patrum meorum. Peregrinationis dixit: quia sancti vitam hanc per incolatum habent. Malos dixit: quia sapiens accusator est sui. Quod autem dixit parvi: determinavit dicens. Nec pervenerunt et cetera. Dedit ergo joseph fratribus suis possessionem: in optimo solo ramesses. Dicitur tamen joseph concessisse ei pharao. ut in heliopolitana urbe conversarentur. Illic enim pascua pastores eius habuerant. sciens gratum esse egyptiis. separari a se pastores: et nil quod eorum esset dedisse istis. Forte ad territorium helyopoleos spectabat terra gessen.

De canone quinte partis frugum instituto.

Invaluit fames in egipto. cumque defecisset precium emptoribus. sustentavit eos joseph anno illo pro commutatione pecorum. Sequenti anno cum iterum fame perirent: emit omnem terram egipti joseph pro alimentis. et subiecit eam servituti pharaonis preter terram sacerdotum quam dederant eis reges: quibus statuta cibaria ex horreis publicis debebantur. et ideo non sunt compulsi vendere possessiones suas. Circa finem vero sterilitatis: ait joseph ad populos. En vos et pecora vestra et terra: in manu pharaonis sunt. Ecce vobis reddo terram et pecora et dabo semina: et coletis terram. Quintam partem dabitis regi: quatuor reliquas permitto vobis in sementem et in cibos. Qui dixerunt. Salus nostra: in manu tua est. Ex tunc usque nunc: quinta pars solvitur regibus. Et factum est: quasi in legem.

De iuramento quod fecit joseph patri.

xxix

Habitauĩt g̃ isrl̃ in terra egipti. Auctiq; s͠t nimis: et uixit in ea decẽ et septẽ annis. Factiq; s͠t dies sui: centũ quadraginta septem annoꝝ. Cũq; uideret diem obitꝰ sui īminere: uocauit ioseph ⁊ fecit ut poneret manũ sub femore suo ⁊ iurar͡et q͡d sepeliret eum in sepulc͡ maioꝝ suoꝝ. q͡d abrahamiũ dr̃. ⁊ intserendo dix͡. ũ mortua fuerat rachel. q͡i se excusans q͡d ñ sepelierat eã. ũ ip͡e uolebat sepeliri. Cura fuit scil͡ sepeliri in t͡ra: in qua sciebant xp͡m resurrecturũ: ut cum eo resurgerent. Distat enĩ habraã miũ a caluaria: fere .xxx. milib;. Cumq; iurasset ioseph. ꝯũsus ẽ isrl̃ ad lectuli caput. q͡ erat ad oriente͡: et adorauit dñm. Quidã codices hñt. adorauĩ sup caput ũge eiꝰ: ut in capite ũge sue. Et utrũq; stare pot̃. Potuit enĩ senex hr̃e ũgã. ut in hac etate fi͡ solet: et innix͡ sup eã adorauit. Uel sceptrũ q͡d ferebat ioseph: isrl̃ suscepit. donec iurasset. Cumq; iurasset innix͡s sup cacumẽ eĩ ũ reddite ũge: adorauit dñm. Non enĩ credendũ est dicentib;: q͡d adorauit sceptrum ioseph. De benedictiõe effraim ⁊ manasse.

Iterum nuntiatũ ẽ ioseph. q͡d egrotaret pat͡ eiꝰ. Assũptisq; duob; filijs suis: ire ꝑrexit. Audiens senex uenisse filiũ. ꝯfortatus ẽ: et sedit in lecto. Uidensq; eum ioseph duos: ait. Qͥ sunt isti? Claret enĩ uidere ñ poterat. Et [...] ait ioseph. Isti s͠t filii mei: quos de[...]dit m͡ dñs in hoc loco. Et ait ia[...]cob. Isti duo mei erũt. Sic ruben [...] et symeon deputabũt m͡. i. q͡sq; [...] tribum faciet. Reliq͡ q͡s genuis: [...] nomine fr̃m suoꝝ uocabunt in [...] possessionib; suis. Applicuit autẽ ioseph manassem ad dexteram p͡ris. et ephraim ad sinistrã: adorans ⁊ petens ut bñdiceret eis. Jacob ũ in sp͡u cancellauit manꝰ: minori dexteram supponẽs. Q͡d ioseph grauiter accep͡: ⁊ ait. Non ita ꝯuenit pat͡. Alt͡ enĩ: ẽ primogenitꝰ. Et ille. Scio fili mi: scio. Et ille q͡dem erit in ꝑplos: s; minor maior erit. ⁊ semẽ eiꝰ crescet in gentes. Hoc in ieroboam impletũ ẽ. qui p͡mꝰ imꝑauit .x. tribub;. ⁊ fuit ephrateus. Et ait ad ephraym. In te bñdicet͡ isrl̃: ⁊ dicet͡ in ꝓuerbium. Faciat t͡ ds̃: sic ephraĩ ⁊ manasse. Et ad ambos ait. Ds̃ p͡m ñroꝝ bñdicat pueris istis: et inuocet͡ nomẽ meum sup eos. ⁊ noĩa abraã ⁊ ysaac ⁊ crescant in multitudine sup t͡ram. Et ait ad ioseph. Ds̃ reducet uos in t͡ram u͡ram. Do t͡ p͡ter fr̃s tuos sichimã: q͡m tuli in gladio ⁊ arcu meo. de manu amorrei. Sane emerat eã .c. agnis: a rege emor. S; cũ ꝑ nece sichimitaꝝ debuerat auferri: s; potestati uetam sẽp obtinuit. De bñdictioib; .xii. tribuum.

Conuocauit autẽ iacob filios suos: ⁊ ait. Congregamini ut annũtiem uob̃ que uentura s͠t in nouissimis dieb;. Ad litt͡am: de diuisione t͡re. ⁊ de statu tribuũ futuro ꝓphauit. Aptissime ũ: de utroq; x͡i aduentu. De rubem.

Ruben p͡mogenitꝰ meus. fortitudo mea. i. que genui in etate robusta. p͡ncipium doloris mei. i. sollicitudinis mee circa meos filios. Ut alii hñt: capitulum libis mis p͡or [...] in donis. maior in imꝑio. supple. ẽe debueras. Effusus es sic aqua: i. in uile libidine. Non crescas: q͡ ascendisti cubile p͡ris tui. Ac si dic͡t. Lege p͡mogenĩture honor t͡ ꝑ aliis debebatur ⁊ dupplicitas in possessioẽ: s; sufficiat t͡ ꝑ crimine tuo. parem ẽe ceẽris. Non g̃ sup excelles sic [...] aqua bulliens.

Uel ita distinge. Effusus es [...] Sic aq͡ ñ crescas q͡a ascendisti cubile p͡ris tui.

sup egreditur: ut sicut fluuius inundaret.
Symeon et leui uasa iniquitatis. quia
in furore suo occiderunt uiros .s. sy-
chimitas: et suffoderunt murū in uolū-
tate sua. Hic aptē: quia contra uoluntatē ipsius
fēm fuit istud. Alii hīt. subneruauerunt
taurū. quod quidā de filio regis q̄ rapuerat
dinā intelligunt: quidam de x̄. quidā de
tauris ipsis p silempsī dcm̄ putant. In
consilium eorum n̄ ueniat aīa mea. Hoc pla-
ne: de x̄. De symeon enī scribe. de leui sacerdo-
tes: quorum cōsilio x̄ occisus ē. Diuidā eos
in iacob 7 dispdā in isrl̄. Ad litt'ām: leui
sortē n̄ hūit in t'ra: s; ad mixtī aliis. uicu-
los hūit ad alenda pecora. Symeon simi-
liter. quia modicē erat. sortē n̄ hūit: s; recept'
ē in sortem iude. De iuda.

De symeone et leui

Sequitur de iuda: ubi pphat de regno
futuro in iuda. 7 plane de xp̄o. Iu-
da te laudabunt fr̄s tui. Hoc fcm̄ ē q̄n
aliis hesitantib; p̄mus p̄ moysen intra-
uit mare rubrū. ut et regnū p̄meruit. Ma-
nus tua in ceruicib; inimicorum tuorum:
et adorabunt te filii patris tui. Hic notat
regem futurum. Catulus leonis: iudas. hic
de capite regni. Dauid enī minimus fr̄m:
electus ē in regem. Ad p̄dam fili mi ascen-
disti: quia p̄mo dicā plimos hostes hūit. req̄-
escens accubuisti ut leo 7 q̄si leena: post
ea in pace regnauit 7 maxime timebatur.
Quis suscitabit illū ad pphandū? Qui. Spe-
solus q̄ directus ē in dauid. Vel de suc-
cessione salomonis dici pot'. Non aufe-
retur sceptrū de iuda. i. rex. 7 dux de femo-
rib; eius. donec ueniat qui mittendus ē a
patre: s. x̄. Usq; ad transmigrationē baby-
lonis: fuerunt reges de iuda. Ex inde duces
usq; ad hircanū: 7 tunc fuerunt reges. Cir-
ca t'pra x̄. defecerunt utrq;: et regnauit he-
rodes alienigena. Et ip̄e erit expectati-
o gentium: salus .s. exoptata. n̄ solum
iudeis. s; 7 gentib;. Tandem cōuertit sermo-
nem ad filium iudā. de illo, xp̄o mitten-
do: sic. O fili mi. ille erit ligans ad uine-
am pullū suū 7 ad uitē asinam suā: i.
gentilē et iudeum sibi q̄ uitis ē associabit.
Lauabit in uino stolā suā 7 in sangui-
ne uue palliū suum: i. carnē suā pas-
sionis sanguine cruentabit. Pulchri-
ores oculi eius uino. i. apli: et dentes illius.
i. p̄dicatores. lacte candidiores. Hebreus:
omīa de iuda sic. Non aufer. scep. de iuda. i.
quodam dnīu. quod .s. p̄mū intrauit mare ru-
brū q̄ p̄mū optulit fcō tabnaclo 7 h'moi: do-
nec ueniret q̄ mit. ē. hebre' ht. donec ueni-
at sylo. i. usq; ad saulem unctū in sylo. Post
tamen rediit ad iudam: quia eripuit ioseph a
manib; fr̄m suorum. Erit expectatio genti-
um: i. tribuū. un̄ dn̄s. Iudas ascendet p
uob in p̄lium. Ligans ad uitē pul. 7 ad
uineā asi: i. tanta erit ei copia uini. quod
iuna uitē onerabit asinū 7 ob hoc ē ru-
bicundos dixit oclos. quia sic apparet in oculis
bibentiū. In candore dentiū: copiā ouī-
um et lactis notat: quia lac comestū appa-
ret in dentib;. De zabulō.

Zabulon in littore maris habitabit.
7 in statione nauiū. ptingens usq;
ad sydonem. Ad litt'ām: trib; hec. mariti-
ma possedit. De ysachar.

Ysacar asinus fortis. ut osseus. i. uir ag'-
cola. accubans int' t'minus. quia medit'-
ranea possedit. int' maritimā 7 montes.
et uidit requiem quod esset bona. i. t'ram fecū-
dam. Un̄ seqr. Et t'rā quod optima. Et sup-
posuit humerū suū ad portandū: quia in
uehendis m'cib; ad mare. que in finib;
suis habundabant laborauit. fc̄us q; est

tributis serviens: i. navibus ferentibus tributa. He-
brei me thaponte exponunt: dicentes quod
nocte et die studendo laboraverunt et ideo omnibus tribubus
ei servierunt: qui magistro dona ferentes. De dan.

Dan iudicabit populum suum: sicut et alie tribus
israel. Fiat dan coluber in via. cerastes
in semita: mordens ungulas equi. ut cadat
ascensor eius retro. Hoc in sansone adimple-
tum est. Quasi diceret. Licet dan sit minima
tribus: tamen de ea surget iudex in israel: sicut et de a-
liis. Quemadmodum coluber vias obsequabit. ne
aliis hostibus liceat vagari per iudeam depredan-
do. ut p(ro): et superbiam phylistiim retro cede-
re faciet. Sed quamvis tantus sit: non tamen erit christus. Unde
subdit. Samson post illum: salutare tuum expec-
tabo domine. Exponitur et hoc de antichristo. quem ven-
turum de dan asserunt: qui contra sanctos morsu pesti-
fere predicationis et cornu potestatis ar-
mabitur. Multos etiam qui ascendebant ad
culmen virtutum deiciet retro. et tunc veniet sal-
vator ad iudicium expectatus. Alii referunt hoc
ad iudam. qui equum i. carnem christi et ascensorem eius i.
animam. morsu proditionis deiecit in mor-
tem: tamen salvator expectatus resurget. Sed
iudas: creditur fuisse de ysacar. De gad.

Gad accinctus. vel latrunculus. preliabitur ante
eum: et ipse accingetur retrorsum. Gad
cum ruben et dimidia tribu manasse.
relictis uxoribus et liberis ultra iordanem
in finibus suis. armatus precedebat israel in terra
promissionis. Et post .xiiii. annos patriam rever-
tens. plurium gentium vicinarum ad usus suos
quos reliquerat invenit et fortiter dimicans.
hostes stravit. De aser.

Aser pinguis panis eius: et prebebit de-
licias regibus. Fertilis enim fuit huius pos-
sessio: et deliciis affluens. De neptalim.

Neptalim cervus emissus: et dans e-
loquia pulcritudinis. Pro velocitate cer-
vi. signatur velocitas terre ubioris: que pre ali-
is precoces fructus parit. Alii habent. ager irri-
guus: quia super lacum genesareth iordane ir-
rigatur. vel aque calide ibi sunt. Commendatio-
nem vero eloquiorum. ad montem thabor. qui in
finibus eius est. referunt: quia eum prophete incoluerunt. Vel
quia de primitiis eius frugibus offerebatur in pascha:
unde fiebat laus deo. que est eloquium pulcritu-
dinis. Tamen ad christum et apostolos. verius refertur: quia ibi
maxime docuit. De ioseph.

Filius accrescens ioseph. filius accrescens:
virtute. scilicet et dignitate. Filie discurre-
runt per murum. Hic notat. quod ioseph transeun-
te per egiptum. mulieres ascendebant muros:
ut viderent eius pulcritudinem. Exasperaverunt
eum et iurgati sunt: inviderunt que illi. habentes
iacula. Hoc de fratribus eius: qui iaculis invidie ar-
mati sunt contra eum. Sedit in forti arcus eius. i.
in domino: et ideo dissoluta sunt vincula brachiorum
et manuum eius. per manus potentis iacob: i. deus.
qui est potentia iacob: solvit vincula quibus
ligaverant eum fratres. Pastor egressus est. israel la-
pis. quia de eo iheroboam qui fortior rexit israel i.
.x. tribus: ut pastor totius familie patris in egipto.
Hebreus habet. inde pastorum lapidem in israel.
Post commendationem eius benedixit ei sic. Deus patris
tui: erit adiutor tuus. Omnipotens benedicet te
benedictionibus celi desursum. benedictionibus uberum
et vulve. Ordo conversus est: quia prius conceptionem et
nutricationem ponit. Optat ei rorem celi.
fertilitatem terre: ubertatem lactis. fecundi-
tatem pecorum. Benedictiones patris tui confor-
tate sunt benedictionibus patrum eius: donec ve-
niret desiderium collium eternorum. Hic ad lit-
teram nichil est expositum. forte sic intelligi
potest. Legitur in numeris. Inclinati sunt sco-
puli arnon: vel gestierunt scopuli. ar. in psalmo.
Montes exultaverunt ut arietes et colles sicut agni
ovium. Et hic dicit: desiderium collium. Hec

·&· bndict[...]
[...] abyssi
[...] dorsi

tria: ad id spectant. Alibi dicuntur colles tetrago
ni eterni. Dicimus ergo iuxta arnon fuisse col
les asperimos et saxeos. et ideo dicti sunt eterni. et
quatuor habebant cacumina: unde et tetra
goni dicti sunt. Quorum aliqua pars inclinata est
coram israel. ut facile transiret: et quasi applausit
eorum adventui. Et forte dimidia tribus ma
nasse. citra montes illos sortem habuit. Et est sen
sus: Sic benedicetur ioseph. donec per colles ex
ultantes intraret terram promissam et ulterius. quia do
nec inclusivum est. Forte prophetavit de mon
te ephraim et monte samarie. in quibus reg
navit israel. Vel de montibus medorum atque
persarum. ultra quos exulat adhuc ephraim
et manasses et letata est terra de exilio hostium.
et tunc donec exclusivum est. Tunc enim termina
ta est gloria israel. Ex hebreo habetur hic sensus. do
nec iungantur colles eterni celo. Et est sensus.
Benedictus sit ioseph usque: more loquendi.
Sic enim solet dici. donec vel celum et terra
coeant. Et hec omnes benedictiones fiant
in capite ioseph: et in vertice nazarei. i.
sancti. inter fratres suos. De beniamin.

Beniamin lupus rapax. mane co
medet predam: et vespere dividet
spolia. Quidam referunt hoc ad ierusalem que fuit
in sorte beniamin. que dicitur lupus rapax. quia san
guinem prophetarum effudit. et mane egressio
nis de egipto predam. i. legem quasi extortam a deo
accepit. et adhuc eam comedit: sed in vespera
mundi dividet spiritum vivificantem
a littera occidente. Hebrei ad altare quod
fuit in ierusalem referunt. Quod dicitur lupus rapax.
propter ignis voracitatem: in quo mane
sacerdotes ponebant victimas ad ado
lendum. Vespere ipsi inter se partes suas
que de sacrificiis eos contingebant: divide
bant. Sed verius de paulo intelligitur. qui fu
it de beniamin. qui primo fideles persecu

tus. post fidelibus eloquia dei et gradus ecclesie dispensa
vit. Vel quia hec tribus multum bellicosa fuit. Et
benedixit singulos propriis benedictionibus. non quod
singulis bona dixerit: sed quia benedictione prophetica dixit. Vel
quia ex maxima parte benedixerit eis. De
morte iacob et translatione eius in hebron.

Hec locutus iacob. collegit pedes
suos super lectulum et obiit et appositus
est ad populum suum. i. ad angelos. certa spe.
tandem etc. Notandum quod dicitur quia appositus est
ad abraam et ysaac: sed tam pauci dici populus
non possunt. Ioseph vero precepit medicis. ut
condirent eum aromatibus. Et custodierunt
eum egiptii xl diebus. Mos enim erat ethni
corum. in condita servare corpora. ix. di
ebus et singulis diebus plangere et fovere ea a
qua calida: ut scirent utrum anima egressa.
an sopita foret. Condita vero: xl. diebus
servabant. Hebreis mos erat. in con
dita servare. vii. diebus: condita xxx.
diebus. servaverunt ergo et ipsi iacob. die
bus xxx. Et ita sub amborum custodia:
transierunt dies. lxx. fideles vero quia mortuos
suos fide et virtutibus conditos aiunt xxx. di
ebus eos plangunt. i. speciales missas sub
numero tot dierum pro ipsis celebrant. Quidam
terciam diem maxime celebrant. pro spiritu. anima. et
corpore. Alii septimam: quia transeunt mortui
ad septimam quietis: et pro septenario anime
et corporis. Significavit autem ioseph pharaoni
per intercessores quod iuraverat patri de sepultura.
Et accepta licentia a pharaone. comitatus fratribus
suis et multis senibus egipti: detulit patrem
ad sepeliendum in hebron. Sed timentes bel
la: deviaverunt a recto itinere. Veneruntque
ad aream adad. que postea populus murmurans
contra dominum: divino igne consumptus est. Et
planxerunt ibi. vii. diebus. Et ob hoc in
digene dixerunt locum illum: planctum

Ca^m qd

xxx

egypti. Tandem redeuntes ad viam transito iordane: sepelierunt eum in spelunca duplici. Rediitque ioseph in egyptum cum fratribus suis: et universo comitatu. De morte ioseph.

Timentes vero fratres eius ne mortuo patre memor fieret iniurie eorum: dixerunt ei. Pater tuus adhuc vivens: mandavit ut hec verba tibi diceremus. Obsecro: obliviscaris sceleris fratrum tuorum. Nos quoque oramus: ut patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Et adoraverunt proni in terram. Flevitque ioseph: et ait. Nolite timere. Et consolatus est eos. Vixitque .cx. annos. et vidit filios ephraim usque in tertiam generationem. Etiam de machir filio manasse. nati sunt filii in genibus ioseph. Ait que fratribus suis. Deus adhuc visitabit vos: et reducet ad terram pro qua iuravit patribus nostris. Asportate ossa mea vobiscum. Cumque adiurasset eos super hoc mortuus est. Et conditus aromatibus reconditus est in loculo in egypto: nec postea motus. donec ingressi sunt filii israel de egypto. Alii fratres secundum iosephum quisque in obitu suo deferebatur: et sepeliebatur in hebron et postea translati sunt in sychem. Explanatio exodi.

Hystoria sequitur exodi. non alia quidem a predicta: sed eadem continuata. Sed propter fastidium tollendum. est in .v. particiones distincta: quarum quelibet proprium libri sortita est vocabulum. Etiam hee quinque distincte sunt ab hebreis per quinquaginta quatuor thomos. quorum .xiii. precesserunt in genesi. Hec autem secunda particio. grece dicitur exodus. latine exitus. Odos enim grece iter. vel via dicitur. Agit enim de exitu israel de egypto. hebraice dicitur hellesmoth. a principio libri. et sonat hec sunt nomina: sicut nos a principiis suis psalmos nominamus.

Surrexit. De servitute filiorum israel. Ca. [illegible]

Surrexit ergo rex novus in egypto: longo tempore post mortem ioseph. Ab illo enim sub quo fuit. qui proprio nomine dictus est nephres. octavus regnavit amonophis. sub quo natus est moyses. Regno autem translato ad aliam domum. rex ille ob hoc quasi novus ignoravit beneficia ioseph que contulerat egypto et oderat israel. maxime ut ait iosephus. quia invidebant eis egyptii propter virtutem ingenii. et laboris industriam et affluentiam opum. et sobolis nobilitatem. Et ait rex ad populum suum. Populus israel fere fortior est nobis. Sapienter opprimamus eum. ne multiplicetur. vel ipse contra nos insurgat. vel addatur hostibus nostris. et egredietur liber. Imposuit ergo eis graves angarias operum. quibus fracti non vacarent amplexibus. et magistros operum prefecit eis hebreos. sed magistris operum prefecit egyptios. ut duriter affligerent eos. Coxerunt ergo lateres. ex quibus edificaverunt regi civitates tabernaculorum. phyton et ramesses. Civitates quidem prius erant: sed non erant tabernaculorum. Erant quidem in finibus egypti. et ideo munivit eas pharao. ut ibi poneret armatos. qui in tabernaculis semper excubantes. ne quis posset ingredi vel egredi sine regis nutu. Vel tabernaculorum id est pauperum prius et ope illorum illas ditavit: et alia littera positionum id est ut fisci reponeret. Aliud etiam opus non tam grave quam servile imposuit eis. ut lutum platearum et sordes vicorum cophinis exportarent. De quo legitur. Manus eius in cophino servierunt. Tertium opus secundum iosephum addidit ut fluvium per multas diriuationes dividerent et circumdarent civitates fossatis. ne eas inundare fluvius valeret. Et tamen quadringentos annos in his miseriis expenderunt id est compleverunt. Quanto magis autem

opprimebantur: tanto magis deo auctore mul-
tiplicabantur. **De industria obstetricum.**

Quod uidens pharao. aliud excogitauit
dolum. et precepit obstetricibus hebreorum
sephore et phue. que preerant multitudi-
ni obstetricum. ut masculos hebreorum in obstetri-
cando interficerent. et aborsum esse factum mentirentur.
feminas autem reseruarent. tum quia fragilis sexus
nocere non poterat. et libidini egiptiorum deserui-
ret: tum quia quidam sacrorum scriba regi predixerat
eo tempore masculum in israel nasciturum. qui regnum
egipti humiliaret. et uirtute uniuersos transcen-
deret. Timuerunt uero obstetrices dominum: et seruaue-
runt mares. Que cum a rege redarguerentur:
mentite sunt dicentes. Hebraice: obstetricandi
habent scientiam: et priusquam ueniamus ad eas
pariunt. Et quia timuerunt dominum: edificauit illis
domos. id est locupletauit eas. cum essent pau-
peres. ut fecundauit eas. cum essent steriles.
Augustinus dicit. obstetrices uenialiter peccasse.
Gregorius uidetur uelle: quod mortaliter. Dicit enim.
quod merces benignitatis earum. potuit in eter-
na uita retribui. sed per culpam mendacii. in terre-
nam compensationem declinata est. **De sub-**
mersione paruulorum.

Videns ergo pharao dolos sibi non procedere: apertius ag-
gressus est eos. precipiens ut quicquid masculini sexus
nasceretur in israel. in flumen precipitaretur. et mul-
ti eo tempore submersi perierunt. pro quo peccato creditur deus
egiptios tradidisse in hunc errorem. ut apim
pro deo colerent. Erat autem apis ut ait plinius.
qui et testatur se uidisse eum. quidam tau-
rus qui ex impulso egrediebatur de flumi-
ne. habens in humero dextro signum candidum
instar lune corniculate. ad quem cum statim
confluerent egiptii omni genere musicorum psal-
lentes. leuabatur in aera. et super eos tanquam
psallens ferebatur. et ad motum uel stationem
ipsius. ipsi intra mouebantur et stabant.

et eadem die euanescebat. Dicunt tamen quidam. quod
in festo serapis annuatim emergebat. unde
et ipsum serapim. id est serapi consecratum: autumant
uocatum. Alii tamen per decennium semel apparere dicunt.
Alii iusti tamen tempore. sacerdotis heliopoleos. mini-
stri. non: ut qui diuinitus iusticia indicaret sac-
dotum. Peccatum ergo fluminis: punitur deus
in errore fluminis. **De ortu et educatione**
Egressus est post hec uir **moysi.**

leuita nomine amram qui accepit uxorem
contribulem iocabeth. qui nolebat accede-
re ad uxorem post edictum. malens carere liberis. quam in
necem procreare. Cui deus per somnium astitit. ut
ait iosephus. dicens ne timeret uxorem cognoscere:
quia puer quem timebant egyptii. nasciturus
esset ex ea. et de sacerdotio aaron: ei signauit.
Tandem concepit mulier. et peperit filium sub si-
lentio: eo quod non multum ei dolores partus
institerunt. Et uidens puerum elegantem: abs-
condit eum tribus mensibus. Cumque celare non pos-
set. sumpsit fiscellam scirpeam. in modum fisce
id est sacci rotundam. uimine contextam: et liniuit
eam bitumine ac pice. et ponens intus infan-
tulum in carecto ripe eum exposuit. ne im-
petu fluminis raperetur. stante procul sorore
paruuli maria. et expectante rei exitum ex-
matris precepto. ecce descendit thermuth
filia pharaonis: ut lauaretur in flumine. Que
uidens aluicolum. et afferri iubens audit
paruulum uagientem. Et misertа est ei: di-
cens. de infantibus hebreorum est hic. Sic enim
deus eum uenustauerat: ut et ab hostibus dig-
nus alimento haberetur. Et cum egiptie pelices ad-
mouissent ei ubera ad lactandum: faciem
auertebat. Et ait maria. Visne ut uocem adu-
cam hebream: Forte ubera gentis sue sequetur.
Ex precepto ergo termuth abiens matrem par-
uuli tanquam alienam adduxit: et accessit
ad ubera eius puer. Suscepit ergo termuth a

lendum puerum: et ablactatum reddidit filie
pharaonis. Que adoptauit eum in filium.
Et dictus est moyses. Egyptii enim moys aquam:
ises saluatum dicunt. Quem dum quadam die ter
mulh obtulisset pharaoni. ut et ipse eum
adoptaret: admirans rex pueri uenusta
tem. coronam quam forte gestabat. capiti
illius imposuit. Erat autem in ea hamonis
ymago fabrefacta. Puer autem coronam proiecit
in terram: et fregit. Sacerdos autem helyopole
os a latere regis surgens: exclamauit. Hic est
puer: quem nobis deus occidendum monstra
uit. ut detecto timore carere ualeamus. Et
uoluit irruere in eum. Sed auxilio regis
liberatus est et persuasione quorundam sapientis. qui
per ignorantiam hoc esse factum a puero asserunt.
In cuius rei approbationem. cum prunas alla
tas puero obtulisset: puer eas ori suo ap
posuit et lingue sue summitatem igne cor
rupit. Vnde et hebrei impedimentis lingue
eum fuisse autumant. Tante uero pulcritu
dinis fuit. ut ait iosephus. nullus adeo se
uerus esset. qui eius aspectui non hereret: mul
tique dum cernerent eum per plateas ferri: occu
pationes in quibus studebant. desererent.

De uxore moysi ethiopissa.

Cum esset autem. cum adultus esset moy
ses. ethyopes uastauerunt egyp
tum: usque ad memphim et mare. Quo
circa conuersi ad diuinationes egyptii: ac
ceperunt responsum ut auxiliatore uteren
tur hebreo. Et uix obtinuerunt a termuthe.
ut exercitui quem parauerant. moysen prefi
cerent ducem: prius prestitis sacramentis. ne
ei nocerent. Erat autem moyses uir belli
cosus et peritissimus. Qui fluminis iter tan
quam longius pretermittens. per terram duxit exerci
tum itinere breuiori. ut inprouisos ethyo
pes preueniret: scilicet per loca plena serpenti
bus iter faciens. tulit in archis papyrinis super
plaustra ybices. ciconias scilicet egiptiacas.
naturaliter infestas serpentibus. que rostro
per posteriora immisso aluum purgant. Castra
que metatur. preferebat eas. ut serpentes
fugarent et deuorarent: et ita tute per no
ctem transibat exercitus. Tandem preuentos ethio
pes expugnans. inclusit eos fugientes
in ciuitatem saba regiam: quam post cambi
ses a nomine sororis sue meroen denomina
uit. Quam quia inexpugnabilis erat cum
diutius obsedisset: oculos suos iniecit in
eum tarbis filia regis ethyopum. et ex con
dicto tradidit ei ciuitatem. si duceret eam
uxorem. et ita factum est. Inde est quod maria et a
aron iurgati sunt aduersus moysen: pro uxore
eius ethiopissa. Dum autem redire uoluisset:
non adquieuit uxor. Porro tanquam uir peri
tus astrorum. duas ymagines sculpsit.
ingeniis huius efficatie: ut altera memo
riam. altera obliuionem conferret. Cumque pa
ribus anulis eas inseruisset. alterum scilicet ob
liuionis anulum uxori dedit. alterum ipse
tulit: ut sicut pari amore. sic paribus a
nulis insignirentur. Cepit ergo mulier.
amoris uiri obliuisci: et tandem libere in
egiptum regressus est.

De fuga moysi. et affinitate iethro.

In diebus illis egres
sus moyses ad fratres suos in terra gessen: ui
dit afflictionem eorum: et prefectum operis e
gyptium percutientem quendam de hebreis et
secreto percussum egiptium abscondit:
in sabulo. Et egressus altero die: uidit
duos hebreos rixantes. Et dum argueret
eum qui fecerat iniuriam: respondit. Quis te con
stituit super nos? Num me occidere uis. sicut
heri occidisti egiptium? Miratus est moyses.
quomodo palam factum est uerbum hoc et timu
it: presertim cum audisset pharao uerbum hoc.

et quereret eum occidere. Qui fugiens per desertum
uenit in terram madian. et ciborum inopiam ut
ait ioseph. uirtute tolerantie superabat. Et ue
nit ad ciuitatem madian. circa mare rubrum.
sic nominatam a quodam filio abrahe de cethura.
seditque iuxta puteum. Erant autem sacerdotis ma
dian .i. primatis. qui antiquitus sacerdotes dicebantur.
Madian .vii. filie. qui dicebatur raguel. agnomina
tus iethro. cognominatus cyneus. que uenerant
ut haurirent aquam gregibus suis. Officium
alendorum gregum. erat tunc et mulierum. maxime
in regione trogoditarum. Superuenientes
autem pastores. reppulerunt eas. Quos prohibuit
moyses ab iniuria uirginum. et adaquauit
greges earum. Que maturius solito redeuntes.
narrauerunt patrem ne beneficium peregrini retribu
tione priuaret. Vocatusque moyses. iurauit
quod habitaret cum eo. Et accepit uxorem fili
am eius sepphoram. Que peperit ei gerson. quod
sonat aduena. eo quod in exilio genuerat eum.
Peperitque alterum. quem dixit elieser. i. deus meus ad
iutorium. Deditque ei socer omnem curam gre
gum suorum. in quibus omnis antiquis barba
ris erat possessio. De uisione rubi.

Ca. iii

Tandem mortuus est rex egipti. et clama
uerunt filii israel ad dominum. Et recordatus
est federis. quod pepigerat patribus eorum. Moyses autem
pascebat greges ouium in deserto. Cumque
minasset gregem ad interiora deserti. uenit
ad montem dei syna. qui et in quadam par
te sui dicitur oreb. Et apparuit ei dominus in
flamma ignis. in medio rubi. Ignis autem
uiriditatem rubi depascebat. innoxius. Erat
autem mons ad pasturas egregius et herbis ha
bundans. quia pastores illuc ascendere non
presumebant. tum quia mons excelsus erat.
tum quia opinio erat. deum ibi habitare. Et
ait moyses. Vadam. et uidebo uisionem
hanc magnam. Et uocauit eum dominus de
rubo. et ait. Moyses. moyses. Qui respondit. Ad
sum. Et dominus. Tolle calciamenta tua. Locus enim
in quo stas. terra sancta est. Et ait. Ego sum deus abra
am. et deus ysaac. et deus iacob. Videns uidi af
flictionem populi mei in egypto. et descen
di ut liberem eum. et deducam eum in terram fluentem
lacte et melle. ad loca chananei. ethei. amor
rei. pherezei. euei. et iebusei. Hos omnes autem gentes
septime .s. gergesei. tacuit. et fere ubique tace
tur. nisi in deuteronomio. Sed ueni. mittam
te ad pharaonem. ut educat populum meum de
egipto. Et dixit ei moyses. Quis ego sum. ut
eam ad pharaonem? Et dominus. Ego ero tecum. Et
hoc habebis signum. quod miserim te. Cum
eduxeris populum de egipto. immolabis deo super
montem istum. Quasi. Tunc uidebis quod ego fui te
cum. et eduxi te. Hebrei terminant hic uer
sum. quod miserim te. Et ait moyses. Si
dixerint filii israel. quis est qui misit te. quod est
nomen eius? Et ait dominus. Ego sum qui sum. Quasi. Vo
cor. qui sum. Et dices eis. Qui est. misit me
ad uos. dicesque. Deus abraham. deus ysaac. deus iacob.
misit me ad uos. Hoc nomen mihi est in eternum.
Quia hii testes. uiuunt in eternum. Ioseph
dicit. Dixit ei suam appellationem. quam homines
prius non audierant. nec mihi fas est dicere. Vade ergo
congrega seniores israel. et dices eis quod apparuit tibi
in rubo. et misit te ad liberandum eum. Et tu
ingredieris tecum ad regem egipti. et dices ad
eum. Deus hebreorum uocauit nos. Ibimus uiam tri
um dierum in solitudine. ut immolemus
deo nostro. Scio tamen quod non dimittet uos. nisi per
manum ualidam. Et percutiam egiptum in mi
rabilibus meis. Hec et crebris uacat. scilicet. po
stulabitis ab egyptiis commodatum uel mutuum
uasa preciosa et uestes. et spoliabitis egyp
tum. Dixit hebrei postulasse ut dono
darent. sed uerius est quod mutuo. Excusatur
tur autem. per preceptum domini. De signis datis
moysi.

Et ait moyses. Non credent mihi. Cui dns.
Quid est quod tenes in manu tua? Respondit.
Virga. Et ait. Proice eam in terram. Et proiecit.
Versa est in colubrum 7 expauit moyses: ita ut
fugeret. Et dixit dns. Apprehende caudam eius. Cumque
tenuisset: uersa est in uirgam. In ebreo enim: colu
ber feminini generis est. Et ait. Hoc signum fa
cies: ut credant tibi. Et adiecit. Mitte manum
tuam in sinum tuum. Et misit 7 facta est leprosa: al
bida instar niuis. Iterum. Retrahe manum
in sinum. Et retraxit 7 protulit: 7 erat similis car
ni reliquae. Et iterum. Si neque his duobus signis
credent. sume aquam fluminis 7 funde
super terram aridam: et uertetur in sanguinem. Et ait
moyses. Obsecro domine mitte alium. Habeo impe
dimentum linguae fere sum. ex quo locutus es ad
seruum tuum: nec enim eloquens sum ab heri 7 nu
dius tercius. Et dns. Quis fecit os? Quis mutum 7
surdum? Quis uidentem aut cecum? Nonne
ego? Age ergo. docebo te: et ero tecum. At ille.
Obsecro domine: mitte quem missurus es. Et dns
quasi turbatus: ait. Aaron frater tuus eloquens est:
7 ipse egredietur in occursum tuum gaudens.
Pone uerba mea in ore eius: 7 ostendam uobis
quid agere debeatis. Virgam sume: in qua
facturus es signa. Venit ergo moyses ad ieth
ro: 7 ait. Reuertar ad fratres meos in egyptum:
ut uideam si uiuant. Cui iethro. Vade
in pace. Moram autem facienti: iterum dixit dns.
Vade in egiptum. Mortui sunt qui querebant
animam tuam: pharao. scilicet 7 complices eius. Vel plura
le posuit pro singulari: si solus pharao quere
bat. De reditu moysi in egiptum: 7 di
missione uxoris.

Tulit ergo moyses
uxorem et liberos: et imponens super
asinum profectus est. Cumque esset in itinere in
diuersorio. ut comederet: occurrit ei dns.
i. angelus euaginato gladio. 7 uolebat
eum occidere. moysen. scilicet quia uxorem duce
bat 7 filios contra uoluntatem dei. Essent enim
impedimento uel puerum: qui incircumcisus erat.
Alterum forte iam circumciderat moyses. Non enim
credendum est illud. quod dicunt alterum remansisse
cum iethro. cum supra ait: liberos. Tulit illico
sepphora acutissimam petram 7 circumcidit
prepucium filii sui: tetigitque pedes eius 7 ait.
Sponsus sanguinum tu mihi es? Et dimisit
eum postquam dixerat hoc. Vt ait augustinus: locus iste
ebrietate obscurus est. Vbi ergo ait. tetigit pe
des eius. intelligendum est. sanguis tetigit pe
des pueri. uel angeli. Vnde irata: ait uiro.
Es ne mihi uir sanguinum? Id est. an ex
coniugio tuo tantum scelus teneor agere. ut fun
dam sanguinem filii mei? Et recessit ipsa
ab eo: uel angelus. Hebreus ita. Et tetigit pe
des eius. i. sepphora moysi. Indignans enim:
prepucium iecit ad pedes moysi. 7 ait. Gener
sanguinum tu mihi es. i. tu gener patris mei
ideo factus es: ut esses mihi. i. carni meae in filio.
ad sanguinem. i. ad mortem? Vel sanguis
mihi effusus est: ad placandum angelum: qui
tibi mortem minabatur. Et dimisit angelus
moysen. Quod in hebreo patet. Sic enim hebreus
habet. Relaxauit eum angelus: quem prius. scilicet usque ad
mortem artabat. Et hic uolunt more circumci
di petrinis cultellis. huiusmodi principium: uel a
iosue. in galgala. Et nos habemus petrinum.
hebreus habet aciem. Et dicit acutissimam aciem:
nouaculam. Vnde et iudei nouaculis circumcidunt.
Fabulantur tamen quidam hebrei. usque ad dauid. cir
cumcisionem factam esse petra. Sed quia in dicien do
golia. ferrum lorice 7 galee cessit lapidi
iacto. quasi dans ei locum: deinceps cessit
lapis ferro in circumcisione. De primo in
gressu ad pharaonem.

Abiit itaque
moyses solus. tenens uirgam in
manu: intrauitque aaron dno iubente
te desertum synai. 7 occurrit moysi in

montem dei. Dixitque ei moyses verba domini: et signa que mandaverat. Veneruntque simul: et congregaverunt seniores israel. Locutusque est eis aaron omnia verba domini et fecit signa coram eis et crediderunt. Post hec cum senibus israel ingressi sunt ad pharaonem: et dixerunt ad eum. Hec dicit deus israel. Dimitte populum meum: ut sacrificet michi in deserto. Et ille. Nescio dominum: et israel non dimittam. Et illi. Ibimus viam trium dierum in solitudinem: ut sacrificemus deo nostro: in quo nec contrarietas. nec duplicitas intelligenda est. Ideo enim forsitan ordine preposterum educeret: si pharao populum dimisisset. Tunc moyses secundum iosephum commemoravit ei quanta fecerat egyptiis oppressis ab ethiopibus et commemoravit labores et pericula que pro eis tulerat. et quod pro his non acceperat condignam retributionem. pariterque que contigerant in syna: exposuit. Quem rex deridens. servum suum fugitivum vocavit: et per seditionem dixit rediisse eum. Tunc ait rex servis suis. Multus est populus. Quanto maior erit. si dederitis ei requiem ab operibus: Et precepit ne ultra darent eis paleas. ad conficiendos lateres. que comminute luto commiscebantur. ut solidiores essent lateres. vel potius lateres eis coquebantur. plurimorum penuria in egypto.

De afflictione filiorum israel.

Opprimebantur ergo hebrei operibus: nocte colligendo paleas et die faciendo lateres. Et tamen numerus laterum exigebatur ab eis: qui et postea flagellatique sunt magistratus de filiis israel. qui preerant fratribus suis operantibus: a prefectis pharaonis. Magistratus enim operum hebrei erant: prefecti vero magistri. egyptii. Veneruntque prepositi filiorum israel. ad pharaonem et dixerunt. Cur inique agis contra servos tuos? Qui ait. Vacatis otio: et ideo dicitis. Eamus sacrificemus domino. Ite ergo: operamini. Palee non dabuntur vobis. Cumque egrederentur: occurrerunt moysi et aaron et dixerunt ad eos. Videat dominus iniuriam vestram in nos, et iudicet: quoniam fetere fecistis nos. id est abhominabiles reddidistis coram pharaone. Et ait moyses ad dominum. Cur misisti me. ut affligeres populum istum? Cui dominus. In manu robusta eiciam eos. Et adiecit. Ego sum qui apparui abraham ysaac et iacob. in deo omnipotente. id est qui sum deus omnipotens. et nomen meum adonay non indicavi eis. id est fortitudinem et potentiam ad quas pertinet hoc nomen. sed pietatem et sapientiam ad quas pertinet hely et heloy. Vel non indicavi: sicut tibi. Apparuit enim deus abrahe: sed moysi locutus est facie ad faciem. Et item. Inducam vos in terram super quam levavi manum meam. id est iuravi: ut darem eam patribus vestris. Ego dominus. quasi. Ita verum est hoc: sic ego sum dominus. Et est iuramenti species. Narravit moyses hec omnia filiis israel: nec acquieverunt. propter angustias spiritus. Consummat autem hic hystoria principes domorum per familias suas. de tribubus tamen: scilicet ruben. symeon et levi. Nos autem: de solo levi dicere sufficiet. Filii levi fuerunt gerson: caath et merari. Ex quibus: tres familie levitarum dirivate sunt. Gersonite: caathite. merarite. Filii caath: amram et ysuar. Filii ysuar: chore. Filii amram de iocabeth. aaron moyses. et maria. Accepit autem aaron uxorem helisabeth filiam aminadab. sororem naason: que peperit ei nadab et abiu. eleazar et ithamar. Eleazar accepit uxorem de filiabus phanuel: que peperit ei phynees. Iste est moyses et aaron: quibus locutus est dominus in terra egypti. Hoc addidit esdras: ut quidam dicunt. Vel moyses de se: tamquam de alio locutus est.

De mutatione virgarum in colubros.

Item locutus est dominus ad moysen. Loquere ad pharaonem omnia que loquor tibi: et ne timeas eum. Ecce constitui te deum pharaonis. id est potentem in ipso: et infra

ei facit signa eo modo quo tibi. Aaron erit propheta tuus. i. prolocutor. Non tamen moyses deus: ut aaron propheta. Ingressi quoque sunt moyses et aaron ad pharaonem. Moyses erat octoginta annorum. et aaron octoginta trium. quando locuti sunt ad pharaonem. Tulit ergo aaron uirgam moysi et iecit eam intra coram pharaone: et uersa est in colubrum. Vocauitque pharao maleficos. et fecerunt similiter per incantationes singuli uirgas suas que uerse sunt in dracones. Sed deuorauit uirga aaron uirgas eorum. Et sciendum: quod magi oculos spectantium deludebant. Vel secundum augustinum demones discurrentes per mundum: et subito semina rerum deferentes hic agitur afferunt. De plagis egipti.

Induratum est cor pharaonis. nec audiuit eos. Et ait dominus ad moysen. Egredere in occursum pharaonis cum egredietur ad aquas: et dices. In hoc scies: quod dominus sum. Percutiam uirga aquam fluminis: et uertetur in sanguinem. Pisces morientur: et affligentur egiptii. Et factum est ita. De aqua uersa in sanguinem.

Et percussit aaron aquam fluminis: et uersa est in sanguinem. Et fuit sanguis in omni terra egypti. in fluuiis. riuis. et paludibus. Forte non in omnibus. sed in his que manabant de nilo. et in uasis domorum. tam ligneis quam saxeis. Foderuntque puteos egiptii per circuitum fluminis: et inuenerunt sanguinem. Feceruntque similiter magi iannes et mambres. Ideo forte quod allata est aqua de terra iessen. quam non percussit dominus plaga propter filios israel qui habitabant in ea. Tamen iosephus dicit quod hebreis potabilis erat fluuius; et mutatur. Egiptiis uero non solum colore. sed etiam sapore amaro cruorem preferebat. Vnde potius uidetur quod alibi quam in nilo: aqua fuit in egipto. Et hec est prima plaga. qua percussit dominus egiptum. septem diebus. De qua dicit iosephus quod pharao timens pro ea. et hesitans: hebreos abire permisit. Cumque malum fuisset releuatum: sententiam permutauit. De ranis.

Iterum locutus est dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem et si nolueris dimittere populum: dimitte dic aaron ut extendat manum super flumina. riuos. et paludes. Et fecit sic. Et ascenderunt rane: et operuerunt terram egipti. Et ut dicit iosephus. orte in breui moriebantur: et putrescentibus cadaueribus fetor nimis noxius exalabat ex aqua. immo quedam quasi domestice. domos intrantes. sepe in cibis et potibus et lectis inueniebantur. Fecerunt autem malefici similiter. Sunt autem tria genera ranarum. unum fluuiale et uocale. Aliud minimum: quod et calamitum dicitur. Quod si piciatur in os canis: obmutescit. Tertium magnum: uenenosum: quod rubeta dicitur. et uulgo crassantium. Dixit ergo pharao ad eos. Orate dominum ut auferant ranas a nobis: et dimittam populum. Et clamauit moyses ad dominum: et mortue sunt. Uidensque pharao quod data esset requies: non dimisit eos. De sciniphibus.

Dixit dominus ad moysen. Dic aaron. Extende uirgam et percute puluerem terre: et sint sciniphes in omni terra egipti. Et factum est ita. Sunt autem sciniphes musce adeo subtiles: ut uisum non acute cernentis effugiant. et corpus cum insidunt acerbo terebrant stimulo. Fecerunt malefici similiter ut educerent sciniphes: et non potuerunt. Dixeruntque pharaoni. Digitus dei est hic. i. spiritus dei. Sicut enim per dexteram filius: sic per digitum spiritus solet accipi. Augustinus querit. quare in hoc defecerunt: non in primo. uel secundo. Et dicit hoc factum ad notandum quod et si phylosophi habuerunt noticiam patris et filii: non tamen spiritus sancti. ut plato qui dogmatizauit de togaton et noyn. Hec tamen signa: facta sunt per manum aaron. Que sequuntur

tur: ut a dño tm̄ l' p moysen. **De muscis et**
Dix̄ g° dñs ad moysen. **cinomia.**
Egredere ad pharaonē: et dic ei. q̄d si no
luerit dimittē pplm meū. mittā in om
nē terrā egipti omē gen' muscar̄ 7 faciā
in die illa mirabilē terrā gessen. q̄ habe
bit tranquillitatē. Et fcm̄ est ita. Et uenit
musca grauissima in omnē t'ram egip
ti. Loco ē. i. multitudo muscar̄ 7 expssit
dcm̄ ē: q̄m si pluralit' dicerēt. p quo. lxx.
posuerūt cynomia. i. musca canina: q̄d
7 in p̄olog'. Et uocauit eos pharao 7 ait.
Ite. sacrificate deo uro: intra hac. Q' dixe
runt. Non possum'. Abhoīationes e
giptior̄ īmolabim'. Si mactauim' q̄ co
lunt egiptii corā eis: lapidib; nos ob
ruent. Tauru eni adorabant in hono
re apis. uaccā: p ysicle. ouem p amone.
Unū abhoīabile erat eis. occidi h'. l' come
di. Et ait pharao. Ite in desertū: uerū lon
gi' ne abeatis. Rogate p me. Orauit mo
yses: et recessit musca. Et iterm̄ cor pharaonis
induratum ē. Pluris duab; plagis. dic'
iosephus. q̄d innumera multitudo pedi
clor̄ egiptiis pullulauit. ex interioribz ebul
liens: quos neq; lauacris. nec medicamento
rū ungentis exterminare poterant. Multis
eni plagis p'ter decē famosas: credibi
le ē pcussos egiptios. **De morte pecorum.**
Tunc dix̄ dñs moysi. Dic
pharaoni. Si retinuerit pplm me
um: cras inducā pestē grauē 7 mori
ent' oīa aīantia egipti. nec q̄cq̄m de
his q̄ possidet isrl'. morietur. Et mortu
a sūt aīantia egipti. q̄. s. erant in do
mib;: q̄ que in pascuis. p' grandine
pierūt. Vl' forte determinatū ñ ē. q̄
sub multo tēporis interuallo forte hec
fca ñ sūt 7 potuerūt aliunī hr̄e iterum
aīantia. P hac ē. dicit iosephus. q̄ bestiis
multigenis. quar̄ aspectib; nullus occur
rit. dñs regionē eor̄ impleuit: q̄b; 7 ipsi
consumebant' 7 t'ra agricolis nudabat'. Et
ingrauatum ē cor pharaonis: et noluit
dimittere pplm. **De ulcerib; 7 uesicis.**
Tunc dix̄ dñs ad moysen: 7 aaron. Tollite
cineres de camino: 7 aspgat illos moyses
in [illegible] celum corā pharaone: 7 erūt in hoīb;
7 iu[illegible]ntis ulcera 7 uesice. in omi t'ra e
gypti. Et fcm̄ ē ita. Nec poterant ē male
fici stare corā pharaone p't uulnera que e
rant in eis: ex interiori corruptioē ueni
entia. **De grandine.**
Dixit q°; dñs ad moysen. Dic pharao
ni. H' dicit dñs. Ideo posui te ut
ostendā in te fortitudinē meā: et narre
tur nom̄ meū in omi t'ra. En pluā hac
ipsa hora cras grandinē: q̄lis ñ fuit in
fuit in egipto usq; in diem hanc. nec
ē in partib; yperboreis. Congrega q̄ hs
in agro. Hoīes eni 7 iumta foris inuen
ta: grandine morient'. Q' timuit de ser
uis pharaonis dñm: confugere fecit ser
uos et iumta in domos. Extenditq;
moyses uirgam in celū: 7 dedit dñs toni
trua. grandinē 7 fulgura 7 igni mixta pa
rit' ferebant'. Et pcussit grando cuncta
q̄ fuerant in agris: et herbā 7 lignū regi
onis confregit. Ordeū lesum ē. q̄ iā ui
rens erat: et linū q̄ iā folliclos germi
narat. Triticū u' 7 far. q̄d ē gnī genus.
tritico grossi': ñ sūt lesa. q̄ serotina sūt.
nec adhuc uirentia. q̄a in spicā ñdū
pdierant. Et uocauit eos pharao: 7 ait.
Peccaui ē nc. Orate dñm p me: et di
mittā uos. Egressusq; moyses ex urbe.
tetendit man' ad dñm: et cessauit tē
pestas. nec ē stillauit pluuia sup t'rā.

Et ingrauatum est cor pharaonis. **De locusta.**

Dixitque dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem et faciam signa que narres filiis et nepotibus ut sciatis quia ego sum dominus. Et ingressi dixerunt regi. Hec dicit dominus. Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos: ut comedat quod residuum est grandini. Egressoque moyse: dixerunt serui pharaonis ad eum. Usquequo patiemur hoc scandalum? Di[mitte] homines: quia perit egiptus. Et reuo[cauerunt] eos et dixit pharao. Qui nam sunt qui ituri sunt ad sacrificandum? Et ait moyses. Viri et mulieres senes et paruuli: cum ouibus et armentis. Et respondit. Cui dubium est quod pessime cogitetis? Non fiet ita: sed ite uiri tantum. Hoc enim petistis. Et eiecti sunt statim de conspectu eius. Et extendit moyses manum super terram egipti. Et induxit dominus austrum die illa et nocte. Et leuauit locustas et sederunt innumerabiles in cunctis finibus egipti et deuorauerunt omne uirens in lignis et herbis. Dicitur autem locusta quasi longa asta: quia longiora habet retro crura. Festinusque pharao uocauit eos: et ait. Peccaui in dominum uestrum: et in uos. Orate pro tollenda peste hac etiam hac uice. Egressusque moyses: orauit dominum et flauit uentus ab occidente: et proiecit locustam in mare rubrum. Et indurauit dominus cor pharaonis: nec dimisit israel. **De tenebris.**

Extenditque moyses manum in celum. et facte sunt tenebre palpabiles: ita ut nec uiderent nec moueri localiter possent egiptii. Multi et mirabiliter compulsi sunt mori. Ubicumque autem erat israel: lux erat. Et uocauit eos pharao et ait. Ite immolate. Oues tantum et armenta: remaneant. Et ait moyses. Nec remanebit ex eis ungula: presertim cum adhuc ignoremus quod debeat immolari. Et ait pharao. Caue ne ultra uideas faciem meam: et morieris. **De diebus egiptiacis.**

Ait quoque moyses ad fratres suos: et ait dominus ad eum. Adhuc una plaga tangam pharaonem: et dimittet uos. Notandum quod plures fuerunt plage in egipto quam decem quas enumerat exodus. Sed non fuerunt forte adeo graues: et ideo tacentur. Unde quosdam dies egiptiacos dicunt: quia in his passa est egiptus. Quorum duos tantum in singulis mensibus notamus ad memoriam: cum plures forte fuerint. Nec est credendum quod egiptii licet astrologi periti dependerint dies nefastos hos in inchoatione operis uel itineris uel minutionis. **Incidentia.**

Nota etiam quod quidam egiptiorum timentes egiptum perituram: egressi sunt ut cycrops qui ingressus greciam urbem condidit quam uocauit acthen: que postea dicta est athene. Quam quidam grecorum diacias: quidam orcomenam dixerunt. Qui dictus est diffres id est nomen egiptium quod latine dicitur quasi dibos uel bicorpor uel propter proceritatem stature uel propter tum immensitatem uel propter peritiam utriusque lingue quam habuit grece et egiptie. Sub quo primo nata est in arce oliua. Creditur etiam eadem tempestate egressus dyonisius bachus qui et argos condidit: et usum uinee grecis dedit. Dicitur etiam diluuium in tessalia factum sub deucalione et incendium sub phetonte circa tempora moysi: et sub eo hercules anteum uicit. Erictonius filius uulcani currum et troilus primus quadrigam iunxisse feruntur. Egiptus quoque prius mesrai post aeria ab egipto rege submisso egiptus dicta est. Lacedemon filius semeles lacedemoniam condidit. xanthus triophalebum. epidaurus condita et corinthus que prius ephila dicta. Ysis secundum quosdam: ex heleno epaphum genuit qui memphim condidit cum in secta egipto regnaret. Sane determinans dominus plagam que restabat: ait. Ingrediar

in egiptum. et morietur omne primogenitum. a primogenito pharaonis. usque ad primogenitum ancille que est ad molam. et primogenita pecorum. Apud vos autem. nec mutiet canis. et petetis vasa preciosa ab egiptiis. et dabunt vobis.

De diebus azimorum. et agno paschali.

Iterum dixit dominus ad moysen. Mensis iste erit vobis primus in mensibus anni. hic est aprilis. id est lunatio aprilis. que in martio sepe inchoat. hic dicitur ab hebreis nisan. apud egiptios parmuti. apud macedones xantice. Voluit quippe dominus iudeos a ceteris nationibus differre. sicut religione et caractere circumcisionis. ita et temporis ratione. Romani enim ex traditione nume pompilii primum ponunt ianuarium. quia tunc incipit sol ascendere post solsticium hyemale. Arabes inchoant annum post solsticium estivum. Congruentius videtur inchoari ab hebreis in martio. in quo et mundus conditus legitur. In apostolis quia cerimoniali differentia a nobis. In temporali conveniunt nobiscum. Et ad iecit dominus. Decima die mensis huius tollet unusquisque agnum. vel si non potuit agnum. saltem hedum. Quod si non sufficiet numerus domus ad esum agni. assumet de domo vicina domui sue. iuxta numerum animarum que sufficiant. et erit masculus anniculus. id est unius anni. sine macula. non quidem vellit. sed corporis. quod in levitico determinatur. si cecum fuerit et fractum et cetera.

decimam lunam intuitus. quod agnus qui tollebatur significabat aliquid eternum. Sic enim dicitur luna quarta decima. et ita quarta decima que fuit prima die mundi undecima. et tamen mundum decima. Quidam quidam: quod decem capita erant in eis. iunius [illegible]

sumptum de grege servabitis eum in domo. usque ad quartam decimam diem. et immolabit eum omnis multitudo. unaquaeque domus. id est suum. ad vesperam. et tingetis tum fasciculo ysopi. utrumque postem. et superliminare sanguine. et edentes carnes nocte illa assas igni. nec coctum quod de eo aqua aut crudum. id est semicoctum ex festinatione. et azimos panes lactucis agrestibus. quarum amaritudo amaritudinem servitutis memoraret in sempiternum. Caput cum intestinis et pedibus vorabitis. Si quid residuum fuerit. igni comburetis. quia ut ait iosephus. cremare sursum ferri sonat. et elevatio ignis. elevationem eius ab pestis que vastavit egiptum signavit. Nec comedet incircumcisus. De modo et comedendi ait. Renes vestros accingetis. calciamenta habebitis in pedibus. tenentes baculos in manibus. os non frangetis. nec de carnibus foras mittetis. et comedetis festinanter. Est enim phase. id est transitus domini.

per dominum vel egiptum. que decem plagis liberata non cessit. Solo sanguine agni victa. filios israel dimisit.

Dicta est autem nox illa propter tria transitus. quia in ea transivit angelus per egiptum percutiens primogenita ab homine usque ad pecus. et transiuit super tecta hebreorum lita sanguine. et aggressi sunt israel iter transeundi. ab egypto. Iterumque ait dominus. Diem hunc sollennem habebitis. in monumentum in generationibus vestris. cultu sempiterno. Septem diebus azima comedetis. prima dies erit sancta et venerabilis. Similiter et septima. Nichil operis facietis in eis. exceptis his que ad vescendum pertinent. Patet quia medius dierum operi potarant. Ex hoc et patet quia sabbatum erat sollennius quovis festo quantum ad cibum. in quo nec ad vescendum licet operari. Non potuit esse quod mulieres in ipso die sollenni pasche potuerunt parare unguenta ad ungendum dominum. quod sabbato non licuisset. In iezechiele festum in prima die aprilis legitur et in [illegible]

quod non hic. Et egressi filii israel: fecerunt sicut preceperat dominus moysi et aaron. Et congregati sunt quartadecima luna in finibus egypti: terra ramesse. Tamen iosephus dicit eos congregatos decima luna: et vix exspectasse quartamdecimam.

Factum *primogenitorum.*

est autem noctis medio: percussit dominus omne primogenitum egypti. Nec erat domus in qua non iaceret mortuus: domino forte ita procurante. ne fuisset domus absque primogenito. Compulsusque pharao: dixit moysi per nuncios. ut egrederentur cum omnibus suis. Immo et egyptii urgebant eos exire. Tulit ergo populus farinam conspersam super humeros. ligatam in palliis et petierunt vasa ab egyptiis. vestesque plurimas et spoliaverunt egyptios ex precepto domini. tum pro mercede laboris qua fraudati erant: tum ut inde fieret tabernaculum et erant quasi sexcenta milia virorum peditum. absque parvulis et vulgo famulantium eis innumerabili et duxerunt secum diversi generis animantia: multa nimis.

Factum est *De exitu israel de egipto.*

autem quod nilus preter solitum adhuc inundabat terram: in qua erat sepulcrum ioseph. Tenebantur autem ex iuramento asportare ossa eius. Et moyses scripsit in lamina aurea nomen domini tetragramaton. que supposita aque supernatavit usque dum veniens stetit super ubi erat sepulchrum. et effodientes: sustulerunt ossa. Que sublata: leguntur eis prophasse. forte de difficultate itineris. Tamen hebrei tradunt. quod ovis ex impulso astitit iuxta eos: que locuta est ad eos. Ob quam rem duxerunt eam secum multo tempore per desertum: et dixerunt eam ovem ioseph. Unde quod ibi. Qui deducis velut ovem ioseph. Et in egressu eorum terremotu facto: multa templa egypti cum ydolis suis corruerunt. Habitatio autem filiorum israel in egypto: fuit quadringentorum triginta annorum. Sed nomine egypti: intelligendum est omnis incolatus eorum. qui incepit a promissione abrahe. facta in via mesopotamie. A qua usque ad legem datam: tot anni fluxerunt. Solis enim centum .xl.iiii. annis servivit israel in egypto: post mortem ioseph. Quibus expletis: eadem die egressa est omnis multitudo de terra egypti. quod est mirabiliter a deo factum est. vel forte eadem die qua exivit abraham ad peregrinandum. Et nota quod hic dicitur. quia die egressi sunt. et infra. mementote diei huius in qua egressi estis de egypto. prima die azimorum est super legem dictum eis. Nullus egrediatur ostium domus sue: usque mane. Et statim legitur hic. Nox ista observabilis est domini: quando eduxit eos de terra egypti. forte intelligendum est nocte eductos: id est ad mane egrediendum. ab egyptiis nocte compulsos. Profectique sunt de ramesse in socoth: sed et in benedictione cerei: nec sunt secuti dicitur nocte educti.
eos egyptii. sepelientes mortuos suos. Multi etiam egyptiorum flebant: penitentes quod eis fuerant tam crudeles. Coxeruntque farinam quam tulerant de egypto. feceruntque subcinericios panes azimos. ex modico tamen tempore coagulatos: hisque usi sunt triginta diebus. Non enim ultra suffecerunt. que tulerant de egypto: licet sub necessitate custodirentur. nec eis ad sacietatem vescerentur.

De sanctificatione primogenitorum.

CXIII

Dixitque dominus ad moysen. Sanctifica mihi omne primogenitum masculinum. quod aperit vulvam. tam de hominibus quam de iumentis: quia percusserat primogenita egypti. in liberatione eorum. Et quia solos masculos per hoc voluit sanctificari: dici potest non percussos nisi masculos. forte quia primogenita eorum a percussore angelo liberaverat et hi mi

sua erant. Voluitque ut deinceps sua essent
omnia. Vel quia ex omni fructu primo honoran
dus est deus. Primogeniti gradus de filiis levi offere
bantur: et serviebant iugiter domino. Primo
geniti aliorum offerebantur: et quinque syclis re
dimebantur. Primogenita pecorum apta
ad immolandum: oblata erant sacerdotibus.
Immundorum vero: non oblata quedam redi
mebantur. ut primogenitum asini muta
batur ove. que pro eo offerebatur. quedam nec
redempta occidebantur. ut primogenitum ca
nis. Et adiecit dominus. Cum introduxerit
te dominus in terram promissam: intimabis hec
filiis tuis. servanda ritu sempiterno.
Eritque hoc quasi signum in manu tua et quasi
appensum quid ob recordationem ante oculos
tuos: ut scilicet huius libationis memoria non
aliter veniret in oblivionem. quam que ma
nu geruntur vel ante oculos appenduntur. Quod
pharisei ad litteram observantes: in
cartis hec scribebant et decalogum simul.
et eas sinistris circumligabant brachiis.
et inter oculos appendebant. quas dominus in evan
gelio phylacteria vocat: a phylaxe et tho
rat. **De deserto egypti.**

Igitur cum emisisset pharao populum: non eduxit eos
per palestinam. contiminam egypto. propter antiquam
molestiam et odium priorum. ne insurgerent
phylistei adversus eos. sed circumduxit eos per
desertum quod est iuxta mare rubrum. tum pro
mandato domini iubentis ut ducerent
populus ad montem syna ad immolandum. tum
si penitentes egyptii vellent eos
persequi. graviorem molestiam sustinerent tantis.
Armatique ascenderunt filii israel de terra
egypti. multa scilicet supellectili muniti.
Tamen alia translatio habet: quinta generatione
ascenderunt filii israel. Moyses enim a ia
cob quintus fuit. vel per tribum iude a phares
usque ad salmonem fuerunt generationes. Hebreus
habet. quinta generatione: as. filii israel. Profectique de sochot:
venerunt in ethan. Civitas erat tunc de
serta. in capite solitudinis. que a iosepho
licus dicitur. vel babylonem postea fuit dicta.
dum cambises egyptum vastaret. **De du**
catu columpne et itineris.

Dominus autem ut dux esset itineris: precedebat eos
per diem in columpna nubis. contra fervo
rem solis et per noctem in columpna ignis
contra tenebras et ut etiam a serpentibus provideret.
Precepitque dominus. ut reversi aliquantulum versus
egyptum: castra metarentur in regione phy
airoth. que est inter magdalum et mare.
contra beelsephon. Est autem magdalum
civitas in confinio egypti. ad quam iudei
tempore ieremie interfecto godalia primo con
fugerunt et posuerunt castra super mare rubrum.
Huius maris aqua non est rubea. sed omnis
terra circumstans rubea est: ex qua inficiatur
gurges et inficitur. Unde minium acutissi
mum excerpitur. Quicquid est ad esum influen
tibus est: in hunc colorem cadit. Ob hoc ibi de
gemme rubre inveniuntur. que hu
mo involute et inter harenas attrite.
trahunt colorem hystorie et maris. Hoc mare:
in duos sinus dividitur. Qui ab oriente
est persicus appellatur: quia perse hora eius inha
bitant. Alter: arabicus dicitur. Sed tamen nos dici
mus rubrum. hebreus habet cannosum: quia can
ne in litoribus habundant. Sane i
bi coartati sunt filii israel. Ex una parte
erant montes asperimi et inmeabi
les: ex altera mare. **De dulcoratione**
Immutatumque est cor pharaonis. **aquarum marath.**

Tulitque trecentos currus precipuos et trecen
tos ab egyptiis et insecutus est eos. Equites
quoque dixit quinquaginta milia et ducen
ta milia peditum armatorum. Levantesque

Ca. xxxvii

xxxvii

oc̃los hebrei. uiderunt egyptios post se: et timuer̃t ualde. Neq; enĩ fuge facultate habebant. nec pugnare poterant. q2 inhermes erant: nec ibi morari ꝓpt̃ ciborũ penuriã. Cumq; plurimũ arguerent moysen: dix̃ eis. Nolite timere. Hec faciet dñs: ut hodie uideatis magnalia eĩ. Ipse pugnabit p uob: et uos tacebitis. Egyptios quos uidetis nunc: ñ uidebitis in sẽpiternum. In hebreo planĩ est. Non uidebitis ut nũc uidetis: i. uiuos. Clamauit moyses ad dñm. Cui dix̃. Qd clamas ad me? Leua uirgã ⁊ extende manũ tuã sup mare: ⁊ diuide illd. ut p siccũ ingrediant̃ filij isrl̃. Tollensq; se angel' qui p̃cedebat eos: stetit p' tergũ int̃ egyptios ⁊ isrl̃. ⁊ erat nubes tenebrosa egyptiis: lucida hebreis. Cũq; extendisset moyses manũ: flauit uent' uehemẽs ⁊ ũtit aquã in siccum. Et diuisum ẽ mare in duodecĩ diuisiones: ut queq; trib; ꝑ turmas suas incederet. Et ad uocans moyses singulas trib;. sc̃dm ordinẽ natiuitatis sue: hortabat̃ eos. ut ip̃m p̃euntem sequerent̃. Cumq; timuissent intrare. ruben. symeon. ⁊ leui: iudas prim' aggressus ẽ iter p' eum. Vñ ⁊ ibi meruit regnũ. Pfecti sũt g° p mediũ maris: et erat aqua q̃si mur': a dext̃ eoꝝ et leua. Qd uidentes egyptij: uesanos iudicabant eos. Sz cũ uiderent illesos abire: ingressi sũt p' eos. Iamq; uenerat uigilia matutina: ⁊ respex̃ dñs sup egyptios p columpnam ignis et nub;: i. intolabiles nubes ⁊ g̃ues tonitr̃. coruscationesq; lampantes: iniecit sup eos. Vñ territi dixerunt. Fugiamus isrlem: dñs enim pugnat p eis. Filij aũ isrl̃ sc̃dm iosephũ: ad ꝯtrapositã ꝑuenerunt terrã.

hebri ũ tradt. qd cum uenissent ad extremũ montis porrecti in mare: p longam maris uiã eos obliquasse ⁊ circueundo montẽ. ad idem litt' egypti: redisse. Qd pbant: sic. Natura maris ẽ: ut qd ꝑit in eo. ad ꝓximũ litt' eiciat. Cum g° mane iacerent egyptij mortui in littore: patet q2 id erat litt'. ex altera parte montis. Non enĩ in spacio noctis fere eq̃noctialis. nec illi. nec hij etiã ad mediũ mare t̃nscurrissent: q2 spaciosũ est ibi. Cũq; sic ꝑturbarentur egyptij: moyses iubente dño extendit manũ suã sup mare: ⁊ reuse sũt aque ad p̃orẽ locũ ⁊ opuer̃t egyptios. nec unus quidẽ supfuit ex eis. Et tulit isrl̃ arma mortuoꝝ. moysesq; canticũ dño ꝯposuit exametro carmine. Cantem' dño ⁊ c̃. Qd q2 p̃ius legit̃ ceteris: canticũ dr̃ canticoꝝ. Nec h' discredendũ ẽẽ dicit ioseph': cum alexandro macedoni ⁊ exercitui eĩ dariũ insequẽti. mare pãphilicũ diuisum fuisse leg'. deo uolente qui p eũ regnũ ꝑsarũ delere uoluit. Morat' ẽ aũ isrl̃ iuxta litt' maris septẽ dieb; ⁊ cum tympanis ⁊ instrumẽtis musicis singul' dieb; ueniebant ad litt' ⁊ cantabant dño canticũ moysi: uiri seorsũ ⁊ mulieres seorsum. In cui' rei memoria: septem paschalib; dieb; cantando redim' ad fontes. Et terminat̃ hic: liber iosephi sc̃d's.

De dulcoratiõe aquaꝝ marath.

Post hec egressi sũt in desertum sur. Tñ hebre' hñt: in desertũ ethan. Duo sũt enĩ: q2 p' ante mare fuer̃t. in deserto ethan. Pt mare: in deserto sur. Pt helim: in deserto sin. Ambulauerũtq; trib; dieb; ꝑ solitudinẽ. nec inuener̃t aquam donec uenerũt in ma

rath: ubi aquam inventam pre amaritudine non poterant bibere. Unde et locum illum dixerunt marath: ab hac amaritudine. vel potius pro amaritudine animi. Anime enim amaror est quod sitit, si non invenit potum: quam si invenit gustare non possit. Dominus autem ostendit lignum moysi. Quod cum misissent in aquas: dulcorate sunt. Forte lignum illud talis efficatie erat. et forte miraculose factum est: ut in solitudine in qua non erat lignum, inveniretur lignum. Hebrei dicunt quia illud lignum naturaliter amarissimum erat: et ut mirabilior innotesceret vis divina: amarum additum amaro dulcedinem operatum est. Josephus velle videtur quod aque vicium hoc contraxerant. quia immote semper fuerant: secundum illud. Et vicium capiunt: ni moveantur aque. Dicit enim fuisse ibi puteum modicum. Sumens autem virgam moyses quam habebat in presenti. scidit eam per medium in longitudine incisionem faciens: et iecit in puteum. Et precepit fortibus ut haurirent aquam et plurimam prius effunderent: ut ultima que remaneret frequentibus concussionibus exercitata et purgata fieret potabilis. Ibi etiam dedit eis iudicia non dum tamen in re: sed daturum se promisit si obedire sibi vellent.

De fontibus et palmis helim.

Post hec venerunt in helim: ubi erant duodecim fontes et septuaginta palme. Et dicit iosephus quod modica aqua erat in fontibus. ut quod ex ea modicum manibus sumeretur. cenosum esset et inutile. Propter hoc et palme non multum eminebant a terra. quia non sufficiebat humor ad conglutinandam humum. Exinde venerunt in desertum syn. quod est inter helim et synai. ubi plures fecerunt mansiones: que in numeris exponentur.

De coturnicibus et manna.

Quinto decimo die mensis secundi: tricesimo scilicet ab exitu eorum de egypto. quando scilicet secundum pascha celebrabatur: defecerunt eis victualia que tulerant de egypto. Et dixerunt. Utinam mortui essemus in egypto. quando sedebamus super ollas carnium: et comedebamus panes in saturitate. Cumque orasset moyses ad dominum: dixit ad eos. Audivit dominus murmurationes vestras contra eum: et dabit vobis vespere carnes et mane panes in saturitate. Factumque est vespere et ascendens coturnix de sinu arabico. ubi precipue nutritur. transcenso medio mari: operuit castra et ad libitum populus capiebatur. Est autem coturnix avis regia: quam iosephus ortigiam vocat. grece orto gomenam. nos vero vulgo curleium dicimus a currendo. Mane vero cum oraret moyses. ros descendens illinitur manibus eius. quem prius ymbrem suspicatus est. Sed cum gustasset: sensit mellis dulcedinem et panem promissum datum intellexit et iacuit ros per circuitum castrorum et erat granum minutum. quasi semen coriandri. album in modum pruine et quasi pilo tunsum. Quod videntes filii israel: dixerunt. Manhu. id est quid hoc? Unde et deinceps manna dictum est: quod quidam indeclinabile putant. Alii in prima declinatione. alii in tertia ponunt. sicut et pascha pasche. vel paschatis. Et ait moyses. Hic est panis: dat vobis a domino. Colligite vobis gomor per singula capita. Et collegerunt alii plus. alii minus: et mensi sunt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat. habuit amplius: nec qui minus paraverat. reperit minus. Forte enim in acervis collecta ponebant et reddebatur singulis gomor: quod iosephus assarium vocat et est decima pars ephi. Vel forte quantumcumque quis colligeret. veniens ad propria non inveniebat

nisi gomor. Ut per miraculum factum est ut eadem
cibis sufficeret gomor: quod ab aliis etiam comede-
batur. Colligebant autem mane. quia cum incalesceret
sol liquefiebat. quod miraculosum erat. cum ad ig-
nem durum fiebat. Terebant autem illud in pul-
verem: et conglutinatum in panes formabant.
Cuius sapor erat dulcissimus: propter quod dictum est si-
mile cum melle. Et alibi dicitur sapor panis ole-
ati. Quod non dicitur. quia sapiebant unicuique in ore.
quod desiderabat. non multum est autenticum. Dicit
et ioseph. quod hactenus rigatur locus ille imbribus.
Dixitque moyses ad populum. Nichil relinquetur
ex eo: usque mane. quidam tamen reservaverunt.
et scate- bat vermibus: et computruit. Prece-
pitque moyses. ut die sexta colligerent
cibos duplices: quia sabbato non inve-
niebatur in agro. tamen servatum in diem
sabbati non corrumpebatur. Tamen quidam putant.
nec etiam die sexta collegisse quemque nisi unum
gomor. sed illud per miraculum multiplica-
batur. ut duobus sufficeret diebus. hoc inde
colligentes. quia infra legitur. propterea hoc tribuit
vobis dominus cibos duplices. die sexto. Dixitque
dominus moysi. Imple gomor ex eo. et custo-
diatur in futuras retro generationes. id est in
posteras: ad sui memoriam retro haben-
dam. Et fecit moyses iuxta verbum domini et
posuit illud aaron in urna aurea. in ta-
bernaculo reservandum. Aiunt hebrei. eos pri-
mo habuisse parvum tabernaculum: in quo
dominum consulebant. De quo dicitur infra. Tol-
lens moyses tabernaculum: tetendit extra
castra procul. vel per prolempsim de futuro tab-
ernaculo dictum est. Hoc cibo aliti sunt filii israel. xl.
annis: usque tangerent fines terre chanaan.

Igitur. **De aqua data in raphidim.**

Profecta est omnis multitudo de deserto sin.
per mansiones suas iuxta sermonem domini.
et venit in raphidim. non quod verbo distin-
gueret illi dominus mansionem. sed indicio nubis stantis.
quam precedentem semper sequebantur. ea stante: castra metabantur.
In quo defuit eis aqua: et murmuraverunt contra
moysen. Qui ait ad dominum. Quid faciam populo hu-
ic? Adhuc pusillum: et lapidabit me. Et
dominus ad eum. Sume de senioribus israel et vade
ad petram oreb: et percuties eam virga. Pars est mon-
tis syna: sic dicta. Alia est et alibi: petra oreb. dicta
sic propter oreb: qui occisus est in ea. tamen que est ita.
Et egresse sunt aque: et bibit populus. Et vocavit
moyses nomen loci temptatio: quia temptaverunt
dominum dicentes. Est ne dominus in nobis an non? Alie
postea fuerunt aque contradictionis. **De pugna contra**
Egressus est autem amalech.
Amalech ut pugnaret adversus israel
in raphidim. Strabus ait. Amalech fuit
filius ysmahelis. a quo amalechite. qui et ysma-
helite. Ipsi sunt sarraceni. hos dicit ioseph
pugnaces. inhabitantes goboth et petram.
et a circumstantibus conductos ad bellum adversus
hebreos. Econtra legitur in genesi. quod eliphat pri-
mogenitus esau. genuit de concubina ama-
lech. Idem super regum. ubi filius doech idumei.
nuntians david mortem saul: ait. amalechi-
tes sum. Forte duo fuerunt equivoci: et ex his
duo populi. Elegit autem moyses ihesum de tribu ephra-
im. virum bellicosum: ad dimicandum contra hos-
tes: cui et paucos tradidit armatos: pluri-
mos ad castrorum custodiam retinuit. Ipse autem
ascendit in montem. habens virgam dei in ma-
nu. Ascenderuntque cum eo aaron et ur. vir
marie. Tamen secundum paralipomenon. fuit fi-
lius caleph et marie. avus beseleel. Cumque
elevasset moyses manus ad dominum: vince-
bat israel. Si autem paululum remisisset: vin-
cebat amalech. Quo comperto aaron et
ur. supposuerunt ei lapidem: et ex utraque par-
te manus eius sustentabant. Erant enim graves:
pre labore orandi. In huius rei figura. sacerdos

manus elevat in missa: et etiam in figura Christi orantis in cruce. Sed et remisit Moyses manus usque ad solis occasum. Fugavitque Iosue Amalech in ore gladii. Et ait Dominus Moysi: Scribe hoc in libro ob monimentum. Adhuc enim delebo memoriam Amalech de sub celo. Quod in diebus Saul impletum est. Et edificavit Moyses altare: et vocavit illud: Dominus exaltatio mea. **De substitutione magnatum: ad consilium Iethro.**

Egressus est autem Iethro cognatus Moysi obviam ei in desertum. Tulitque secum Sefforam: et duos filios eius. Cumque intrasset tabernaculum Moysi: narravit ei Moyses signa que fecerat per eos Dominus et universum laborem sustinuerit. Et congratulans illis Ietro: ait. Benedictus Dominus qui eripuit populum suum de terra Egypti. Nunc cognovi quia magnus est Dominus: super omnes deos. Obtulit ergo Ietro hostias Domino: et comederunt cum eo Moyses et Aaron et seniores Israel coram Domino. Augustinus tamen non vult gentilem immolasse Domino, sed Moysen: secundum aliam translationem que est. Sumpsit Ietro hostias de oblatis a Moyse. Sumpsit ab eo: et comedit. Forte etiam sacrificavit Moyses iuxta montem sicut preceperat Dominus. Dicit enim Iosephus Iethro venisse circa montem ubi in rubo multas viderat Moyses visiones. Altera die sedit Moyses ut iudicaret populum qui assistebat ei de mane usque ad vesperam. Quod attendens Iethro: ait. Stulto labore consumeris. Ultra vires tuas est negotium. Sed audi verba mea: et erit Dominus tecum. Esto populo in his que sunt ad Deum et cerimonias et viam et ritum ostendas eis. Ad decisionem vero causarum elige viros potentes. timentes Deum. amantes veritatem. detestantes avaritiam. Et nota quod in his quatuor que dicit consideranda in eligendo iudice. — potentia. quia quid plurimum valet. scientia illa sequitur. Aliaquin adderet oleum camino: et gladium veneno. Tamen alia translatio habet: sapientes. quos forte potentes vocat ad iudicandum. et ad docendum. Constitue ergo ex electis quosdam tribunos. id est cuique tribui unum prepone. qui a tribu tribunus hebraice. grece chiliarchus. latine millenarius. Non quod in tribu tantum essent mille: sed certum numerum posuit pro incerto. Ut pro multitudine copiosa: numerum posuit supremum. Forte quia iam principes habebant. queque tribus suum: sub principe voluit esse millenarios. qui tamen preessent mille. Sub millenariis autem monuit constitui decem echatontarchos. id est centenarios vel centuriones. Sub centurionibus quoque duos pentacontarchos. id est quinquagenarios. Sub quinquagenario quinque decanos. Orta ergo lite. inter decem: stabant ad iudicium decani. cui facile erat lites paucorum dirimere. Si non poterant diffinire: ascendebant ad quinquagenarium et sic usque ad millenarium. Quod tamen rarum erat. Maiora tamen reservabant Moysi. ipsi minora iudicantes. In hunc modum ecclesia romana vocavit plurimos in partem sollicitudinis. primates. archiepiscopos. episcopos. archidiaconos. archipresbyteros. et minores sacerdotes. Leviora peccata et quedam graviora. occulta. iudicant. graviora vero et aperta: referunt ad episcopum. Acquievit Moyses. Nec erubuit Moyses vir doctus plenus consilium gentilis. Dimisitque cognatum suum. Hebreus: ubique ponit socerum. Et reversus est Iethro: in terram suam. **De peruentu ad montem Synai.**

Mense tertio egressionis de Egypto. id est Iunio. die hac. id est kalendis Iunii: venerunt ad montem Synai. Fixeruntque tentoria e regione montis: XL septima die a phase. In exponendo enim septimanas. XXX. dies per mense ponimus: quia mediam inter lunarem et solarem menses eligimus viam.

Lunares enim inter tricenarium inveniuntur
quidam: vel ultra vel non. Solares vero plures: hunc nu-
merum excedunt. A phase quidem .xvi. restabant
dies primi mensis: fluxerunt postea .xxx. secundi
mensis. Restat ergo quod prima dies iunii, qua-
dragesima septima fuit. Sequenti die di-
luculo: ascendit moyses in montem ad dominum.
Qui dixit ei. Dices domui iacob. Vidistis que
fecerim vobis. Hec ad tempus: ut et loquar vobis. Si ergo
custodieritis pactum meum. eritis mihi in pecu-
lium: de cunctis populis. Que cum retulisset
moyses populo: responderunt. Cuncta que locutus est dominus
faciemus. Cumque redisset moyses ad dominum:
ait ei dominus. Veniam ad te in caligine: ut
audiat me populus loquentem ad te. Vade. sanctifica
populum hodie et cras: id est lavent se et vestimenta
sua. vacent ab amplexibus: et sint parati in tertium
diem. et constitues terminos per circuitum montis. quos
qui transierit. et etiam tetigerit montem morietur.
Manus non tanget eum, sed lapidabitur. aut ia-
culis confodietur. sive iumentum. sive homo. Verba
tamen aliud ait iosephus. In his duobus diebus convivio
ac epulentur: et ornamentis detenter.

De datione legis in monte.

Iam venerat dies tertius: et ante solis ortum
ceperunt audiri tonitrua. ac micare
fulgura: et nubes densa operuit montem.
et clangor buccine perstrepebat. fumabat
mons. quod dominus descenderat in igne et fumum
ferebat quasi de fornace et mons tremuit ut
aiunt hebrei. timuit populus. sed et moysen i-
ra dei periisse putabant. tandem lenior ap-
paruit moyses et serenus aer cum eo re-
versus est inter eos. Tunc ait eis. Hodie non audi-
etis filium amram et iocabeth. sed illum qui per
vos percussit egiptum. qui per mare iter dedit.
qui cibum de celo. potum de petra concessit.
per quem adam de fructibus terre comedit. noe
ex imbribus ereptus est. abraam canaam ob-
tinuit. ysaac natus de senibus. iacob ple-

dictatus ioseph sublimatus. Fiant ergo verba hec
vobis amabiliora quam filii vel uxores. Et eduxit
populum in occursum domini: ad radices montis.
Ascendit autem domino iubente moyses et aaron: ultra
terminos. sacerdotes id est maiores et populus non transi-
erunt. Locutusque est dominus. ita ut nullum vox effu-
geret et sic quinquagesimo die dedit eis legem.
verbo tamen: in figuram quod daturus erat spiritum sanctum
die quinquagesimo. Explicatio decalogi.

Non habebis deos alienos coram
me: et cetera. Quod non nisi decem precepta
dederit. omnes sancti asserunt: sed in distinctione eorum
differunt. Primum enim secundum augustinum dividit ori-
genes in duo. et duo ultima secundum augustinum colligit
in unum. Cui consentit iosephus. Preterea dicit augustinus
tria fuisse in una tabula: et septem in alia.
Iosephus vero et hebrei .v. in utraque: forte quia augustinus vo-
luit tria pertinere ad dilectionem dei. et .vii. ad dilectionem
proximi. pro dignitate potius quam pro scriptura
dixit ea esse prime et secunde tabule: sicut dicere con-
suevimus homines prime classis et secunde. Quecumque vero
modo distinguantur idem est sensus. Non habebis
deos alienos coram me. id est me solum habebis
dominum et ponitur non habebis pro non habeas. impera-
tive: secundum ydioma hebreum. Non enim
asserit: cum quamplures habuerint. Non facies tibi
sculptile: vel ydolum. Alia littera. quod nichil est
in mundo. id est nulli rei naturalis representa-
tivum. ut iupiter fiebat agnino capite. cauda
arietina. anubis capite canino. nec om-
nem similitudinem que est in celo. vel in terra.
vel in aquis. vel sub terra. Quasi. Nec facias tibi
pro deo simulacrum solis et lune. neque hominis
aut iumenti et huiusmodi. nec draconis. vel rep-
tilis cuiuslibet: quod colebat diversus hominum
error. Non coles: non etiam adorabis ea. Cole-
re enim est mente adorare. Adorare autem est: signo
aliquo. saltem per nutum. vel adulando regibus ado-
rare. Preterea ad inculcandam custodiam

dicti et dicendorum: addidit uidelicet. Ego sum
dominus deus tuus fortis et zelotes: uisitans peccata patrum
in filios in tertiam et quartam generationem eorum qui
oderunt me et faciens misericordiam in milia. his qui dili-
gunt me et custodiunt precepta mea. Zelus dicitur
inuidia. dicitur etiam amor. scilicet pre amore uiri ad
uxorem. pro quo sustinere nequit alterius accessum
ad eam. In hunc modum dicit dominus. Ego sum zelo-
tes. id est non patiar te fornicari post deos alienos. Quod
addidit se uisitare peccata patrum in filios: aiunt here-
tici. Non est bonus hic sermo: ut pro peccato alterius
quis puniatur et dicunt: uetus testamentum non esse datum a
deo. Non enim sic est crudelis deus. Sed econtrario in
his nimis apparet. quod etiam in hoc nomine uisi-
tans innuitur. Ex pietate enim uisitamus infir-
mos. Et ipse ex mansuetudine peccantem non
statim punit. sed expectat usque in quartam ge-
nerationem: quamdiu scilicet patres solent uiuere et si
corripientur patres. uel filii ipsorum non imitabuntur
patrem. Alioquin qui post longam expectatio-
nem iuste punit. Et de temporali pena tamen in-
telligendum est. sicut de achab et iheu. in posteris
uindictam sumptam legimus. Vel potest ex primis
sententias iusta iudicantis. Grauius enim puni-
untur peccantes. si filios uideant pro se puniri: et
iustius per expectationem. Origenes tamen hic in-
telligit per patres demones. per posteros eorum adiuto-
res. quos quandoque in peccando nobis adiungi-
mus. utpote primo intrauit diabolus in
cor iude. ecce pater. post accessit ad principes
ut et ipsi in hoc peccarent. ecce filius. post ab
illis accepit cohortem et ministros. ecce tertia
et quarta generatio. Dominus autem non uisitat hic peccata
patrum. qui reseruantur igni eterno: nisi tamen se-
pe punit homines. Secundum preceptum.

Non assumes nomen dei tui in uanum
id est nec falso. nec superflue. nec dolose
iurabis per nomen dei: nec honorem eius quantum
in te est euanescere facias praue de eo sentien-
do.

Memen- De deo sentiendo. III. preceptum de sabbato.
to ut diem sabbati sanctifices. id est sanctum et feria-
tum habeas. Non facies omne opus. tu et filius
tuus et filia tua et seruus et ancilla. nec iumentum
tuum. nec aduena qui est intra portas tuas. id est tecum
in domo tua seruiens. quia deus qui eum die septi-
mo. et nos diem septimum seruamus: et sic non hic
quam illi. Nam et nos sicut. Quartus sermo ÷
seruandas septimanas. cum ab omni forensi
opere cessatur. preterea de opere seruili dominus in-
telligendum. IIII. preceptum.

Honora patrem tuum et matrem tuam. dup-
plici honore: reuerendo. scilicet et necessaria mi-
nistrando. In his autem que sequuntur. fere in omnibus
a parte totum intelligitur. Vnde dominus docens totaliter
intelligenda: impleuit legem. V. preceptum.

Non occides. uel manu. ut mente. uel
consensu. nec uiolentam manum inferes
insonti. nec subtrahes auxilium uite. cum
potes et debes dare. Iudex quidem non occidit: sed lex.

Non mechaberis. VI. preceptum.
non commiscearis alii: excepto federe
matrimonii. VII. preceptum.

Non furtum facies: nec etiam rapies aliena.

Non dices contra proximum VIII. preceptum.
tuum falsum testimonium. Hic prohibet omne
mendacium. licet quidam male senserint. dum
tacite concessisse mendacium quod prodest: simul nobis sit.

Non concupisces IX. preceptum.
nec domum proximi tui. Secundum augustinum: hic pro-
hibet concupiscentiam rei aliene inmobilis.

Non desiderabis Decimum preceptum.
uxorem eius. non seruum. non ancillam. non bo-
uem. non asinum. nec omnia que illius sunt.
Hic autem prohibet concupiscentiam rei mobilis.
Secundum origenem: unum est preceptum. De altari

Videbat autem populus uoces: et faciendo.
lampades et uocem buccine et mon-
tem fumigantem. et stantes procul: dixerunt

moysi. Loquere tu nobis: et audiemus. Non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Stetit ergo populus de longe et moyses accessit ad caliginem in qua erat deus. Cui dominus ait. Altare de terra facietis mihi. Forte ante constructionem altaris portabilis: voluit hoc fieri. Vel illud portatile erat de terra: sicut infra dicemus. Quod si altare lapideum feceris mihi: non edificabis illud de sectis lapidibus. Si elevaveris cultrum super eo: polluetur. Quasi diceret. Nolo quod cum instrumento effusionis sanguinis: edifices mihi sacellum. Inde et nos unius lapidis altare construimus. Forte prohibuit: ne super altare hostie occiderentur. Et addidit. Non ascendes per gradus ad altare meum: ne reveletur turpitudo tua. Forte nondum utebantur antiqui feminalibus.

De iudiciis.

Deinceps addidit dominus iudicia quedam: ad terminandas lites. Et hos quibus non omnia: sed congrua prosequemur. Si emeris servum hebreum. qui tamen scilicet servus non sit: sex annis serviet tibi. vel non iubileus intervenerit: septimo egredietur liber et gratis. Cum quali veste intraverit. Si habens uxorem: cum uxore et liberis exeat. Si dominus dedit ei uxorem: mulier cum filiis quos fecit. erit domini. Quod si elegerit servus manere in servitute: offeret eum dominus diis id est sacerdotibus presentabit. et applicabitur ad ostium tabernaculi et perforabit aurem eius subula in signum perpetue servitutis et erit servus in seculum id est dum vivet: vel usque ad iubileum. Idem intelligendum est de ancilla.

Si quis vendiderit filiam suam in famulam. non in ancillam scilicet sed in concubinam. quam gratis morsetete dominus septimo anno non egredietur sicut ancilla scilicet sine pretio. quia enim eam humiliavit. dotem. vestes et nuptias id est virum: ei providebit. pro pretio pudicitie. Quod si ante annum septimum displicuerit ei: vendendi eam alii non habebit potestatem. nec pretium pudicitie negabit. Quod si intimum agnoverit eam. sibi id est in uxorem duxerit: secundum quod dicitur martia catonis: iuxta legem uxorum faciet ei. nec sine libello repudii egredietur. Si vero non sibi sed filio eam emerit: in modum predictum faciet ei pro filio. sicut pro se. Si tria ista non fecerit. id est si non ipse eam humiliaverit sine agnominatione. non eam agnominaverit. nec filio eam acceperit: more ancillarum gratis egredietur et absque pretio sibi dato.

De eo qui nolens hominem occidebat

Qui occidit hominem volens: moriatur. Si vero nolens: confugiet ad unam de sex civitatibus refugii et ibi salvabit animam suam ne occidatur a proximis occisi et erit ibi donec per iudices civitatis eius proximis quasi mortui reconcilietur. vel usque ad mortem summi sacerdotis. Tunc enim redibit securus ad patriam. Per industriam vero occidens: et ab altari evellatur. quod de ioab factum legitur. Instar ergo harum civitatum. nos habemus loca deo dicata. maiorem tamen immunitatem prestant: quam ille. Salvatur enim in eis etiam volens homicida et quilibet fugitivus. tamen quidam exceptionem faciunt. Si enim pro homicidio facto in ecclesia vel furto. vel huiusmodi confugiat ad ecclesiam: dicunt eum non debere extrahi et puniri. Addidit et dominus precepta talionis. iubens reddi animam pro anima. oculum pro oculo. dentem pro dente. vulnus pro vulnere. livorem pro livore. adustionem pro adustione.

De bove cornupeta.

Si bos cornupeta servum occiderit: lapidibus obruetur. nec carnes eius comedentur. dominus autem bovis triginta siclos argenti domino servi reddet. Aiunt hebrei. sic estimatum precium servi: quia triginta generationes egresse sunt de cham. quem noe servituti addixit.

De decimis et primitiis.

Decimas et primitias ne tardaveris offerre. tamen agnum vel hedum septem diebus

dimittes cum matre sua die vii. vel deinceps potius reddere. Quare dicebantur anni requietionis et remissionis.

Sex annis seminabis terram tuam. et congregabis fruges eius. vii. anno eam requiescere facies. unde et dicebatur annus requietionis. vel annus remissionis. quia in eo nulli licebat exigere debitum aliquod. non eo terminato et sic quod in eo anno ex sponte natis frugibus vel annis superioribus in ea: comedent pauperes populi. et quod residuum fuerit pauperibus: comedent bestie agri. Ita facies in vinea et in oliveto tuo. Dum hoc observatum fuit. ut ait Ios. in anno sexto in tantum habundabant segetes: quod sufficiebant ad usum septimi et octavi et ad sementem. Addidit et de tribus precipuis sollempnitatibus anni. in quibus voluit apparere omne masculinum. sed non vacuum: de quibus infra dicetur. Ut hedus non coquatur in lacte matris.

Non coques edum in lacte matris sue. quod Ios. exponit sic. Non comedes eum infra octavum diem: quia adhuc non differt a lacte. Sed verius exponitur sic. Ne occidas Christum: in die conceptionis sue. quod tamen [illegible] est. Dies vero conceptionis vocatur lac matris: quia erat in matre pastus lactis materia. Hebreus habet. non coques separatum: in lacte matris sue. Et est sensus. Separatum a carne patris a carne parentum. id est quod per carnalem generationem conceptum et editum est. non comedes coctum cum lacte. vel cum aliquo lacticinio. caseo. scilicet vel butyro. quod dictum est propter aves. que non de carne. sed de ovis separantur. quasi in lacte coctas. vel cum lacte comedere. Hec tamen de lacte matris prohibitum dicunt. quod in alio lacte liceat coquere: sed quia lac illud paratum posset inveniri cum animali. propter hoc prohibuit de omni lacte. Quidam tamen de his que domino offeruntur. dictum intelligunt. quasi Non offeras hedum vel agnum. infra octavum diem: quia nondum est esibilis. nec differt a lacte matris. quod et supra dixerat de primitiis agnorum et decimis. In fine vero iudiciorum addidit dominus. Si feceris hoc. occidam omnem populum ad quem ingredieris. et premittam scrabrones et vespas. qui fugabunt eos. id est terrores nominis tui. paulatim vero etiam eos. ne redigatur terra in solitudinem et crescant contra te bestie. ponamque terminos tuos a mari rubro ab oriente. usque ad mare palestinum. quod tirrenum dicitur et est ab occidente. et a deserto. quod est post bethleem. quod incipit post tecuiam usque ad fluvium scilicet eufraten. quia tota regio: quandoque dicta est iudea. De federe firmato aspersione sanguinis vitulorum.

Venit ergo Moyses et narravit plebi iudicia domini. et dixerunt omnes una voce. Omnia que locutus est dominus faciemus et audiemus. Quod sponte et inordinate dictum: prefigu[illegible] signavit futuros transgressores et in hoc verbo mendaces. Scripsitque Moyses universos sermones domini. preter decalogum et mane consurgens edificavit altare domino. et xii. titulos per xii. tribus Israel. forsan xii. altaria. quos titulos dicit. vel potius unum ex xii. lapidibus et in singulis: singula nomina filiorum Israel scripsit. quos titulos tribuum. Misitque iuvenes scilicet nadab et abiu. qui futuri erant sacerdotes et immolaverunt domino pacifica: vitulos xii. Tulitque Moyses mediam partem sanguinis et misit in crateras. vasa scilicet [illegible] cum ansis: a cratim quod est contexere dicta. reliquum sanguinis: fudit super altare. Legitque volumen federis audiente populo: qui dixerunt. Omnia que locutus est dominus faciemus. Ipse vero sumptum sanguinem respersit in populum: et ait. Hic est sanguis federis quod pepigit dominus vobiscum. Ac si diceret. Sic peribit vita eius et sanguis eius fundetur: qui violabit fedus hoc. id est pactum inter vos et deum. Sane hoc signum ad confirmationem federis habuerunt a gentilibus: qui porca federis fede laniantes. sic firmabant fede laniandum federis

Cap. xx

xi

In uiolatore. Tertium aliud signum fecisti tribubus Ruben ut uideri potest ex se. i. effusionem aque. quam fecit iosue et samuel. quasi sic aqua tota funditur. ita quod nichil ex ea remanet in uase. quod non alii liquores. et etiam ipsa pariter fusa in terra: sic periret cum sua stirpe periret qui solueret fedus. **De primo ascensu moysi in montem.**

Hoc tamen: ascendit moyses et aaron. nadab et abiu. et lxx. de senioribus israel. secundum preceptum domini usque ad terminos montis. et uiderunt deum et sub pedibus eius quasi opus saphirinum et quasi celum cum serenum est. tamen nec super eos qui erant in castris manum suam misit. i. non abscondit se ab eis. sed uiderunt maiestatem domini et non ipsum. et leti epulabantur. Et uocauit dominus moysen. daturus ei tabulas lapideas inscriptas decalogo. Et assumpto tantum iosue. usque terminos: dicens senioribus. Expectate hic. i. in castris et usque ad terminos. Si quid questionis natum fuerit: referetis illud ad aaron et hur. Operuitque nubes montem. Item quod dimisso iosue in quadam planitie montis: solus ascendit moyses ad caliginem. Septimo autem die uocauit eum dominus de medio caliginis. Ingressusque moyses medium nebule: fuit cum domino xl. diebus et xl. noctibus. non comedens nec bibens. **De tabernaculo faciendo.**


Ex. 25.

Et ait dominus ad eum. Sume primitias. i. pretiosa queque a populo israel. sed ab eo tantum qui ultro obtulit: aurum scilicet et argentum et es. iacinctum et purpuram. coccumque bis tinctum. i. sericum iacinctinum. purpurei et coccinei coloris. et bissum. quod est genus lini egiptii. molle et candidum. pillos quoque caprarum. et pelles arietum rubricatas. quas parthicas dicimus. quia parthi sic colorari eas excogitauerunt. et pelles iacinctinas et ligna sethim. Est autem sethim nomen montis et regionis et arboris. que similis est albe spine in foliis. et est leuissimum lignum. et imputribile. et incremabile. oleum quoque ad luminaria. aromata in unguenta. et thimiamata boni odoris. et lapides onichinos. Et quoque sardonices et gemmas. et faciant mihi sanctuarium ut habitem in medio eorum. ne sit eis labor recurrere ad montem hunc. Iuxta similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi: facies illud ita. **De schemate arche.**

Archam de lignis sethim facies. que hebraice dicitur heron. Et nota quod moyses hoc ordine narrat. primo de his que fuerunt in tabernaculo. secundo de tabernaculo. tertio de atrio. Iosephus uero econtrario. Ille secundum ordinem compositionis: iste secundum collocationis. Longitudo arche habebat duos cubitos et semissem. latitudo cubitum et semissem. altitudo similiter cubitum et dimidium. et intellige cubitum humanum non geometricum. quod apparet in altari lateranensi. infra quod dicitur esse archa. Etiam iosephus uocat hic cubitum: duos palmos. Et dicit archam non habuisse pedes. et deaurata est intus et foris: auro purissimo. facta quoque est super corona aurea ad modum scilicet labii quod in mensis et scacariis fieri solet. per utrumque latus longitudinis: erant bini circuli aurei. totum lignum penetrantes. et per eos uectes de lignis sethim deaurati mittebantur. quibus archa ferebatur. nec umquam extrahebantur. in qua posita est testificatio. i. tabule in quibus scriptum erat testamentum. tamen que ibi reposita testimonia dici possunt. posita est ibi urna aurea. plena manna: in testificatione quod panes dedisset eis de celo. Tabule: in testificatione quod legem non iam scriptam in cordibus. suscitauerat in scripto. Virga aaron: in testimonium quod omnis potestas a domino deo est. Deuteronomius: in testimonium pacti quod dixerant. omnia que dixit nobis dominus faciemus. Ob hoc: dicta est archa testamenti. uel testi

monii. et ob hoc etiam dictum est tabernaculum testimonii. et ideo etiam quia cause per sortes ei agebantur.

Fecit etiam et super archam propiciatorium **De propiciatorio et cherubin.** aureum. id est tabulam auream. eiusdem longitudinis et latitudinis cuius et archa: ut archam tegere sufficeret. de spissitudine eius non legitur. Hec dicebatur oraculum: quia dominus de loco illo responsa dabat. Responsum autem diuinum: oraculum dicitur. quia ore datur. Dicebatur etiam propiciatorium. quia ex eo in loco suo dominus propiciabatur populo. vel quia die propiciationis dicebant gloriam domini, domino semper ibi descendente. Ex utraque vero parte oraculi id est in duobus angulis anterioribus positi sunt duo cherubin aurei et productiles. scilicet non fusiles: sed tonsionibus mallei producti. Sunt autem ut ait iosephus animalia uolatilia. habentia figuram que a nullo hominum est inspecta. Hec dixit moyses se in dei sede conspexisse figurata. cherubin unus alterum respiciebat. versis tamen vultibus in propiciatorium. duabus quoque alis extensis. et mutuo se tangentibus uelabant oraculum. alas ex opposito extendebant a pariete ad parietem. **De mensa et coronis.**



Facies et mensam de lignis sethim. habentem duos cubitos longitudinis. et in latitudine cubitum. et in altitudine cubitum et semissem. spissitudinem tacet. et inaurabis eam ex omni parte auro purissimo. Erat autem ut dicit iosephus hec mensa proxime uelut delfica. habens iiii. pedes. quibus diuisa erat altitudo. eratque ex medietate pars inferior rotunda et tornatilis. pars superior: opus quadrangulum erat. In singulis quoque pedibus erat anulus aureus. sinulque erat in pede. ubi anulus inserebatur. in anulis vero uectes deaurati quibus ferebatur mensa. Erat autem labium in ea per circuitum sicut in archa. et labio affixa erat aurea corona. alta digitis iiii. ita quod medietas eius super mensam emminebat. ne superposita caderent ex ea. Altera medietas inferius pendebat ad decorem. et erat corona hec interrasilis. id est interpolata celaturis et plano. Erant autem ut aiunt hebrei celature ille quasi imagines. et quot reges futuri erant in ierusalem a dauid usque ad sedechiam. Tamen iosephus uidetur uelle non fuisse in ea aliud labium: sed hanc coronam interrasilem id est reticulatam. Huic vero supposita erat alia corona: minor ista. Sed quanta et quomodo supposita. et an plana. uel interrasilis: nescimus. tamen aureola uocatur. Hebrei dicunt et hanc prophetice additam. ad prefigurandam diuisionem regni in duo regna. fuit enim regnum israel populosius regno iuda: sed tamen minus dignum et ideo aureola supposita erat et tamen minor. Mensa hec ponebatur in tabernaculo ad aquilonem: non longe ab adito. **De panibus propositionis.**

Et ponebantur super mensam xii. panes azimi de simila munda ualde et ponebantur seni alterinsecus. Constabant singuli de duabus decimis ephi. quos iosephus duos assarios uocat. et singulis supponebatur patena aurea et super patenam pugillus thuris. Iosephus dicit phialas aureas suppositas plenas thure. Hii diluculo sabbati recentes et calidi imponebantur mense. et erant ibi in mora usque ad sabbatum sequens. tunc illis sublatis et toto thure incenso super altare: noui cum alio thure substituebantur. Sublatos vero soli sacerdotes comedebant. unde sacerdotales dicebantur. Et est ideo quia ut ait iosephus dominus preceperat. quod soli sacerdotes panes illos formarent et coquerent et ponerent in mensa et tollerent. Ipsi tamen non obseruauerunt hoc. Dicebantur etiam panes propositionis: quia propositi erant coram

[Margin: regum et prophete tot ibi imagines]

[Margin: Ut sic in ari altaris scilicet et ezechielis de interrasili ex[illegible] surgebat propheta quod propositum sic]

domino in memoriam sempiternam .xii. tribuum filiorum israel. vel porro positi .i. longo tempore positi: scilicet per totam septimanam. vel in eternum per successionem ponendi. De vasis libaminum.

Precepit quoque dominus parari ex auro purissimo .iiii. genera vasorum. ad offerenda libamina et ab offerentibus sacerdotibus alibando .i. gustando. dicta et a sacerdotibus domino. alibando .i. fundendo et poni ea super mensam: scilicet acetabula. phialas. thuribula. cyatos. In his vinum quod debebat offerri previdebatur et pregustabatur. utrum dignum esset offerri an non. Sed quia et in colore et in sapore vinum dinoscitur. dicitur quod vitree phiale erant. unde et ab hyalin quod grece dicitur vitrum sic vocabantur. in imo anguste. in superiori parte ample. in quibus color et sapor poterat agnosci. quas hebrei scutellas dicunt. Ciati vero minores et angustiores erant et aurei. cum quibus fundebatur vinum super altare pro hostie libamento. In thuribulis que et mortariola dicebantur. thus precognoscebatur et offerebatur. Similiter et in acetabulis acetum. Sed quia non quam raro aliter occurrit de oblatione aceti: quidam dicunt acceptabula vel scilicet previdebantur a sacerdotibus que debebant offerri. utrum accepta .i. idonea essent. an non. Postea subdividit acceptabula iterum in phialas: in quibus vinum et thuribula: in quibus thus et simila et granum et sal et ciatos: in quibus oleum. Sumebant enim sacerdotes prius de his que offerenda erant portiunculas: quas in huiusmodi vasis ponebant. ad pregustandum quasi libando de singulis. que libamina dixit moyses offerenda .i. de offerendis sumenda.

Precepit quoque De candelabro. dominus fieri candelabrum ex auro purissimo. ductile. tamen iosephus fusile dicit.

cuius hastile basi infixum erat et ferreum. supervestitum calamis aureis .v. geniculatis. ad modum canne. Ubi autem capita calamorum inter se iungebantur. capita habebant tumentia ad invicem. in modum cyphi: quem cuppam dicimus. Iungebantur autem: tanquam duo cyphi, qui gerant in modum nucis et ex fundo cuiusque cyphi procedebant flores recurvi: quasi lilia. et in ipso fundo inter cyphum et lilia: erat sperula volubilis. sicut in capitibus cathedrarum subsistunt sperule volubiles. Et ita cum in hastili essent quinque calami in hunc modum copulati: quatuor erant ibi iuncture. quarum quaeque habebat quasi cyphos duos iunctos et sperulas simul et lilia. Et hoc est quod moyses dicit. in hastili fuisse .iiii. cyphos. in modum nucis. tamen hebreus non dicit cyphos. sed dicit nigellatas rotunditates: scilicet nigello distinctas. Ex hoc hastili procedebant ex lateribus terna brachia hinc: et terna inde. ferrea. quorum unumquodque supervestitum erat calamis aureis. ad modum hastilis. et in iuncturis coibant capita calamorum: quasi cyphi in modum nucis. cum sperulis et liliis. Et quia in uno quoque tres cyphos dicit moyses fuisse: videtur unumquodque .iii. calamos habuisse. Tamen videtur quibusdam. sperulas non fuisse in fundo cyphorum ut dictum est: sed in media planitie cuiusque calami. ~~sperulas non fuisse in fundo cyphorum ut dictum est: sed media planitie cuiusque calami.~~ sperulam volubilem suppositam. Sic erat candelabrum ex ferro. calamis aureis superinduto factum. si fusile fuit. Si vero ductile: simpliciter ex auro fuit et malleis mirabili artificio in hanc formam productum. Erat autem ut dicit iosephus. ex .lxx. partibus compositum: in una base erectum, sicut. In hastili et brachiis. erant calami .xxxix. non integri: sed ex duabus partibus. In medio vero partes iungebantur: erat

spatula supposita. ne iunctura uideretur. et puta-
retur calamus unus. et ita erant calami .xxx.
cum totidem spatulis .lxvi. Quinque partes in
basi .vii. lampadum sedes. Quocumque uero mo-
do factum fuerit: in summo habebat .vii. capita
equalia: super que ponebantur .vii. lucerne
auree. Infusoria etiam .vii. ex auro erant. quibus
oleum lucernis infundebatur. Erantque ibi forci-
pes ex auro dicte emunctoria. ad emungen-
da uel extinguenda licinia uel luminaria.
Etiam uascula ex auro erant ad extinguen-
dum in aqua que emungebantur. ne tetrum red-
derent odorem: dicta extinctoria. Omne pon-
dus eius cum uasis suis. habuit talentum au-
ri. id est auri: ad pondus sanctuarii. Tria enim habe-
bant talenta. minus quinquaginta librarum:
quod erat institorum. medium .lxx.: quod erat commune.
maximum .cxx.: quod erat sanctuarii. Tamen Iose-
phus dicit: ipsum habuisse .minas .c. quas hebrei cin-
chares dicunt. Greca lingua interpretatum: talen-
tum nuncupatur. Positum autem erat ad austrum
contra mensam: non recte quidem est. sed oblique. De parie-
tibus tabernaculi.

Ca.

Precepit quoque dominus
fieri tabernaculum: in hunc modum. Taberna-
culum erat domus deo dicata. quadrata et ob-
longa. tribus clausa parietibus. aquilonari.
meridiano. occidentali. Ab oriente patebat intro-
itus ab oriente: ut sole oriente radius eius il-
lustraretur. Longitudo erat .xxx. cubitorum. la-
titudo .x. altitudo .x. In latere meridiano e-
rant tabule de lignis sethim stantes .xx.
quarum unaqueque in longitudine habebat
cubitos .x. In spissitudine: digitos .iiii.
In latitudine: cubitum et semissem. Iungeban-
tur autem sibi mutuo in castro: ne rimula ibi
esset. aut planicies parietis inequalis. et e-
rant inaurate ex utraque parte. supposite
uero singule duabus basibus argenteis perforatis.
In quarum foraminibus cardines aurei immitte-
bantur. in utroque angulo tabule eminentes.
sicut in ianuis fieri solet. Tamen auctor uidetur uelle.
quod una basis esset sub tabula. et altera super: pro
epistilio. Sed littera dicit est: que dicit ut bine bases
singulis tabulis per duos angulos subiciantur.
Videntur autem tabule suspense a terra super bases. ac
inter bases ad terram pertingentes: non legitur. Eo-
dem schemate factus est paries aquilonaris.
Ad occidentem uero erant .vi. tabule. posita si-
miles aliis: et eodem modo stantes in basibus. Sed
cum non implerent nisi .ix. cubitos: dimidius
cubitus ex utraque parte uacuus patebat. et idem
tabula uno cubito lata: secta est per medium.
et facte sunt due tabule semicubitales. que
utrinque apposite. parietem occidentis aliis du-
abus compaginauerunt. que et singule duabus
basibus innitebantur. Ne uero uentorum impul-
su. uel qualibet alia causa parietes concuterentur.
singule tabule anulos habebant [illegible] au-
reos. per ordinem uelut [illegible]
[illegible] per quos uectes de lignis sethim [illegible]
aurati. singuli .v. cubitorum. Immitte-
bantque caput unius uectis in caput alterius.
in modum [illegible]. ut ex pluribus sic iungeres.
quasi unus uectis immense longitudinis uide-
tur. sicut in baculo cambuce pontificalis e-
burneo fieri solet. Hoc sane planum esset. nisi
dominus addidisset. quod .v. uectes essent in latere
ad aquilonem et totidem ad austrum et totidem
ad occidentem: quod minus congruum uidetur. Cum
enim quilibet uectis .v. erat cubitorum .v. pro-
tensi in latere uno .xxv. cubitos tantum continge-
bant. Itaque quinque cubiti lateris illius rema-
nebant intacti. In occidentali uero latere: duo
tantum sufficiebant. Sed qui dicunt de tribus uecti-
bus superfluis. unum super additum .v. uectibus
in latere septentrionali et alium in australi.
et sic quod illic deerat adimpletum. Tertium sec-
tum in duos. qui positi erant in duobus an-

Am

Id est. Pertransuersum parie-
tis immissi. tabula-
ta firmiter contine-
bant. Erant autem
uectes

gulis parietum. ut recuruati iuncturas angu-
lorum parietum colligarent. sicut iuncture an-
gulorum in scriniis. stapis ligari solent. Sed hoc ex
littera colligi non potest. Quia ergo in littera est. quin-
que uectes immitti per medias tabulas a summo
usque ad summum: de altitudine parietis intel-
ligi potest. Erat ergo iuxta summitatem parietis
supremam. unus ordo uectium extensus in longum
per totum parietem. et iuxta summitatem inferiorem
alius ordo in eundem modum. et in media pla-
nitie tres ordines. ut quod dictum est v. uectes
fuisse in uno latere: potius ad numerum ordinum
quam uectium referatur. Erant itaque in unaqua-
que tabula v. anuli. et in quolibet duorum
parietum uectes xxx: quia v. ordinum quilibet:
vi. uectes habebat. In latere occidentali x.
uectes: bini per singulos ordines. Sunt qui
dicant. non omnes uectes eiusdem quantitatis fuis-
se. sed quilibet uectium v. qui erant in
magnis lateribus: erant vi. cubitorum.
et ita v. sufficiebant ad continendum
xxx. cubitos. Et v. uectes qui ad occi-
dentem erant: singuli duorum erant
cubitorum. Sed Iosephus loquens de hiis uectibus: ait.
Unoquoque: habente magnitudinem cubi-
torum quinque.

De distinctione tabernaculi et de utroque velo.

Tabernaculum hoc in
duas partes distinctum erat. Poste-
rior pars ad occidentem x. cubitis protende-
batur. et ita quadrata erat. in longum scilicet et in
latum et in altum x. cubitorum. Hec pars: a-
dytum uocabatur. uel sanctum sanctorum. uel sanctuarium sanctua-
rii. uel sancta sanctorum. Anterior pars ad orientem xx.
cubitis protendebatur. que communis erat sacer-
dotibus. et hec: dicebatur sanctum. uel sancta. uel sanctua-
rium. Respectu huius: posterior dicebatur
sanctum sancti quasi sanctum consecutiuum sancti. ut dicitur
seculum seculi. ut sanctum sancti: id est sanctius sancto. ut dicitur dominus
dominorum et rex regum. Ad alterutras uero partes
separandas: posite erant in medio iiii. colum-
ne de lignis sethim deaurate. capita habentes
aurea et bases argenteas. Tamen Iosephus dicit iiii.
fuisse tabulas. ad modum aliarum operatas. equa-
liter a se inuicem distantes. Inter quas: tres angu-
sti patebant ingressus. Super capita uero colum-
narum: suppositi erant duo uectes x. cubi-
torum. a pariete in parietem protensi. in quibus per circu-
los aureos immissum dependebat uelum.
ante iiii. columpnas extensum: quadrum ex
omni parte scilicet x. cubitorum ut ex omni parte
prohiberet aspectum interiorum. Erat autem uelum
de bysso retorta. quod est genus lini candi-
dissimum et mollissimum. et de iacincto et pur-
pura et cocco bistincto. id est de filis sericis ia-
cinctini et purpurei et coccinei coloris. opere
plumario compositum. id est opere acu picto.
pluma enim lingua quadam acus dicitur. Hoc
genus ueli uulgo bustratum quasi bis tractum
dicitur. Primo enim fit tela. cui cum acu opere
manuali supersternuntur diuerse picturati-
ones. Sunt qui dicunt opus plumarium. a si-
militudine auium. quibus superaddita est plumarum ua-
rietas. Idem opus dicitur etiam polimitum. a poli quod
est multum. pro multitudine picturarum. Erat autem
hoc uelum. pulcherrima uarietate contextum. ex uniuersis
ut ait floribus Iosephus. quos gignit humus. et aliis
picturis quas poterant interserere pictores. preter
animalium formas. In ingressu uero tabernaculi v.
columpne erant de lignis sethim deaurate.
capita habentes aurea. bases uero eneas. Super quas
duo uectes. uel unus x. cubitorum protendeba-
tur a pariete in parietem in utroque capite suo
utrique parieti insertus. ad modum trabis in do-
mo. a quo dependebat aliud uelum per circulos
aureos insertum. ad modum prioris operatum. sed secundum
Iosephum. usque ad medietatem columpnarum depen-
debat: tegens eas per v. cubitos. reliqui v. usque
ad terram ad ingressum sacerdotum patebant.

Sup hoc ũ dicit aliã cortinã laneã suppo
sitam. usq; ad t̃ram pungentẽ. funib; eam
p anulos ducentib; et retrahentib;. ut in di
eb; festis reducta pb̃et aspectũ tabnacli ⁊ in
aliis dieb; supducta phibeat aspectũ. p̃ci
pue cum nubilũ uidet̃. Tectus eñ fortis e
rat ⁊ facile laborẽ sustinebat. Ceñã in ingsi
su t̃pli: similẽ dicit fuisse appensã. Erat
aũt in interiori sc̃uario archa. cum his que
in ea reposita diximus: ⁊ cũ his q̃ erant ei s̃s
posita. In anteriori ũ candelabrũ ad austrũ.
m̃sa ad aquilonẽ in medio ante uelũ. ñ
longe ab adito. altare aureũ q̃d ⁊ iosephus thuri
bulũ aureũ uocat. de quo post dicem̃. **De**

Tectum tabnacli. cortinis ⁊ sagis.

Tectum tabnacli ñ 9cameratũ. s; planũ. ad modũ pale
stine fuit. iiii. opimentis aptatũ. P̃mũ opim̃
tum: cortine .x. q̃ ⁊ uela ul' tentoria. l' q̃nq;
tabnaclm uocant̃. que erant f̃c̃e de .iiii.
p̃dictis colorib; ope plumario. Longitudo
cortine unius: erat .xx. ⁊ .viii. cubitoꝝ. lati
tudo .iiii. quaꝝ q̃nq; mutuo ĩiungebant̃.
⁊ q̃nq; similit̃. ut q̃si due cortine ex quinis
9iunctis redderent̃. Iungebant̃ aũt ansul
iacinctinis. q̃ in uno q̃q; late cortinaꝝ dispo
site. alt̃a c̃t altam ueniebant. ⁊ bine anulo
aureo colligabant̃. sic ad ornatũ colli. fibu
le auree ul' argentee utrũq; horã capitii so
lent colligare. Dicit t̃n iosephus. anulis aureis
⁊ uncinis eas fuisse 9iunctas. Sc̃dm opim̃
tum. erant saga cilicina. q̃ ⁊ uela ⁊ capla
na. ul' capillacia. q̃nq; uocant̃. que de pi
lis capꝛaꝝ. quos capillos q̃nq; dicim̃s. ad differen
tiã lane ouiũ. f̃c̃a erant. de q̃b; ⁊ cilicia fiũt.
ũn ⁊ illa saga cilicina dicta s̃t. q̃ p aspita
te saga dicebant̃. uñ ⁊ quosdã pannos
aspos. sagias dicim̃s. l' forte ex quadratã: sa
ga dc̃a s̃t. uñ ⁊ militare palliũ a gall' in
uentum qr quadrum erat: sagũ dc̃m
ẽ. Q̃d t̃n qr ex aspo fiebat panno. c̃t aeris inte
pieim: potuit dici sagũ. Erant aũt saga h' .xi.
Longitudo sagi uni': habebat cubitos .xxx.
latitudo .iiii. ⁊ erant .v. ĩ mutuo iuncta. ut
q̃si unũ sagũ iuncta. Iungebant̃ aũt anulis ẽ
reis insertis ansul. c̃t se uenientib;. ut s̃t aũt
singule cortine l' saga. ĩ inuicẽ ita copula
rent̃. an .v. cortine ĩ 9sutte filo. inseparabilit̃
in unã cortinã iuncte erant ⁊ alie .v. simi
liter: ⁊ ad tegendũ tabnaclm hee due mag
ne cortine t̃n anul' ⁊ ansul iungent̃: nos
elucet.

Quomodo uero ex his tegebat̃ tabnacu
lum: p̃ius uideam̃. Sc̃dm bedã ptem
debant̃ dec̃e cortine ĩ copulate p t̃nsũsũ.
totũ opientes tabnaclm ⁊ descendentes
p latera: uno cubito distabant ex omni
parte a terra. ⁊ qr simul iuncte .xl. cubitos
implebant. longitudinẽ tabnaculi que
erat .xxx. cubitoꝝ tegebant ⁊ .v. cubiti de
pendebant iuxta lat' occidentale. alii .v.
descendebant ante opturam q̃ erat ad
orientem: t̃n ne incomposite penderent
utrobiq; cortine. t̃nsgredientes duo mag
na latera tabernaculi: usq; in mediũ
apture trahebant̃. ibiq; mutuo iunge
bant̃. ⁊ similit̃ in late occidentali. ⁊ ita ex
omi parte. tabnaculũ tectum erat cor
tinis. uno t̃n cubito c̃ca t̃rã ex omi par
te ñ uelato. Supponebant̃ saga simili
ter: p transũsũ. S; qr erant .xxx. cubitoꝝ.
p lat̃a descendebant usq; ad terrã. ⁊ ita
cubitum cortinis ñ uelatũ. ipsa uela
bant. Et qr ex transũso .xliiii. cubitos
habebant. cũ ẽẽnt .xi. simul iuncta ⁊
unum q̃dq; erat .iiii. cubitoꝝ: longi
tudinẽ tabnacli .xxx. cubitis tegebant.
de .xiiii. que sup erant .vii. descende
bant ad orientem ⁊ .vii. ad occidentẽ.

xlum

partes u sagorum que superabant pendentium iuxta
duo latera magna usque ad terram ex utraque
parte reducebantur ad tegendum introitum
orientalem. Sed quia vii. cubiti ex utraque parte
veniebant in spacio u introitus x. tantum erant
supsuebatur sagum sago. Vel forte in summita-
te cuiusque duo cubiti retroplicati consuebantur.
instar horarum vestimenti et tunc ex equo veni-
entia saga de lateribus in medio introitus co-
pulabantur in eodem loco in quo et cortine
et similiter in latere occidentis. Propter huius-
modi supsuturam vel replicationem sagorum
dicit Beda. primo dixisse dominum moysi. sex-
tum sagum in fronte tecti duplices. id est dimi-
dium sagum quod excedit cortinas introi-
tu supsues vel replicabis. Ipse planius addidit.
Quod super est in sagis. id est unum sagum quod amplius
est ex medietate eius operies tabernaculi posteriora
id est latus occidentis. Duplicabantur autem ita ut
impletum ventorum possent sustinere. et secundum
hanc dispositionem tabernaculum ex omni parte
tegebatur sagis usque ad terram et nichil ex eo
videbatur. et tentorium quod erat in introitu pre-
ciosum inutiliter ibi erat. et cum sacerdotes in-
trabant tabernaculum vel necesse erat attolle-
re saga et cortinas ut subintrarent. vel si
in medio iungebantur uncinis et anulis
ad introitum eorum dissolvebantur.

Alia est iosephi. **Josephus aliter.**

Alia est iosephi dispositio. cui consentit origenes
et videtur probabilior. Ait enim x.
cortinas in mutuo iunctas. ut dictum est a fron-
te tabernaculi super introitum extendi per trans-
versum et tegere totum tabernaculum et descen-
dere iuxta latus occidentis usque ad terram. in-
troitum u non tegi aliqua parte cortinarum.
cum proprium habet velum. similiter et de sagis
totum dicit operiri tabernaculum. excepto
introitu. Sed quia duo cubiti sagorum super fue-

cortinis ex utraque parte dicit eos replicari
sub cortina ne venti mitterentur inter saga et cor-
tinas. totum concutere operimentum. pro quo et
dominum putat et sextum sagum in fronte tecti
duplices. Sed illud sic: speciosa et preciosa plurima
pars extrinseca tabernaculi non videbatur. nec
illud cortinarum quod circa tabernaculum defluebat.
bat. fructa quoque tanta facta videbantur. Quod circa
forte ex omni parte cortine et saga funibus ex-
tendebantur. circa tabernaculum et paxillis ereis
colligabantur funes. quia et paxillos habuisse ta-
bernaculum. infra moyses dicet. et in modum
tecti dependentis circumquaque attollebantur.
ut et tabernaculum undique videri posset et cir-
cuiri ab ingredientibus sub cortinis. **De pel-**

libus suppositis.

Duo cumque vero in . . .
hec duo operimenta disposita fuissent. de
reliquis duobus non est quod. Sane tertium erat operi-
mentum de pellibus arietum rubricatis. que
superiora tantum tegentes. ad latera non descende-
bant funibus et paxillis ereis affixis terre cir-
cumligate. Quartum quoque operimentum in eun-
dem modum erat suppositum de pellibus arie-
tum iacinctinis. supposita u erant duo
hec propter estuum et imbrium diffusionem. Mul-
tos itaque ut ait iose. stupor habebat a lon-
ge aspicientes. Nam colorem eius in nullo
putabant differre a celo. **Quid figurabat**

hac compositione tabernaculum. predicta.

Iam patet dominum et non hominem sic disposuisse. quia
ut ait iose. singula horum ad formam rerum
facta repperiet. si quis absque invidia velit
considerare. Abditum enim quod soli pontifici
pervium erat. figurabat celum deo et angelis
attributum. Sanctuarium u quod in duplo erat
terram et mare cunctis sensibilia. sicut et illa
pars communis erat sacerdotibus. Cortine ce-
lum sydereum. Saga aquas que sunt super firma-
mentum. Pelles rubricate celum empyreum.

in quo sunt angeli. Iacintus: celum superius. Vnde et dicitur super omnia. Tamen in .iiii. coloribus uelorum: dicit iosephus signari .iiii. elementa. Per bissum: terram quia de terra est et primo terreum et uiridem colorem habet. Per purpuram: mare. quia ex conchis marinis tingitur. Per iacincthum: aerem. Per coccum: ignem. quia in colore ei assimilatur. Per mensam: annum et tempus. Per panes: xii menses. Per coronam .iiii. digitorum: annum solarem .iiii. temporum. Per minorem: annum lunarem. Per .vii. lucernas candelabri: .vii. planetas. Per .lxx. partes eius: decamoniam .i. planetarum.

forte quisque planetarum habet .x. dignitates uel potestates. scilicet naturales et .v. accidentales. in quibus armonice .i. proportionaliter se habent. ut in candelabro notatur. quia que sub eis sunt. ad ipsos tendunt .i. motus naturales et effectus ab eis habent. quod etiam notat ornatus eius. Cyphi. uasa liquoris: aquam. Sperule: solum spericum .i. rotundum. Lilia: aerem. que solus uiciatur odoribus.

De altari holocaustorum.

Precepit quoque dominus fieri altare de lignis sethim. Altare hoc dicebatur holocausti. uel holocaustorum. ut holocaustomatum et posset dici sacrificiorum. sed a digniori nomen accepit. Erat autem in longitudine et latitudine .v. cubitorum. scilicet quadrum et in altitudine trium. cui tamquam nimis alto. ad horam ministrationis aliquod. scabellum scilicet apponebatur. in quo staret minister. quod impleta ministratione tollebatur. Altare enim gradus habere alibi prohibetur. Eratque concauum instar arche sine operimento. parietes lignei. sed operti erant ere intus et extra. licet uri non possent. sicut nec antiton. uel lignum paradisi quod uber. quod urendo fit mundius. area eius. siue arula. erea erat. tamquam fundus arche. super quam fiebat ignis. qui per fenestram que erat in latere orientali imponebatur. In quatuor angulis superioribus. erant extra .iiii. cornua recurua. in quibus .iiii. cathene anuli inserebantur. de quibus dependens craticula erea. in modum retis facta: usque ad medium altaris intus descendebat. super quam cremanda in odorem domino ponebantur. que ignis per oculos craticule ascendens de arula consumebat. Circa uero angulos inferiores: .iiii. erant anuli erei. in quibus uectes imponebantur de lignis sethim operti ere: ad deportandum altare. De hoc tamen altari et craticula eius. ambiguitas est. non solum inter nos. uerum etiam inter hebreos: precipue cum hebraica ueritas. a nostra translatione nichil discrepare uideatur. Nos quidem: sic habemus. Facies craticulam in modum retis eneam: per cuius .iiii. angulos. erunt .iiii. anuli erei. quos pones subter arulam altaris. Eritque craticula: usque ad altaris medium. Hebreus uero sic habet. Facies ei michbar. facturam retis enei. et super rete .iiii. anulos eneos. et dabis illam subter fundum altaris de subtus. eritque rete usque ad altaris medium. Iosephus autem sic. Cui suberat craticula. in modum retium facta. Suscipiebat enim terra ignem qui de craticula ferebatur: quia bases non erant ei subiecte. Cassiodorus tamen senator in pictura quam fecit. cuius in expositione psalmorum meminit: .iiii. pedes in utroque altari fecit. Pro nimio uidetur quibusdam. non supponi craticule carnes assandas. sed fuisse quasi uas quoddam. in quo sederet altare: cuius parietum altitudo. altare ambiens usque ad medium altaris eleuata esset. Circa cuius angulos sursum .iiii. anuli pendebant. per quos uectibus insertis. altare ipsi insidens portaretur. Altare enim non legitur alios anulos habuisse. sed ut separatum esset hoc uas reticulatum ab altari. ita ut amoueri posset altare ab eo cum uellent. et supponi an de ipso altari ope fusili ita fabrefactum esset. ut quasi appositum uidetur: ambiguum est. Super arulam uero altaris. quam in medio eius positam diximus per fenestram ab oriente struem lignorum imponi: et super ligna carnes imponi assandas. Vel non erat ibi

arula. s; sup craticulam suppositam fiebat ignis. quod uidetur iosephi uelle: in predictis lib. Aliis uidetur nec opertum nec fundum ipsum habuisse. s; parietes tamen repleri terra. et quod dominus dixit. Altare de terra facietis mihi. In cuius area superiori fiebat ignis. et cremanda imponebantur. et de craticula altari supposita: tacent sentiunt. Arulam uero sup quam craticula posita legitur. hebrei aratiunculam uocat. l sulcum. quem in medio parietum altaris fuisse dicit. usque ad quem locum altitudo craticule porrigebat.

De situ altaris et uasis eius.

Positum erat altare ante tabernaculum sub diuo. non directe ante introitum. s; aliquantulum ad meridiem descendens: ita ut ante ipsum immolantes. stantes ad aquilonem ipsum tabernaculum usque ad sancta sanctorum inspicere possent. Et quia stabant ad aquilonem et contra meridiem: quandoque legitur. eos sacrificasse ad aquilonem. quandoque ad meridiem. Erantque in usus eius lebetes ad colligendos cineres cum habundabant. et deportandos. quam in locum secretum et mundum reponebantur. et forcipes ad emendandum ignem altaris. et fuscinule. quas greci creagras dicunt. quia in de caldariis cocte carnes proferebantur. et batilla. quasi uatilla. ad uehendum. quibus prune ab hoc altari. ad altare thimiamatis deferebantur. preterea caboss et ollas ad carnes coquendas. que tamen iuxta altare non coquebantur. Omnia uero enea erant. Hebrei uero scribit. facies eius ollas et ei palas et peluces. et eius uncinos et ei ignium receptacula.

Erat autem altare aliud quod altare incensi dicebatur: et erat ad modum istius ferme. s; tamen in latitudine et longitudine duorum cubitorum. et deauratum. Craticula uero ipsius et omnia ad ipsum pertinentia: erant aurea. De quo dubium est. utrum intra sancta uel sancta sanctorum erat. Sed uerius uidetur: quod erat intra sancta sanctorum. cum a-r-c-h-a.

De atrio circa tabernaculum.

Erat autem atrium circa tabernaculum. In latere meridiano. c. cubitorum. et in aquilonari. c. In orientali uero. l. et totidem in occidentali. et sic quadrum erat. s; in forma altera parte longior. Erantque in latere australi. xx. columpne. alte. v. cubitis. capita habentes argentea cum celaturis. cum basibus eneis. spatio. v. cubitorum inter se distantes. Et quasi anuli singulis inerant. pungebantque funes ab anulis usque ad capita paxillorum. qui erant magnitudine cubiti. et per singulas columpnas in terram ualde fixi. ut atrium immobile custodirent. Cortina uero de bisso mollissima. c. cubitorum in longum. et v. in latum. per columnas dependebat: a capite usque ad basem diffusa. ut nichil a pariete differre uideretur. nisi forte per aeris intemperiem. quandoque funibus et paxillis retro traheretur. ut sub ea tanquam sub tecto populus reciperetur. In eundem modum latus aquilonis. xx. columnas et cortinam habebat diffusam. Ab occidente uero. x. columne et cortina cubitorum. l. atrium cingebat. In ingressu uero ad orientem. iii. columne hinc. et iii. inde: stabant. et cortine iuxta has diffuse. nichil a prioribus differentes. In medio uero lateris eius. iiii. erant columne. in modum portarum. quibus appensum erat uelum de iiii. preciosis coloribus. contextum opere plumario. quod ad ingressum uel egressum de facili attolli et deponi poterat. Notandum tamen in longioribus lateribus fuisse columpnas. xxi. inter quas erant. xx. aperture. c. cubitorum. et in duobus minoribus. xi. Sed propter angulares que communes erant duobus lateribus: dicuntur ibi. xx. hic uero decem.

De lucernis.

Precepit etiam dominus offerri a filiis israel oleum oliuarum purissimum. pilo quoque contusum. hoc enim purius est quam nucum. uel line

neum vel mirtinum vel rafaninum: ut semper arderet
ex eo lucerna in tabernaculo testimonii. quam ac-
cendebant aaron et filii eius vespere et usque ma-
ne lucebant super candelabrum .vii. lucerne co-
ram domino. in die vero licet non velum, lucerne papyree erant.
in cicendala vero quam mergum dicimus: aurea.

De communibus vestibus sacerdotum. Cap.

Idem locutus est dominus ad moysen. Applica fratrem
tuum aaron ad te. cum filiis suis de medio fili-
orum israel. ut sacerdotio fungantur michi. faciesque
vestem sanctam fratri tuo. in qua sanctificatus michi mi-
nistret. De his sane vestibus quas confuse agit
historia: ad evidentiam congruo ordine prosequa-
mur. Quattuor erant vestes. tam sacerdotibus
minoribus quos cananeos vocabant: quam
principi sacerdotum. quem arabarchum appella-
bant: communes. et preter illas: alie .iiii. quibus solus
alabarchus id est princeps sacerdotum utebatur. quibus
secundum hunc ordinem induebantur. Purifica-
tus prius manibus et pedibus aqua: sacerdos in-
duebat manachasim. quod constrictorium so-
nat. quod grece bracce. latine feminalia dici
potest. eratque de bysso retorta contextum. in grandi-
tudine que propinquius pedibus ascendebat usque ad
lumbos ibique fortiter stringebatur et usque ad genua
tamen descendebat. Licet tamen pontifex qui iugem
habet continentiam. tamen sandaliis pedes tegit.
Ac si dicatur ei. qui lotus est: non indiget nisi ut pedes
lavet. Secundo: byssina sindone duplici vesti-
ebatur. quod cethomone id est lineum dicebatur. quam
nos lineam strictam. sive camisiam dicimus. vel subu-
culam. quam moyses abaneth appellavit. sed postea
a babyloniis discentes hebrei. hemisaneam
dixerunt. Est autem descendens usque ad talos et
decenter corpori coaptata. sed manicis brachia
valde constringens. nastulis hinc inde super
humeros capitium constringentibus. Tertio
cingebatur balteo. lato quasi digitis .iiii. sic re-
ticulato. ut quasi pellis vipere quam in estate exuit

videtur. contexto floribus coccineis. purpureis. et
iacinctinis. Stamen vero: tamen byssinum erat. Su-
mens initium cingendi a pectore. Circum-
ductus lateribus: iterum ante umbilicum redibat: ibi-
que modice stringebatur et usque ad tibias depen-
debat ad decorem: dum sacerdos nichil operabatur.
Cum vero sacrificabat: ne impediretur pendentes
summitates super levum humerum reflectebat
unde et forte diaconus quandoque casulam plica-
tam. eidem humero supponit. Quarto simplici-
ter tyaram gestabat in capite. a tydari pon-
tificali plurimum differentem. erat enim in modum
parvi calamauci vel cassidis modice. medie-
tatem capitis excedens. dicebaturque manephet.
huius vittas. que in volumptate sepius nectebantur.
ne facile laberetur. habens desuper aliud velamen
byssinum. usque ad inferiora barbe descen-
dens. celans pilleum ligaturas et totam capitis
superficiem aptatumque perfecte ne laborante
rueret sacerdote.

De pontificalibus indumentis.

Super hec predictis .iiii. vestibus
induebatur arabarchus. Quarum prima:
tunica erat iacinctina. podis vel ipodiris dicta:
id est talaris. quam hebreus methir dicit. erat-
que de duabus incisionibus facta. consuta super hu-
meros et per latera. in modum dalmatice facta.
manicas eiusdem coloris assutas habens. capiti-
um non ex transverso super scapulas. sed in longum
sectionem habebat a pectore usque ad medi-
as scapulas. Cui apertura. ne ante et retro tur-
piter appareret. assuta erat vitta que super sca-
pulas hinc inde nastulis astringebatur. Ha-
bebat autem per fimbrias .lxxii. tintinnabu-
la aurea. quibus erant inmixti totidem nastu-
li. quasi mala punica. ex iacincto et purpura
et cocco bistincto. ita ut post tintinnabu-
lum et malogranatum. quasi intercalariter imposita.
ut audiretur sonus cum sacerdos ingrederetur vel
egrederetur sanctuarium. et non moreretur. Super hanc

tunicam uideatur uelle ioseph accingi ponti
cem cingulo p̄dicto. quo alii sacerdotes sup
lineã tunicam. Alii nouum ipsũ accingi
dñt. s; sup ephot. ut sup omĩa indumẽta
ad ultimũ cingeretur. Fuerũt q̄ dicerent duas
zonas hũisse pontificẽ. p̃mã ad modũ sacer
dotum. scd̃am sup ephot. que due tñ pro
uno habebantur indumẽto. Scd̃a uestis erat
ephot. similis superhumerali grecorum. de qua di
ci. iiii. colorib; auroq; contextũ. sine manicis.
ad modũ colobii descendens usq; ad renes
a deo ut sup cingi posset. superiorẽ partẽ tu
nice latitudine tegens. inferiorẽ relinquens
intactã. hore u̾ laterum uncinis 7 anulis
aureis iungebantur. aperturam hñs in pecto
re quadrã ad magnitudinẽ palmi. in qua
logion inserebatur. In cuius parte superiori sup
utrumq; humerum infibulati erant auro
duo lapides onichini. sardonices secundum
iose. in quibus erant sculpta noĩa filiorum isrł
punctalibus litteris. lingua hebrea. iuxta or
dinem natiuitatis eorum. vi. noĩa seniorum.
in humero dextro. vi. minorum in sinistro.
ob recordationẽ filiorum isrł. Habebat autem
capitiũ ex transuerso. sup humeros. foris do lo
ris contextum. Quod legitur samuelẽ et dauid in
dutos ephot. aliud erat. 7 p̃pe ephotar
dicebatur. 7 erat lineũ. istud u̾ mira pulc̄
tudine uermiculatum. Tertiũ erat ornamen
tum. quod hebrei essin. greci logion. latini
rationale dicunt. quadrangulũ 7 duplex.
ne pondere gemmarum rumperetur. mensurã
palmi hñs. s. aperturã sup humerat im
ple sufficiens. ex p̄dictis. iiii. colorib; 7 au
ro contextũ. eodẽ scemate quo 7 superhumerale.
erantq; in eo. xii. lapides. auro firmiter
inclusi. p. iiii. ordines. terni singulis.
In primo ordine: sardius. topatius. sma
ragdus. In scd̃o: carbunculus. saphirus. iaspis.
In tertio: ligurius. achates. ametistus. In quarto:
crisolitus. onichinus. berillus. In quibus erant sculp
ta noĩa. xii. filiorum isrł. iuxta ordinẽ natiui
tatis sue. singula in singulis. ut gestaret
sacerdos memoriale filiis isrł 7 filiorum isrł in
humeris 7 in pectore. ob recordationẽ tantorum.
quorum unius populus esset memor. ipse u̾ duo
orum. ut s. populus uidens noĩa patrum suorum. sata
geret ne a uirtute eorum degeneraret. sacerdos u̾
uitam 7 fidem patriarcharum meminisset
imitari. meminisset 7 populum ex his p̃ulis
orum. sacrificiis 7 orationibus deo commendaret.
Appellabatur 7 rationale iudicii. quia scripta erant
in eo hec duo noĩa. iudiciũ. ueritas: ut doctri
na 7 ueritas. Sane u̾ nos hrĩis. ponens in ra
tionali iudicii. iudiciũ 7 ueritatẽ: hebrei
hñt. purim 7 thumim. unde 7 sortes in quibus
iudiciũ ueritatis solet inquiri: purim dicuntur.
Tradunt autem in medio rationalis fuisse la
pidem quadrũ. magnitudine duorum di
gitorum. in quo ex coloris mutatione deprehen
debant utrum dñm placatũ hrent an offen
sũ. Josephus dicit. sardonicẽ qui in dextro
humero gerebatur. cum sacrificiũ pontificis
dño placebat. tanto splendore micare: quod
7 procul positis radii ei apparerent. Effulsisse u̾
ad plurium. si dñs cũ eis esset. tantũ fulgor in
lapidibus rationalis apparebat: ut omĩ fie
ret multitudini manifestũ. eorum auxilio
dñm adesse. 7 ob hoc rationale iudicii nonc
cupatum. Asserit etiã ioseph hunc fulgo
rem sardonicis 7 rationalis cessasse annis
ducentis. antequam scripsisset hec. cũ deus
moleste ferret transgressiones legis. Erant
7 in iiii. summitatibus rationalis. iiii. anu
li aurei. quorum duobus supmis inserte e
rant due cathene auree. sibi inuicem co
herentes. i. obligate. ad modũ x. littere sibi
in medio coniuncte. Ut potius facturã exprī

mit chathene: in qua machlis macle coherent.
Pro quo hebreus habet: plexas opere plexo. Jose-
phus dicit: per fistulas uenientes. Iuxta caldeum: so-
nat terminatas: id est ad quantitatem spacii. In quas pro-
tendebantur textas. que sursum ferebantur usque ad
scapulas pontificis. super quas inserebantur du-
obus uncinis aureis. super humerali firmiter
insertis. duobus uero inferioribus anulis assute e-
rant due uitte iacinctine. que circa lata duc-
te. duobus anulis aureis inter scapulas insere-
bantur. qui sub utroque sardonice in ephot
fixi stabant. ut utrique ligatura ephot et lo-
gion sibi inuicem firmiter coherent. Sed hoc
dicit iosephus. zonam ex .iiii. coloribus et auro
consertam. ex utroque latere conductam et iterum re-
uolutam ante pectus. in utraque summitate infra
pendentem. habentem ex aureis fistulis fimbrias
miro decore compositas. **De thiara uel mitra**

Ultimum erat ornamentum **pontificis.**
capitis. quod communi uel tyara uel mitra uel
infula dici potest: specialiter cydaris. Eratque
tyara ad modum predicte facta: que communis e-
rat sacerdotibus. Super quam consuta erat alia
tota iacinctina. que circumdabatur aureo circulo.
tribus ordinibus facto. super quos ab occipite sta-
bant flores aurei. plantagini similes.
a tempore ad tempus. A fronte uero super: sta-
bat flos aureus. similis herbe. quam greci iusquia-
mos dicunt. magnitudine digiti unius.
Insuperiori uero planitie tyare. ex omni par-
te incurtari usque ad summitatem eius. que in
acutissimum deficiebat cacumen. particula-
tim per loca erant aurea malogranata cum
spinosis extremitatibus suis fabrefacta. Sed
frontem uero pendebat lamina aurea. quam
petalum dicunt. ad modum dimidie lune facta.
que arcuationem sursum habens. in medio anu-
lum aureum: uncino aureo inserebatur.
qui tyare insertus erat. in qua sculptum erat
autho adonay. id est sanctum dei nomen. uel tetragramma-
ton. quod ineffabile dicitur: non quia dici non possit.
sed quia rem ineffabilem significat. quod his litteris scribi-
tur. He. ioth. eth. uau. que sonant. princi-
pium uite passionis iste. Quod est. Per passi-
onem huius quem prefigurat iste sacerdos: rei-
ntegrabitur uita in adam perdita. Hec uero cum
moueretur pontifex. moueretur et lamina
sancta: sursum ligabatur uitta iacinctina
perspicua: celante uncinum et anulum. que cir-
cumducta capiti. et ligata in occipite: de-
pendentes summitates super humerum utrumque
diffundebat. **De typo uestium c.**

His uestibus ornatus pontifex. imaginem
totius orbis super se preferebat. Femi-
nalia enim et linea stricta. que byssina erant:
terram figurabant. Baltei uero qui circumfusi erant:
circumuolutionem occeani. Tunica iacinc-
tina: ipso colore aerem preferebat. Per tintin-
nabula. sonitus tonitruum: per malogranata
choruscationes signabantur. Ephot uero:
sui uarietate celum sydereum. quod aurum co-
loribus intextum erat significat quod calor
uitalis penetrat uniuersa. Duo sardonices:
solem et lunam. uel duo emisperia. xii. gemme pec-
torales. xii. signa in zodiaco. Pulchre
quod in medio erat: appellabatur rationale. Ratio-
ne enim cuncta sunt plena et terrena habent celes-
tibus. immo secundum terrenorum et temporum. frigoris et
caloris et duplex inter utraque temperies. de
celi cursu et ratione descendit. Cydaris: ce-
lum empyreum. lammina supposita:
deum omnibus presidentem. **De altari incen-**

Post uestium compositionem. locutus **si. et loco eius.**
est dominus ad moysen. de modo consecrationis
aaron et filiorum eius. quod usque ad ipsam consecra-
tionem distulimus: de altario aureo prose-
quentes. Factum erat hoc altare de lignis
sethim. habens cubitum longitudinis et alti-

rum latitudinis .i. quadrum et duos cubitos in
altitudine: uestitumque erat auro purissimo.
cornua habens et coronulam auream. et cathenas. et a-
nulos et uectes aureos. instar prioris. Utrum
uero arulam haberet an cineres exciperet terra: ambigu-
um est. Iosephus addit. quod per angulos singu-
los coronas .vi. habebat. ex auro purissimo.
quod singulariter forte in exodo dictum est. ita.
facies que ei coronam auream per girum. hoc
altare dicebatur incensi uel timiamatis. quia
singulis diebus. mane et uespere ad consuman-
dum iuge sacrificium super illud incendebatur
thimiama sanctificatum domino. Fuerunt tamen qui dicerent.
mane solum incensum .i. thus supponi. ues-
pere uero pro dignitate sacrificii uespertini thimi-
ama. Ceterum utrum hoc altare esset intra sancta
sanctorum. an in sanctuario cum candelabro et mensa:
sunt qui uidentur dubitare. Nec est putandum in
dubium uenisse quin esset in sanctuario. cum hebre-
us hoc dicat et iosephus plane. prima est posi-
tio tabernaculi facta a moyse innuit: non quia
paulus ad hebreos. thuribulum aureum poni-
tur sancta sanctorum. Potuit sane esse. quod in templo
uero omnia ampliata fuerunt et multiplicata. preter
altare aureum quod erat extra uelum. ad quod bis
in die necesse erat ingredi: erat super additum
thuribulum in abdito. in quo sumimus sacer-
dos prunas et thimiama quod secum ferebat
ad oleret. qui ad interiora contingebat ipsum
penetrare.

De compositione thimiamatis.

De compositione uero thimiamatis
sic locutus est dominus ad moysen: dicens.
Sume tibi aromata. stacten et onicha. gal-
banum boni odoris et thus lucidissimum.
equalis ponderis erunt omnia. et in tenuissimum
puluerem contundes omnia. Onicha: fertur esse
ostreola paruula suaue redolens. mag-
nitudine humani unguis. unde et onicha dicitur
quia onix grece: unguis dicitur. Stacte: est gum-
mi. quod fluit de mirra. quod et mirra dicitur. Galba-
num uero: succus est ferule et nascitur in syria opti-
mum. cartillaginosum .s. et minus lignosum
cuius odore fugantur serpentes. Ferula quoque quasi et
feniculum. in gargano nascitur. cuius succus
est uilior. Thus uero lucidissimum optimum. quod
masculum dicitur. quia instar humani testiculi rotun-
dum est. Dicitur et libanum. a libano monte. ara-
bie. in quo nascitur arbor thuris. ad aceris
qualitatem perplexo et intorto uimine. Ex his
quatuor: fiebat puluis thimiamatis sancti. Prohi-
buitque dominus talem fieri componere in usus hominum.
Quod si quis simile faceret. ut odore eius frueretur.
periret de populis suis. Inde est quod odor thuris
benedicti non datur in ecclesia: sponso et spon-
se. Inde est. quod oblato thure benedicto super alta-
re. si descendat thuribulum ad clericos in
choro. uel ad laicos: aliud thus sine benedictione
apponendum est et hominibus offerendum.

De confectione sancte unctionis.

Unguentum quoque sanctum de .iiii. fiebat aro-
matibus. Aroma uero dicitur quodlibet pig-
mentum. quod odore suo aera inficit. Unde a-
roma: quasi aeroma. Sumebant quidem
quingenti sicli uirgultorum. prime .i. precipue
mirre. Et est mirra arbor. que grece smirna
dicitur .v. cubitorum. que est in arabia. cuius uirgul-
ta arabes grauant. ut melius pullulent et fru-
ctificent. Ex quorum odore intolerabiles con-
trahent morbos nisi fumo storacis occur-
rerent. Cinamomi: sicli ducenti quinqua-
ginta. et calami totidem. cassie uero quingenti.
Et est cinamomum uirgultum indie uel ethiopie.
duorum cubitorum. dictum quasi canamomum. quia
in modum canne subtiles habet calamos et
replicatos. qui fracti: spiramentum uisibile
reddit. Calamus uero species aromatica: iuxta
libanum: cassia in aquosis nascitur. crescit
in immensum. odorem reddit. Hec redacta

c. ca 30.

in pulverem: cum oleo olivarum, sub mensura hin, conficiebant opere unguentarii. Et dicebatur secundum unctionis oleum, et unguentum secundum, de cuius usu loco suo dicemus. Josephus et balsamum apponi dicit. **De labio eneo.** Ca. xxxi.

Locutusque est dominus iterum ad moysen. Facies et labium eneum cum basi sua, vas scilicet lavatorium, quod et luter dicitur. Quod erat inter tabernaculum et altare holocaustorum, in quo missa aqua lavabant sacerdotes manus suas et pedes, veste sacra accepturi ut sacrificarent. Similiter ingressuri tabernaculum et egressi. Quod dicitur factum de speculis mulierum excubantium ad ingressum tabernaculi. Forte de sedibus speculorum eneis factum fuit. Vel potius eo factum in circuitu labii superius circumposita fuerunt specula, in quibus sacerdos videre posset, si inspiciat vel in veste vel in facie maculam haberet abluendam. **De redemptione numeratorum.**

Iterumque dixit dominus ad moysen. Cum numerabis filios israel dabitque quisque pretium pro anima sua, ne sit in eis plaga, dimidium sicli iuxta mensuram sanctuarii. Siclus autem xx. obolos habet. A xx. annis et supra dabatur. Ab eo enim tempore ad nomina familie transibant. Dives non addet et pauper non minuet. Et hec pecunia ad usus tabernaculi reponebatur. Hoc in david vindicatum est, quod aliter fecit quam deus iusserat. **De electione artificum et datione tabularum.**

Vocavit et dominus ex nomine, id est nominatim elegit huius operis summos artifices: beseleel filium huri de tribu iude, et hooliab socium, scilicet minus peritum, filium achisameth de tribu dan. Quos implevit spiritu dei, id est scientia ad excogitandum in omni opere fabrefaciendo. Completisque his sermonibus dedit moysi duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Nota quod in paralipomenon non videtur beseleel vixisse nisi duos annos ad plus. **De vitulo conflatili.** Ca. xxxii.

Videns populus quod moyses moram faceret, dixit ad aaron: Fac deos nobis qui precedant nos. Moysi enim ignoramus quid acciderit. Excusant se hebrei dicentes quod heloy non tantum deos, sed et deum sonat. Et dicunt eos petisse duces tamen. Aaron vero et hur restiterunt, sed indignatus populus sputis in faciem hur, sputis ut tradunt eum suffocavit. Unde timens aaron ait: Tollite inaures uxorum et liberorum et afferte ad me. Hoc erat quod pretiosius et carius habebant, putans quod consulentes sue avaricie nollent afferre. Quas cum accepisset, formavit ex eis vitulum conflatilem opere fusorio. Forte aliud non recipientes quam bovem quem adoraverant in egipto. Tradunt quidam aaron proiecisse inaures in ignem, et non opere demonis conflatum caput vituli tantum. Quod tamen quicumque vitulus quicumque caput vituli vocatur. Quod in excusatione sui intulisse legitur dixisse aaron moysi: Proieci illud in ignem et egressus est vitulus hic. Et dixit hic populus: Hii sunt dii tui israel, qui te eduxerunt de terra egipti. Fecitque aaron altare coram eo et in crastinum indixit sollempnitatem. Maneque surgentes obtulerunt hostias. Seditque populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere, id est adorare. Et ait dominus ad moysen: Descende, quod peccavit populus tuus et cetera. Iam non misereor. Dimitte me ut deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Cui moyses: Quo domine quiescat ira tua, ne dicant egiptii: callide eduxit eos ut interficeret in montibus, impotens eis dare terram quam promiserat. Recordare quoque servorum tuorum quibus iurasti dicens: Terram hanc dabo semini vestro. Placatoque domino descendit moyses, ferens tabulas scriptas ex utraque parte digito dei. Cui occurrit iosue, qui forte singulis diebus in occursum eius egrediebatur. Non enim credibile est cum moyse eum ieiunasse. Et ait moysi: Ululatus pugne est in castris. Cui mo-

yses. Immo uox est cantantium. Et appropin
quasset uidit uitulum et choros. Et iratus: proie
cit tabulas et confracte sunt. Combussitque uitu
lum et massam redegit in puluerem. quem spar
sit in aquam et dedit ex eo potum filiis israel. Cum
que accusaret aaron quod populum audierat. ex
cusans se aaron dixit que supra dicta sunt: dicens
se timuisse populum quia pronus erat ad malum.
Uidens ergo moyses quod nudatus esset populus orna
mentis. scilicet taxillo dei. uel potius ydolatriam quam
longe ante conceperat. tandem manifestauerat.
uel forte uidens eos iudicatos a deo sceleris auc
tores per puluerem bibitum. qui in barbis eorum
miraculose apparuit: stans in porta castrorum.
et aduocans leuitas. ait. Qui domini est: iungatur
mihi. Ponat uir gladium suum super femur suum.
Transite per medium castrorum. occidat quisque ami
cum et fratrem suum: quem scilicet puluere signatum
inuenerit. Et ceciderunt ea die quasi tria milia.
Alia translatio habet: xxiii. De his omnibus que dicta
sunt de uitulo. tacet iosephus: tamen opiniones eorum
de mora moysi narrat. Alii enim dicebant
eum a bestiis comestum. alii a domino translatum.
alii sane mentis cum domino philosophantem.

Altero **de prece moysi et minis domini.**
die locutus est moyses ad populum. peccas
tis: peccatum maximum. Ascendam ad
dominum: si quomodo eum deprecari pro uobis. Et cum
ascendisset: ait. Obsecro domine. aut dimit
te eis hanc noxam: aut dele me de libro tuo
quem scripsisti. Quod de impetu animi non de ratione
dictum. quidam tradunt: uel ex magna confi
dentia in dictum per impossibile dictum. quasi dicat Sicut
impossibile est ut me deleas: sic oro non pos
se fieri. quin dimittas. Augustinus dicit. a consequen
tibus ratiocinationem debere concludi: ut. scilicet quod
sequitur. permittatur. sic. Aut dele me: aut dimit
te eis. que ponuntur pro equipollentibus. quasi dicat Si
non deles me: dimitte eis. Disiunctiua enim non
tatur in coniunctiuam: destructo quod antecedit et
manente quod consequitur. Scribi autem deleri
de libro uite dicitur quis dupliciter. uel secundum prescien
tiam. uel secundum presentem iustitiam. Cui dominus. Qui peccauerit mihi:
delebo eum. quasi dicat Non te: qui non peccasti. Vade:
duc populum istum. Angelus meus: precedet te. Ego
enim ascendam tecum: quia populus dure ceruicis est.
ne forte disperdam te in uia. Tradunt hebrei. quod
postquam deus ipse custos eorum erat deinceps dedit eis
michaelem. custodem eorum proprium: sicut cetere natio
nes proprios habent angelos custodes delegatos.
Addidit et dominus. Semel ascendam in medio
tui: et delebo te. Et est comminatio captiui
tatis: babilonice uel romane. Et nota: ascen
sum dupliciter dici. uel ab inferioribus ad superi
ora: et ab occultis ad manifesta. et est sensus.
Manifestabo me tibi: malo tuo. **de translati**

Audiens hoc **one prioris tabernaculi.**
populus: luxit: et nullus indutus est cultu
suo. Deposueruntque ornatum suum a monte
horeb: quod commode de priori tabernaculo intelli
gitur. quod sibi fecerant: ut ante ipsum iura tractarent.
Quod cum huc usque fuisset in radice montis.
ut propinquius esset domino: noluit illud dominus a se
amoueri. Et tetendit illud moyses ex alta
parte castrorum: et longe a castris. Egredie
baturque moyses ad illud et plebs stabat
in foribus tabernaculorum suorum: et adorabat pro
cul. Descendebatque columna nubis et loque
loquebatur cum moyse. cernentibus uniuer
sis. facie ad faciem: sicut solet loqui homo ad a
micum suum. id est manifeste. **Quod moyses**

Orauitque iterum mo **uidit posteriora domini.**
yses ad dominum. Respice populum tuum:
gentem hanc. uis: ut educam populum. Iudi
ca mihi: quem missurus es mecum. Dixitque deus. facies mea
precedet te. Ecce iam maius impetrauit
moyses. Plus notatur in facie: quam in ange
lo. Sed quia in facie intellexit moyses aliquem

quoniam simillimum deo promitti: addidit. Si tu ipse
non praecedes: ne educas nos de loco isto. Et ait
dominus. Et verbum quod locutus es: faciam. Te ipsum
novi ex nomine: id est per te et specialiter mihi placu-
isti. Vocabo in nomine domini coram te, id est faciam
me vocari dominum et ducem vestrum ex miraculis
que faciam: et non ob aliud nisi quia volo et mi-
serebor cui voluero. Et ait moyses. Ostende mihi
faciem tuam. Et ait dominus. Non poteris vi-
dere faciem meam. Non enim vide-
bit me homo: et vivet. Stabis in ca-
verna petre et transibit coram te gloria me-
a: quoniam quia non sustinebis. ponam manum
meam coram te. Cumque pertransiero: tol-
lam manum meam et videbis posterio-
ra mea. Quod ratione similitudinis dictum est.
Sic enim agnito visus homo. scitur quod homo sit. sed non
quis homo sit: ita dominum esse in summo. sed qualis sit. nid' seq-
m. Et potuit esse. quod in tanta claritate pertran-
sierit dominus: quoniam humane nature non sustinuis-
set aspectus et opposita est nubes moysi. de-
inceps cum longius abesset: potuit a mo-
yse videri. Ad litteram. hebrei tradunt eum vi-
disse posteriora hominis: et in occipite quas-
dam ligaturas. De sectis tabulis et gloria vultus moysi.

Et ait dominus ad moy-
sen. Praecide tibi duas tablas instar pri-
orum et scribam super eas verba que habuerunt
tabule quas fregisti. In deuteronomio e-
iam dicitur deus scripsisse. In sequentibus tamen dicitur. Scribe
verba hec: et cetera. Et paulo post. Fuit moyses cum
domino xl diebus: et scripsit in tablis verba fe-
deris x. Potest dici. quod auctoritas scribendi in-
fuit domino ministerium in moyse. Cumque
excidisset moyses tablas: de nocte consurgens
ascendit. Et transeunte domino coram eo
in turbine: pronus in terram adorans
ait. Obsecro: ut gradiaris nobiscum. auferas-
que iniquitates nostras et possideas nos. Cui
dominus breviter memoravit quedam. que iam praedixerat
de tribus sollempnitatibus. de oblatione primitiarum.
et primogenitorum: et addidit ne cum gentibus
terre promissionis aliquid haberent participium vel
federis. Fuitque moyses cum domino xl diebus et xl
noctibus. panem non comedit et aquam non bibit.
Cumque descendisset de monte cum tabulis.
apparuit facies eius cornuta et ipse ignora-
bat, id est radii miri splendoris ferebantur de
facie eius. qui reverberabant oculos intuentium.
Quas gloriam vultus ~~domini~~ moysi appellat apostolus.
Posuitque velamen super faciem suam cum lo-
queretur filiis israel et locutus est eis omnia. que fu-
erant sibi imperata. Quamdiu autem hec gloria dura-
verit et utrum semel vel pluries hoc acciderit: igno-
ratur. Tradunt hebrei. quod adhuc tertio as-
cendit ad dominum. ad impetrandam eis certitu-
dinem venie et tamen fuit cum domino xl di-
ebus et xl noctibus. ieiunans. Cumque redis-
set cum certitudine venie. erat nona
dies vii mensis et in crastino sollempnita-
tem agentes pro venia data. affligebant
animas suas: ieiunantes. Et deinceps dic-
ta est decima dies mensis huius: dies propitia-
tionis. Quod si verum est: potest esse quod et ecclesia
ob hoc tres in anno proponit quadra-
genas. licet ob hoc institutum dicatur.
quia tres tantum leguntur ieiunasse quadra-
genis. moises et helias et ihesus. Quod sive verum
sit. sive non: post secundum reditum de constructio-
ne tabernaculi praecepit eis moyses. secundum
quod a domino acceperat. et praemisit de observa-
tione sabbati: ne forte in hoc opere puta-
rent sibi licere operari in sabbato.

De compositione tabernaculi. tabernaculi et erectione.

Egressa omnis multitudo optu-
lit iuxta verbum moysi mente promptissi-
ma quicquid pretiosius habuit et cum tan-
ta copia: quod compulsi sunt artifices voce pr-

comis clamare ne quisquam ultra offerret. Fecerunt que Beseleel et Ooliab cuncta que iussa fuerant et sicut fuerant imperata. Et secundum Iosephum omne tempus ad opus faciendum transiit in mensibus vii. Omne autem aurum quod expensum est in opere sanctuarii viginti novem talentorum fuit et septingentorum triginta siclorum ad pondus sanctuarii. Fuerunt preterea c. talenta argenti, ex quibus conflate sunt c. bases sanctuarii. De mille autem dcc. et lxxv. facta sunt capita columnarum que et vestite erant argento. Eris vero talenta lxxii. milia et cccc. sicli. Optulerunt autem a xx. annis et supra dc. iii. milia et d. l. Igitur mense primo anni secundi in prima die mensis erexit Moyses tabernaculum. Operuitque nubes tabernaculum, cum lux serena esset, non procellosa sed lucida, non tamen penitus transiret aspectus, qualem decebat dei presentiam. Et ad nebule illius elevationem deinceps movebant castra, ad depositionem deposuerunt. Et dum stabat super tabernaculum et ipsi stabant, eratque ignis in nocte.

Incipit explanatio historie levitici.



Tercia distinctio historie quam scribit Moyses grece dicitur leviticus, quia de electione et ministerio levitarum agit. Latine offertorius vel sacrificatorius, quia de sacrificiis et de his que offerebantur ex lege tractat. Hebraice vero vagecra, quod sonat vocavit autem, more hebreorum qui a principiis librorum nominant eos, sicut nos officia missarum et evangelica indicamus dominicis. Dominica qua cantatur Populus Syon et legitur Erunt signa in sole et luna. Incipit sic liber iste: Vocavit autem Moysen dominus et locutus est ei de tabernaculo federis dicens. Homo qui optulerit hostiam, si fuerit holocaustum et de armentis, masculum offeret. Post autem habetur in hebreo et va enim sonat et, iecra vocavit.

Premittitur divisio utilis.

Advertendum de doctrina et traditione sacrificiorum que sequuntur quedam prelibanda sunt in hunc modum. Quinque consideranda sunt hic. Sacrificia que deo offeruntur. Persone a quibus offeruntur. Tempora quando offeruntur. Loca ubi offeruntur. Cause pro quibus offeruntur. Triplex autem eorum que rite offerebantur occurrit discretio. Aut enim erat oblatio de animalibus et sacrificium dicebatur, nec autem octavum diem nativitatis poterat offerri, nec eadem die mater et fetus eius. Aut de sicca materia, ut simila, pane, thure, et proprie dicebatur oblatio. Aut de liquidis, vino et oleo, quod proprie libamen vel libatio dicebatur. Licet his nominibus scriptura quandoque indifferenter utatur. Persone vero offerentium due. Alia vel synagoga. Aliarum vero alia sacerdos, alia princeps, alia privata, de quibus suis locis dicetur. Similiter de locis et temporibus loco suo. Causarum etiam triplex erat differentia. Offerebant enim quandoque necessario, quandoque sponte, quandoque casu. Necessario autem vel ex voto vel ex precepto. Sane ex precepto offerebant primitias frugum, uvarum, fructuum, decimas quoque eorundem et insuper animalium. Primogenita quoque animalium et liberorum. Oblationes quoque trium sollempnitatum et cetera in hunc modum. Mel autem et fermentum non quidem offerebant domino, tamen in primitiis eorum temporibus suis offerebantur sacerdoti, sed nichil ex his super altare ponebantur. Communiter autem a nullo sacrificio sal deesse debebat, et ideo dicebatur sal federis, quia non erat fas hoc transgredi. Porro secundum ordinem libri a sacrificiis inchoandum.

De holocaustis.

Sacrificiorum alia holocausta, alia sacrificia. Et prius de holocaustis videamus. Holocausta illa dicebantur sacrificia que tota incendebantur. Olon enim totum, cauma incendium dicitur. Hec

bat aūt in trib; tm̄. armīt. pecudib; .s; tm̄ de
ouib; et capr. 7 in auib; .s; tm̄ turture et co
lumba. de armīt 7 pecudib; sic. offerebat tm̄
masclī 7 anniclī .i. uni anni. ul' circa supra
annū n̄. Uñ 7 agnū qī. aries appllat'. Bos u̇
sup unum annū poterat offerri: ut ait io
seph. Erat qq; inmaculat'. qd n̄ de macla
uetis .s; corpis: intelligendū est .i. n̄ debile.
aut fracto mēbro. aut papl'as hn̄s. aut scabi
em. aut cecū 7 h'moi. offerebatq; sacdoti p' ad
ostiū atrij. ut uidet' si idone' eet ad offendū.
Postea ad ostium tabnacli offerebat' dn̄o. p
manuū impone' sup caput. lotis p' manib;.
qr p' mare sacdotum erant in atrio duo
maria. unum uirorum. alt' mulierum. un 7 a
loco offendi: ab hebis hostia dicebat'. Genti
les eñ ab hostib; uincendis hostiā 7 a uictis
hostib; uictimā consueuant appellare. Vic
timam u hebrei a uinciendo dixerunt. qr
uinctū adducebat' aīal. Oblatam sic hostiā.
reducebat sacdos ad altare holocaustorum. et
stans ad aquilone' immolabat eā coram
dn̄o. ad lat' altaris .i. in cspectu scōrum. funde
batq; sanguine' ei circa cpidine' altaris.
in circuitu. hebre' bt pariete' iose. limbū.
forte labiū supi' eminens. detractaq; pelle
hostie que erat sacdotis. art' instructa con
scindebat q'b; lotis cum capite. pedib; 7
intestinis. adolebat oīa sup altare in ho
locaustum 7 odore' suaue' dn̄o. Nec e' cre
dendum qd' in nidore carniū delectaretur
dn̄s. s; potı' in re significata 7 deuotioe'
offerentium. Sin aūt de auib; fieret holo
caustū: fiebat sic. Sz cum duo offerrentur.
ut dc̄m e' p'mo ld de isrl'. postea sacdos.
qm offerret' ab homine auicla tacet
historia. qr forte eod m' quo 7 pec. forte tm̄
sacdoti. Offerebat' aute' pull' turturis t
columbe. cui frangebat sacerdos collū. sola

manu. Non eñ licebat leuare ferrum sr' aut'.
7 retorte capite sub ascella. ungue circa colli. u'
fractum erat rūpebat. effuso sanguine circa
crepidine' altaris. uesiculā gutturis 7 plumas p
iciebat ad oriente'. in loco secto u cineres effun
debant'. cfractisq; ascellis manu: adolebat
eam sup altare. in holocaustū. 7 h' erant
minora et simplicia holocausta. q' uolunta
rie fiebant. Erant eñ quedam maiora. q'
dam necitate fcā. que 7 sciora quodā m̄. qr
totum incendebant' 7 pellis 7 fim'. de q'b;
p' dicet'. quosdam m̄ minū digna. qr sup alta
re n̄ cremabant'. Sunt de sacrificiis partia
lib; p'sc'ipti. et uoluntariis. **De sacrificiis**

Hostiū quedā erant pacificis 7 salutarib'.

pacifica. quedā salutaria. q'.s. p salu
te danda. l' data. t cseruanda offerebant'.
sili' 7 p pace ut ad dn̄. l' ad hoies. t qr ad
modū pacis fiebant. cum cuiq; qd suum
erat dabat' d'o. l. sacdoti offerenti. fiebat
eñ erat de aīalib;: de armēto tm̄ 7 de pecu
dib; p'dictis. de auib; u n̄. Sane in m̄ offen
di ab hoie t sacdote. id fiebat cum hostia
holocausti. Sz in h' erat dista. qr hic offere
bat' masclī. l' femina. 7 anniculis g'ndiora.
immaculata tm̄. pars u hostie offerebat' dn̄o.
pars erat sacdotum. reliqua offerentiū. de ar
mento hec offerebant' dn̄o. omis adeps. q'
e' pinguedo intīorum. pinguedo eñ sup car
nem: aruina. l' lard' dr. que carni admix
ta: p'p'e pinguedo. q' intestinis: adeps. Et
aūt replex adeps s' uitaliū. i. cord. 7 uentris.
Ad epis recon .i. epatis. q' reticlm dn̄s. qr
inuoluit' ad modū retis. de adeps renū. h' d
tres ad ipes. duosq; renes. i. ilia 7 renunclos.
adolebat sacerdos sr' altare. Et ac' 7 de capr.
dn̄o offerebant'. Si u de ouib; erat oblo.
pter p'dicta offebant' de ea caudā integ'.
q'm lūbū uocant. lxx. pell u erat sacdo

ui : qui offerebat illud . Armu(m) u(ero) dext(rum) qui dicebat(ur)
separationis : 7 pect(us) q(uo)d d(icitu)r eleuationis : 7 q(uia) t(er)
sic dicebant(ur) . infra dicebat(ur) : cedebant in
usus sac(er)dotum . 7 ling(ua) cum faucib(us) ut tra
d(icitu)r . s(ed) in textu n(on) memini me legisse . forte
pectori adherebant 7 cum pectore ab a(n)i(m)ali
tollebant(ur) : unde sufficit no(m)i(n)asse pect(us) . 7 ibi
uescebant(ur) sac(er)dotes . in domib(us) suis cu(m) uxo
rib(us) ~~fili~~ et lib(er)is . 7 domo tota . mundis t(ame)n q(uonia)m
domib(us) imolabant . causa epuli l' religio
nis : pect(us) 7 armu(m) dabant . reliqua erant
offerentium 7 epulabant(ur) inde coram d(omi)no .
in locis . s(cilicet) ad h(oc) deputatis in ipso atrio l' iuxta
ta . Dicebat(ur) (et) exhibita sac(er)dotib(us) q(uia) aliis ede
duob(us) dieb(us) . Si q(uo)d sup(er)erat in diem t(er)tiu(m) :
cremabat(ur) . Et nota . q(uod) nullu(m) a(n)i(m)al offereba
tur in holocaustu(m) . l' in sac(r)ificium : si(ne) liba
mentis suis . S(ed) de libamentis : p(ro)ut erit infra
tractat(ur) . **De oblatione inanimato(rum).**

Si u(ero) manus ho(m)i(n)is a(n)i(m)al inuenire n(on) po
terat : offerebat p(ro) pace l' salute simi
lam farina(m) . s(cilicet) delicatissima(m) . fundens sup(er)
ea(m) oleu(m) . 7 dicebat(ur) simila oleata . uel oleo fer
mentata . 7 thus offerebat cu(m) ea . Sacerdos au(tem)
totum thus 7 pugillu(m) plenum simile ole
ate adolebat sup(er) altare memoriale . i(d est) in
memoria(m) offerentis . ut . s(cilicet) d(omi)n(u)s eet memor ei(us) .
l' sac(er)dos ad d(omi)n(u)m . reliquu(m) erat sac(er)dotu(m) . Tra
dunt hebrei . n(on) semp(er) plenu(m) pugillu(m) offer
ri . s(ed) p(ro) q(u)antitate simile mi(nus) poterat offerri .
in t(antu)m q(uo)d etiam impleto pugillo om(ne)s di
gitos poterat ap(er)ire sac(er)dos p(re)ter mediu(m) 7 il
lud tantillu(m) q(uo)d remanebat int(er) illu(m) di
gitum 7 uola(m) : sufficiebat . Joseph(us) drag
mam una(m) offerendam dicit . Si u(ero) sac(r)ific
ium de simila coctu(m) offerebat : panes si
ne fermento consp(er)sos oleo . coctos in cliba
no l' in craticula . offerebat . 7 lagana a zi
ma . i(d est) latos panes 7 tenues . n(on) (con)sp(er)sos . s(ed) li

tos oleo . Q(u)idam t(ame)n p(er) lagana pane(m) coctum
in aqua intelligunt . ut sit triu(m) genus
panis . a cocto in clibano 7 cocto in craticula .
Si u(ero) coctum in sartagine offerebat : con
sp(er)sum oleo 7 sine fermento erat 7 diuidebat(ur)
minutati(m) . Ex his oblatis sac(er)dos adolebat
memoriale cora(m) d(omi)no . de panib(us) unu(m) 7 de
frustis unu(m) . reliquu(m) erat aaron 7 filioru(m)
ei(us) ad edendum cu(m) omni domo sua : et equa
sorte diuidebat(ur) eis . In hebreo : p(ro) clib
anum ta(n)nur ponunt(ur) . marthesit . mahebat .
michar . Marthesit : sonat (con)siliat(r)ix . q(uo)d sar
thagini conuenit p(ro)p(ter) stridore(m) 7 susurri
um frixure . Michar : rete l' cribru(m) . Mahe
bat : p(otes)t e(ss)e patella . in qua coctio liquida
fit . Potest e(ss)e . iii . sp(eci)es sac(r)ificii . a salutari 7
pacifico . p(ro) gr(ati)a(rum) actione . l' p(ro) uictoria . s(cilicet) uel de
aliquo bono euentu inopinato . 7 potest
dici : fieri casu . t(ame)n om(n)ia h(ec) sac(r)ificia indiffe
rent(er) sepe dicunt(ur) pacifica l' salutaria . **De**

hostia p(ro) peccato. Post hostias sa
lutares p(re)cepit d(omi)n(u)s de hostiis p(ro) p(e)cc(at)o
et p(ro) delicto . d(icitu)r autem p(e)cc(atu)m graui(us) . s(cilicet) q(uo)d ex
industria fit . delictu(m) leui(us) . s(cilicet) q(uo)d ex ignoran
tia . Vel p(e)cc(atu)m : cu(m) fit q(uo)d faciendu(m) n(on) est . de
lictum q(ua)si derelictu(m) . cu(m) n(on) fit q(uo)d faciendu(m) est .
Et iuxta p(er)s(ona)s peccantiu(m) : erat diu(er)sitas sac(r)i
ficio(rum) . distingunt(ur) au(tem) hic q(ua)si . iiii . p(er)sone .
Sac(er)dos . synagoga . i(d est) p(o)p(u)l(u)s . p(ri)nceps . anima .

De p(ro) pecc(at)o sac(er)dotis. Si ig(itur) sac(er)dos
qui unctus erat peccauerat . delinq(ue)
re faciens p(o)p(u)l(u)m : faciebat que sequunt(ur) .
additum e(st) . qui unct(us) . n(on) quin om(ne)s inun
cti ee(ss)ent : s(ed) ad d(i)ff(er)entiam illo(rum) qui cu(m) ee(ss)ent
de g(e)n(er)e sac(er)dotali p(ro)p(ter) macula(m) corp(or)is nec
inungi poterant nec ministrare . Q(uo)d etia(m)
ad dictu(m) est . faciens p(o)p(u)l(u)m p(e)ccare . forte
generale e(st) : q(uia) p(e)cc(atu)m cuiuslibet sac(er)dotis . l'
q(uo)d lib(et) . trahit(ur) in exemplum . 7 est d(ic)tum : ad

exaggerationem pcti. Vel specialit dcm est. cu .v. c. libro. ul quo alio m ppl'm ad pccan dum puocauit. Vel sane sic in hebreo ha betur. Si sacdos qui unctus e peccauit. ad culpa ppli .i. ita uilit 7 apte qsi unus de pplo. qd ualde indecens e. Tc inq offerebat p pec cato suo p manus impositione ad ostiu tabnacli uitulum immclatu 7 cora alta ri imolabat eum hauriens q; de sangui ne. inferebat illu in tabnaclm 7 intinges in eo digitu. aspgebat illum septies cont uelu scuarii. et de eod ponebat sup cornu a altaris incensi. Et egdiens: reliquu san guinis fundebat ica cpidine altaris holo causti 7 omne adypem cu renib; 7 renun culis adolebat sup altare. sic de uitulo ho stie pacificor. Pellem u 7 omis carnes cum fimo etia efferebat ext castra in locum mu du. u cines effundi solebant 7 incende bat ea sup struem lignorum. P pcto sy nagoge.

Quod si omnis turba p ig norantiam fecerat qd ct dni manda tum e: offerebant seniores ppi ad ostiu tab. p manuu impositione uitulu 7 fiebat de h uitulo sic et de pori p pcto sacdotis 7 oran te p eis sacdote. ppici erat eis dns. In duob; tm hic innuitur diffra. int pccm sacdotis et ppi. qd .s. sacerdos n dr peccare p ignoran tia. Non eni licet ei ignorare mandata dni. Itm qd n legit quis orare p sacdote. qd si pcussus fuit incantator a serpente. quis medebit ei? Ecce patet diffra inter holocausta h 7 p dicta. qd ex his nich erat sacdotum. totu cmabat dno. neq; mbra istor cum capite. pedib; 7 intestinis lo tis. ponebant sup altare. gnalis eni re gula erat. qd de cui sangne inferebat in scuarium: nich ex eo licebat remanere. n aliqd ex eo sup altare adolebat. n adeps

cum renib; et renunclis. In modo q offere di 7 nuo sacdotum offerentiu erat diffra. De carnib; eni holocausti salutaris fie bant .xx. partes. quas sup altare ponebat .xx. sacdotes. quisq; sua. Vnus u: iiii. par tes. simul offebat .s. capt 7 pedes. iecur et intestina lota aq. duo u sanguine offere bant. ut os simul eent duodecim. P pcto pncipis.

Si peccauerat pnceps qui et duarius. l tribun p ignora tiam 7 p intellexerat pccm suu p se ut p aliu: offebat ad ostium tabnacli p man impositione hyrcu immaclatu. quo im molato tingebat sacdos digitum in san guine. quo tangebat cornua altaris holocau sti reliquu fundens ad basim ei 7 adole bat adype. renes 7 renunclos. Reliq erat sacerdotu .s; qd erat hostia p pcto 7 de ei sanguine tincta cornua altaris holocau sti: carnes ei erant sce 7 scificabant q eis tacta erant .s; n qlibet. imo in gne suo. caro carne. simila simila. panis panem. 7 n uestiebat eis n sacerdos unct 7 mund. 7 n n in loco sco 7 n n ead die qua offebat. si uestis polluebat ei sanguine. abluebat. ut nllm remaneret in ea sanguinis ues tigium. Alioqn: urebat. Vas testeu inq coqbat caro: statim frangebat. Ereu: de fricabat 7 abluebat aqua. P peccato aie.

Cum au peccabat p igno rantiam aia de pplo tre: offerebat capram imaclatam. eo m quo alii. l agna. 7 fiebat de hac hostia eod m. quo 7 de hyr co pncipis. Sin au n poterat manus ei inuenire pec. offebat duos pullos tur turis l colube. quor alt offebat dno in holocaustu. alt erat sacdotu. cui th sanguis ad fundamntum altaris holo. distillabat. qd p peccato erat. Qd si nec

auctas potat invenire. offerebat similam. decimam partem ephi. nec mittebat in eam oleum aut thus. quia pro peccato erat. cuius memoriale sacerdos adolebat super altare. reliquum ipse habebat in munere. **De igne iugi et eiectione cinerum.**

Item locutus est dominus ad moysen. Ignis in altari semper ardebit. quem nutriet sacerdos. subiciens mane ligna per singulos dies. et ignis erit ex eo de altari. id est non alium sumptus apponet. Cum vero cineres superhabundabant. induebatur sacerdos vestibus suis sacerdotalibus. quas praetaxavimus. et tollens cineres de altari. reponebat in pelvim iuxta altare. et depositis vestibus scilicet indutus aliis. forte ad hoc destinatis. vel suis propriis. efferebat cineres extra castra. et in loco mundissimo usque ad favillam faciebat consumi. Haec de oblationibus dicta sufficiant hic. In numeris: de oblationibus vii. festorum legalium legitur. **De esu sanguinis et adypis prohibito.**

Hoc addendo quod omnis adeps domini erit. quod intelligitur de animalibus oblationi designatis. tamen propter illud: ab omni adype iudei abstinebant. Sed veritus dominus adypem qui solet offerri: in esum eis prohibuit. etiam nominatim adypem ovis. bovis. et caprae. adypem vero morticini. vel a bestia occisi. concessit eis in usus varios. vel ad lucernas vel unctiones extra sacras. Quod ergo faciunt de adype animalis mundi non oblati. nec morticini. nec a bestia capti. si domini est: forte proiciunt. vel dant alienigenis ad edendum. Sed quomodo hoc. vel illud faciunt. de illo si domini est. prohibuit etiam dominus eis omnem esum sanguinis. Josephus dicit. quod animam et ipsam putavit in eo esse

Nota quod sic exposuit augustinus: et tamen iudei comedunt adypem mundi animalis. sed quod offerri non licet: ceterorum. damnum mularum et huiusmodi. adypem quod solebat offerri non edunt. sed huiusmodi variis usibus admodum adypis morticini.

moyses. in quo eius suffocati tamen intelligitur prohibitum. tamen in tamen prohibuit esum sanguinis. quod autem vel feram aucupio vel venatione captam. voluit fuso sanguine in terram et operto comedi. et addidit. Omnis enim anima in sanguine est. **De consecratione summi sacerdotis et minorum.**

Sanguine est. Tamen praecepit dominus moysi. ut initiaret aaron et filios eius in sacerdotes. Et tunc quidem omnes filii aaron consecrati sunt: sed non omnes postea de genere ipsius. Caecus enim vel claudus. si grandi vel parvo aut torto naso. si gibbosus. aut herniosus. si iugem scabiem habens vel impetiginem. de semine aaron erat: non poterat ministrare. nec intrare sanctuarium. vescebatur tamen panibus qui offerebantur in sanctuario. Tulit ergo moyses. iuxta praeceptum domini. aaron et filios eius. vestesque sanctas et unctionis oleum. vitulum quoque. et arietes duos. et canistrum cum his quae erant in eo. torta scilicet panis. quae et collirida dicitur. lagano et crustulo. Est autem crustulum panis. qui fere in crustam induratus est. Et congregavit omnem multitudinem: ad ostium tabernaculi. In electione enim pontificis: assensus desideratur plebis. Tradidit autem iosephus. quod animos populi inclinavit ad sacerdotium aaron in hunc modum. Dixit enim quod ipse se ipsum dignum sacerdotio iudicaverat. tum pro familiaritate quam habebat cum domino. tumque plurimum pro populo laboraverat. tum quia quisque fratri amicus sui est. sed dominus digniorem aaron iudicaverat. Cum ergo placuisset populo: obtulit domino aaron et filios eius. Cumque lavisset eos aquis fontium. et aaron feminalia induisset: vestivit eum moyses. vii. aliis vestibus quas praediximus. fundensque super caput eius oleum unctionis. unxit caput eius et manus. ita quod per barbam stillavit oleum usque in horam vestimenti eius. Filios autem vestivit lineis. et balteis cingens imposuit eis mitras. et manus eorum oleo sanctificavit. Unxit quoque tabernaculum

naculum oleo sancto. cum omni supellectili sua. Cumque aspersisset utrumque altare septies aqua: unxit illud. et omnia uasa eius: labiumque cum basi sua sanctificauit oleo. **De potestate offerendi eis data: et accipiendi partes suas.**

Optulitque aaron et filii eius uitulum pro peccato suo. super caput eius manus imponentes. quem cum immolasset moyses. tincto digito in sanguine et tetigit ex eo cornua altaris per gyrum: et fecit de eo quod de uitulo pro peccato sacerdotis facienda prediximus. Optulerunt et arietem in holocaustum. hostiam salutarem. s. et fecit sic moyses de eo: sicut de holocaustis salutaribus fieri preceperat dominus. optuleruntque per manus impositionem arietem secundum. hostiam s. consecrationis ipsorum. quem cum immolasset moyses. sumens de sanguine tetigit extremum auricule dextre eorum et pollicem manus dextre. similiter et pedis. reliquum sanguinem fudit super altare per circuitum. adipem uero omnem et caudam. renesque cum renunculis et armum dextrum separauit. tollensque de canistro collirida unam. et laganum unum: et crustulum unum. omnia simul tradidit aaron et filiis eius. Quasi diceret. Accipite potestatem sumendi hec a populo. quedam ad offerendum domino: quedam ad usum uestrum. Que cum tenerent ea in manus: supposuit omnibus moyses. pectusculum. dextrum et pectusculum eleuationis uocatum est: quia omnibus suppositum fuit. in signum tamen. quod superior est omnium sapientia. Etiam per eleuationem offerentium: legitur sic uocatum. In pacificis enim et salutaribus. armum et pectus prius eleuabant offerentes coram domino et postea tradebant sacerdotibus. sicut partes eis assignatas. armus uero dexter dicebatur separationis. quia in separatione membrorum hostie. primus ab ea separabatur et quia in partem sacerdotum separauit illum moyses. tanquam ceteris membris digniorem. Tradunt enim quidam. quod formatio corporis animalis in utero matris. ab humero dextro inchoatur. Tenentibus igitur filiis aaron omnia hec in manibus. eleuauerunt ea coram domino et reddiderunt ea moysi. qui omnia adoleuit domino super altare. eo quod oblatio consecrationis esset. Assumensque unguentum et de sanguine qui erat in altari. admiscens aquas fontium aspersit eos. et super uestimenta eorum. cumque sanctificati essent in hunc modum: reliquas carnes arietis coxerunt ante fores tabernaculi et ibi comederunt eas cum panibus qui residui fuerant in canistro et quicquid super fuit ex eis: ignis absumpsit. In eundem modum iterauit singula que diximus. moyses: septem diebus. tamen non uestiuit eos. quia semel induti septem diebus non deposuerunt uestes sanctas. nec de atrio tabernaculi sunt egressi. Quidam tamen tradunt. prima die omnia ut diximus fuisse persecuta: sex diebus consecrationis sequentibus. oblationes cotidie iteratas. s. sed non unctiones. Josephus uero dicit omnia sicut et in prima die. sequentibus fuisse persecuta diebus. **De prima oblatione sacerdotum et igne dato de sublimi.**

Octauo autem die denuntiauit moyses populo sollennitatem. in qua sacerdotes consecrati offerre inchoarent pro se et pro populo. In precedentibus enim septem diebus uicem sacerdotis habuerat moyses et acceperat ab aaron et filiis eius. que a populo postea illi erant accepturi et ministrauerat altari. In die octauo aggressi sunt ipsi ministerium. ad quod fuerant ordinati et moyses cessauit et tradunt quidam diem hunc octauum. fuisse diem primam anni sacri: quo egressi sunt. Et cum obicitur eis quod prima die anni sacri dictum est superius tabernaculum erectum: aiunt erectionem dici consummationem consecrationis eius. Preceptoque moysi ignem terrenum amouit ab altari. quo usus fuerat his diebus. quia eadem die apparuit eis dominus. Congregatisque filiis israel primo optulit aaron pro peccato suo uitulum. cuius adipes renes et renunculos. imposuit altari. igne non supposito. reliquum combussit extra castra. Primo

lauit et p se hostiā salutarē. arietē in holo
caustum imposuit altari: s; sñ igne deincep
oblatus p pplo. sumpsit ab eis hostias q̄in
q; . uitulum p pcc̄o pp̄. hyrcū p pcc̄o pnci
pis. agnū p pcc̄o aīe: bouē in holocaustū.
7 arietem p pacificis. Tam in imolatione
ñ ñ tres imolasse legit̄. hircū p pcc̄o pp̄ 7
bouē 7 arietem p pacificis. forte q2 p̄ ea
nūauerat: p breuitate alia tacuit. Et q2
sepatim de pcc̄o synagoge. pncipis et
aīe. ñ agebat ut p̄: q̄d libet triū p pcc̄o
pp̄ potuit dici oblatū. Aug̃. tñ impbat
litt̄am. q̄ dicit q̄nq; tñ sumpta 7 dicit
cū illis q̄nq; sūptū agnum anniclm
in holocarposi: q̄d sonat holocaustum
fructuosū. dicebat̄q; holocarposis. holo
caustum ult̄d q̄d dñs aliquo signo uisi
bili ostendebat sibi gratū ee̅. Cum aute
imposuit ex eis aaron sup altare. q̄ ado
lēda erant dño: sepauit de pacificis par
tem suā. armos dextros 7 pectora 7 exten
dens manū bñdixit pplo. Et ingressi moy.
7 aaron tabernaclm 7 egressi itm: bñdixe
runt pplo. Et cum eēnt oblata sup al
tare 7 etiā cum eis sacrificium iuge matu
tinū: egressus ignis a dño. deuorauit q̄
erant sup altare 7 seruat̄ ē ignis iste p
petuus usq; ad trāsmigrationē babilo
nis. nec licuit deinceps ignē in altari
apponē alienū. De morte nadab 7 a-

E adem die nadab 7 abiu biu.
arreptis thuribulis. ignē impo
suerāt alienū: desup incensū offerentes.
Egressusq; ignis a dño. ł ille q̄ iam erat
in altari. ł alius itm ueniens de subli
mi. 7 deuorauit. i. extinxit eos. Et ait
moy. ad aaron. hoc ē q̄d dixit dñs. Scī
ficabor in his q̄ appropinquāt m̄. i. 7 in his
q̄ ministrāt m̄ apparebo scs. ñ parcens
pectis eoꝝ. Vocauit misahelē 7 elisapham
cognatos eoꝝ: et ait eis. Tollite fr̄s ur̄os ex
tra castra. Et exportauerunt eos sic erant in
duti lineis et tyaris. 7 sepelierūt eos. Ita 7
minist̄ altaris sepeliuntur: induti uesti
mentis ministerij sui. Cum aūt aaron et reli
q̄ duo filij eī plangerē uellent fr̄s suos mo
re solito: phibuit moyses dicens. Oleum
scm̄: ē sup uos. Nolite capita ur̄a nuda
re. uestes nolite scindere: ne forte moriami
ni. Non exibitis fores tabnacli. Tñ iose:
alit̄ dic̄. q2 dum portarent hostias sup
arā quas ñ pceperat dñs. s; q̄bꝫ pmitt̄ ute
bant̄ subito inflāmati sunt. nec ualu
it q̄squā eos extinguere. Jussitq; moy.
patrem eoꝝ 7 fr̄s. portantes corpa ext̄ castra.
cgruo honore sepelire. Dixitq; moy. aarō
7 filiis eī. ut tollerent partes suas de hosti
is salutaribꝫ 7 oblata p pcc̄o. quoꝝ san
guis ñ erat illatus in tabnaclm 7 come
derent ea. 7 cū quererent hyrcū oblatū
p pcc̄o pncipis: exustus inuentus ē. Cumq;
sup h irat̄ moy. argueret aaron 7 filios eī:
excusauit se aaron dicens. M accidit q̄d
uides. q̄. i. Ex turbatione aī feci ē hoc.

P recepit De discretione ciborum.
dñs moysi 7 aaron. ut traderent fili
is isrł legem de discretione ciboꝝ. ad litte
ram enī dñs cibos hoī concessos eis arta
uit: ppt̄ castrimargiā eoꝝ. Cui summa:
sic comphendi pot̄. Aīaliū: alia uiuūt
in t̄ra. alia in aquis. alia in aere. Jtm
que in t̄ra: alia reptilia. q̄ oīa immun
da. alia latentia. ut talpa. q̄ delitto nas
cuntur 7 h oīa immunda. alia gradientia
sr̄ t̄rā. 7 de his gnat ē regła. Mundum
ē tñ q̄d ruminat: 7 findit unglam.
De piscibꝫ ū: gnat ē regła. Piscis ū mū
dus ē tñ hñs sq̄mas et pennulas. Dea

uibus nominatim expressit: qui mundi et qui immundi essent. Hoc tamen de animalibus generaliter dictum est. Volatile quod graditur super .iiii. pedes. immundum est: nisi crura habeat retro longiora. super que saliat. Tangens morticina eorum. lauabit uestimenta sua. et immundus erit usque ad uesperum. Et si necesse fuit. ut portet quippiam eorum immundum. Super quod ceciderit quippiam de morticiniis eorum. polluetur. tam uas ligneum. quam quodlibet uestimentum. ad uesperum aqua mundabuntur. uas fictile. intra quod ceciderit: frangetur. Clibanus et cythropodes quasi strapas dicunt: destruentur. Fontes uero et cisterne et quelibet maria et sementis. id est humida semina tum granum: tactu eorum non polluuntur.

Ca. 12

De purificatione puerpere.

Audiuit quoque dominus legem purificationis mulierum talem. Si mulier peperit masculum. immunda erit .vii. diebus. iuxta dies separationis menstrue. id est eiusdem immunditie iudicabitur. cui est cum separatur a mundis. Cum patitur menstruum. in tantum est immunda: quod quicquid tangit reddit immundum. cubum. lectum. uestem. sedem. Unde non licet alicui communicare ei: nec in cibo. nec in lecto. Octauo die: circumcidetur puer. Post .vii. dies inquinationis manebat .xxx. et .iii. dies in sanguine purificationis sue: ut ita omnes dies purificationis fierent .xl. quia tot diebus dicunt phisici carnem masculi formari in utero. In purificatione uero .xxx. trium dierum. licebat ei surgere. in domo deambulare. sed non egredi et operari et tangendo non polluebat et licebat aliis communicare ei in sede. in cibo sed non in lecto. Accedere uero ad tabernaculi atrium non poterat: nisi expletis .xl. diebus. Si uero pareret feminam. duplicabantur post dies inquinationis et postea dies purificationis. ut simul fierent .lxxx. quia tot diebus formatur femina in utero. Expletis uero diebus purificationis. offerebat pro filio uel pro filia agnum anniculum in holocaustum et pullum columbe uel turturem pro peccato suo. quia in libidine concepit: et erat sacerdotis. Quod si non poterat manus eius inuenire agnum: offerebat duos turtures uel duos pullos columbe. alterum in holocaustum pro puero. alterum pro peccato suo. uel pro originali filie. quia filio in circumcisione dimissum erat. Hebrei tamen: paruulos non habere peccatum tradunt. Preterea hic dicit Iosephus primogenitum redimi: quinque siclis.

Ca. 13

De cognitione lepre.

Legem quoque lepre tradidit eis dominus. Secundum .iiii. genera lepre. In cute. in capillo. in ueste. in domo. Lepra cutis cognoscitur. si fuerit in ea albor. pallida albedo. uel pustule. uel cicatrix: maxime si fuerit alba. uel subruffa. Ita quidem: si locus lepre humilior sit carne reliqua. uel si mutati fuerint capilli in candorem et solito tenuiores. Lepra uero in capillo: allopicia dicitur. fluentibus canis capilli. si in caluitio uel recaluatione albus uel rufus color inuentus fuerit. plaga lepre est. Adducto itaque leproso ad sacerdotem. si cuius arbitrio non excludebatur. si lepra nondum erat perspicua fuerat recludebat eum in domo .vii. diebus. quibus expletis. si non creuerat lepra: iterum recludebat eum aliis .vii. Quod si nec tunc lepra creuerat. mundabat eum. id est iudicabat eum mundum: quia scabies erat. Et lauabat homo uestimenta sua. et mundus erat. Cum uero perspicua erat lepra: separabat ad arbitrium sacerdotis. et habebat uestimenta dissuta. id est facilia ad induendum. uel scissa dum uel solam uestem consutam. ut cognosceretur sic. et caput nudum. ut posset agnosci. et os ueste contectum. ne forte fetorem loquendo diffunderet: et habitabat solus extra castra: ita ut a mortuo nichil dif-

ferre videtur. Pater dicitur iosephus illos irrisibiles. qui dixerunt moysen lepra fatigatum et similium electorum secum ducem venisse in chananea cum eis. cum ita qui in misericors circa leprosos habitus sit. quod tamen maxime misericordia indigebant. Lepra vero vestis lanee vel linee. ut pelli. erat macula alba vel rufa. humilior superficie reliqua. que corrosiva est. que cum apparebat. considerabat eam sacerdos. si perspicua erat lepra: comburebatur vestis. si dubia: recludebatur vii. diebus. si creverat macula: adiudicabatur lepre. si non crevit: abluebatur vestis. et recludebatur aliis vii. diebus. si adhuc dubia erat: rumpebat illud a solido. Si tamen alibi macula tamen apparebat: lepra volatilis erat et comburebatur vestis. Si vero macula similis corrosive apparebat in domo: prius precipiebat sacerdos omnia de domo efferri. Considerans que valliculas in pariete. pallore vel rubore deformes: et humiliores superficie reliqua: claudebat ostium domus vii. diebus. post quos si inveniret crevisse lepram. iubebat erui lapides leprosos: et proici extra civitatem et domum radi intus per circuitum. et pulverem rasure spargi extra urbem in loco inmundo et alios lapides substitui in domo et luto alio liniri domum. Quod si iterum redierit macula: lepra perseverans est et destruetur domus et ligna et lapides et pulvis extra oppidum proicietur in locum immundum.

De purificatione leprosi.

Quod si leprosus mundabatur: revocabatur ad communem habitationem. sic. Veniebat usque ad introitum castrorum vel oppidi. habens secum duos passeres vivos. quibus licitum erat vesci. lignumque cedrinum et ysopum et vermiculum. filum scilicet coccineum et aquas viventes in vase fictili et occurrens ei sacerdos. immolabat passerem unum. stillans sanguinem super aquas. alium quoque vivum ligans filo coccineo cum ysopo in summitate ligni cedrini. qui faciens aspersorium tingebat illud in aquis rubricatis. aspergens hominem septies. dimittebatque passerem vivum avolare in agrum. Cumque lavisset homo vestimenta sua: radebat omnes pilos corporis et lotus aqua ingrediebatur castra. ita dumtaxat ut maneret extra tabernaculum vii. diebus. Iterumque die vii. rasis omnibus pilis corporis et supercilii. lotisque vestibus et corpore. die viii. tollebat duos agnos inmaculatos. et ovem anniculam et iii. decimas simile conspersae oleo et olei sextarium: offerebat omnia ad ostium tabernaculi. Et sacerdos immolabat agnum unum pro delicto et sumens de sanguine. ponebat super extremum auricule dextre hominis et super pollices manus dextre et pedis et de olei sextario mittens in manum sinistram et tingens pollicem dextrum in eo aspergebat septies contra tabernaculum. Reliquum olei quod erat in sinistra: fundebat super extremum auricule dextre hominis et super pollices manus et pedis dextri. et super sanguinem quem prius infuderat et super caput eius et rogabat sacerdos pro eo faciens aliquam specialem orationem institutam ad hoc et faciebat postea sacrificium pro peccato. et postea immolabat holocaustum cum libaminibus suis. ponens illud in altari. Nota. quod hic ipse distinguitur sacrificium pro delicto. cuius sanguine linitur homo et sacrificium pro peccato: de quo ei nichil factum est. Unde et moyses dixit hic. qui distinguens: ita pro tunc ad sacerdotem hostiam pro delicto. sicut et pro peccato. Cum autem distinxisset agnum pro delicto. nec distinxit quod aliorum pro peccato et quod holocaustum fieret: innuit in arbitrio esse sacerdotis. de agno et ove. ut alterum pro peccato. alterum holocaustum faceret quod vellet.

Q(uo)d si manus ei(us) hoc invenire n(on) posset: agn(um) t(antu)m p(ro) delicto (et) olei sextarium n(on) minuebatur. q(uia) ex eis purificabat(ur) ho(mo). ut p(rius). s(ed) p(ro) ove (et) agno reliquo offerebat par turturum. aut duos pullos columbar(um). quor(um) un(us) p(ro) pecc(at)o. alter in holocaustu(m) fiebat (et) decima(m) simile oleat in sacrificium. De viro s(er)m(on)atico.

Cap(itulum) 15

Deinceps ad (et) mulierem emoroissa. Didicit d(omi)n(u)s de viro paciente fluxu(m) seminis. Q(uo)d et indicat(ur) huic vicio subiacet: si p(ro)monita adheserit carni (et) ad (con)t(ra)rium fedus humor seminis. q(uo)d licet nolens effundit: ex corruptione. Talis immundus: immundum reddebat q(uo)d tangebat. lectu(m) suum. veste(m) suam. sedem. (et) sagma sup(er) q(uo)d sedebat. i(d est) straturam asini. vas fictile q(uo)d tangebat frangebat(ur). ligneu(m) lavabatur. Q(ui) tangebat lectu(m) eius. veste(m). aut sedem. l(ic)et sup(er) que(m) ip(s)e saliva(m) iaciebat. lavabat vestimenta sua (et) erat i(m)mundus usq(ue) ad vesp(er)um. Cum au(tem) sanat(us) fuerat. nu(m)abat .vii. dies p(ost) emundatione(m) sui (et) lotis vestib(us) et corpe in aquis viventib(us). mundus erat. Die au(tem) octavo. offerebat par turturu(m). aut duos pul. co. Et faciebat sac(er)dos alt(eru)m p(ro) pecc(at)o (et) alt(eru)m in holocaustu(m). Ead(em) lex erat immundicie: et purificationis de muliere paciente fluxum sanguinis ex morbo. Similit(er) eide(m) i(m)mundicie. erat mulier menstruata: s(ed) n(on) purificabat(ur) sollenniter. Sufficiebat ea(m) cum vestib(us) ablui. Morbide eni(m) immundicie: p(ro) pecc(at)o solent accidere (et) id(e)o p(ro) eis (et) p(ro) pecc(at)o. salutare offerebat(ur): (et) n(on) p(ro) menstruo. q(uia) naturale e(st). Et nota q(uod) accedentem ad m(en)struata(m). dicit hic immundu(m) septe(m) dieb(us). (et) purificatione(m) ei (con)cedit. q(uo)d de ignoranter accedente intelligendu(m) e(st): in infra [illegible] utr(um)q(ue) p(er)imendu(m) dicit. Q(uo)d d(ic)it(ur)

e(st). si fiat ex industria. Nec mirum e(st) q(uia) (et) legitime cognoscente(m) uxore(m). voluit d(omi)n(u)s lavare vestem (et) omne corp(us). (et) e(ss)e immundum usq(ue) ad vesp(er)um (et) de uxore: eodem m(od)o. De vitula rufa (et) hirco apopompeo: (et) locis ubi s(an)ctus e(st) (et) cinerib(us) asp(er)sionis.

Cap(itulum) 16

Dixit d(omi)n(u)s ad moysen. Loquere ad aaron. ne o(mn)i tempore ingrediat(ur) s(an)ctuariu(m) q(uo)d e(st) int(ra) velum. ne moriat(ur). q(uia) in nube apparebo sup(er) oraculu(m): nisi fecerit h(ec) que sequitur. Non intelligendu(m). ut quotiens vellet intrare. faceret hec (et) intraret: s(ed) t(antu)m decima die septembris p(ost) t(ame)n intratur. hec facere. Hec dies sollennis erat in isr(ae)l (et) dicebat(ur) p(ro)piciationis. p(ro)pt(er) causam p(re)dicta(m). vel q(uia) agebatur ea die ieiunium expiationis. sic dies iovis s(an)cta. q(uia) s(ecundu)m extrema (con)ficit(ur): et p(ro) pecc(at)is to(tius) anni o(mn)ib(us) ut ignoratis: ea die fiebat oblatio. Dicebat(ur) etiam afflictionis. q(ui)a eo die ho(m)i(n)es ieiunabant (et) munita (et) p(ro)p(ter) septennes (et) agebat(ur) ea die memoria mortuor(um). dicebat(ur) etiam dies expiationis. q(uia) ea die purificabat(ur) totum tab(er)naculu(m) (et) altaria p(er) sanguinis effusione(m). a contagiis q(ue) contraxerant p(er) annu(m) ex pecc(at)is ministrantium. Eade(m) die tollebat su(m)m(us) sac(er)dos de p(o)p(u)lo. vitulam rufam. trima(m). i(m)maculata(m): que n(on) traxerat iugu(m). Nec turbet eu(m). si q(ua)n(do)q(ue) vitulus no(m)i(n)at(ur). q(uia) in feminino g(e)n(er)e t(ame)n intelligendu(m) e(st). q(uia) p(ro) pecc(at)is fragilitatis offerebat(ur). sumebatq(ue) ab univ(er)sa multitudine. ii. os hyrcos p(ro) pecc(at)o (et) ariete(m) unu(m) in holocaustu(m). Cumq(ue) lavat se: induebat(ur) lineis t(antu)m. s(e)c(un)d(u)m ritum minor(um) sac(er)doru(m). oblatisq(ue) a(n)i(m)alib(us). factaq(ue) orone p(ro)p(ri)a p(ro) se (et) domo sua. statuebat duos hircos in ostio tab(ernaculi). mittebatq(ue) sortem sup(er) utr(um)q(ue). qua sciret(ur). q(ui)s d(omi)no (et) q(ui)s p(o)p(u)lo fieret. Nec e(st) credendu(m) quib(us)da(m) qui dixerunt id(e)o mitti sortes ut sciretur quis

domino immolandus esset. et quis diabolo. mittendus ei in solitudinem cum peccatis. Lex enim immolare non deo: non admittit. Sane cui sors eveniebat domino: offerebat illum pro peccato populi. Et forte hoc dicebatur propitiatorie pro peccato. cuius sors exibat populo reservabat viventem. Immolabatque vitulam pro peccato suo et domus sue. Tollebatque de sanguine hirci et vitule et thuribulum plenum prunis. manumque tollens thimiamatis. intrabat ultra velum. ignique imponebat thimiamatis. ut nebula et vapor operiret oraculum. ne forte visa maiestate domini moreretur. aspergebatque septies digito de sanguine coram propitiatorio ad orientem. Eodem numero etiam aspergebat pavimentum. simili quoque aspersione septena: expiabat sanctuarium exterius et pavimentum. fundebatque de eodem sanguine super cornua altaris aurei et aspergebat illud septies digito expians ita totum tabernaculum et altare: ab immundiciis filiorum israel. et a cunctis prevaricationibus eorum. id est a contagio quod contraxerat. positum in medio peccatorum. nullusque erat cum eo in tabernaculo. cum ipsum expiabat. In quem modum etiam semel in anno lavamus altaria vino. Et nota quod hic legitur sacerdotem egredi de oraculo ad altare et sic patet quod erat extra. Et potest dici eum egressum ad altare coram tabernaculo. cum dicatur hic ad altare quod est coram domino. Post hanc expiationem egrediebatur sacerdos ad hircum viventem. ponensque utramque manum super caput eius. confitebatur generaliter omnes iniquitates filiorum israel et imprecans eas capiti eius ponebat. et ut tradunt quidam cartam inscriptam peccatis populi super caput eius. mittebat eum in desertum per hominem ad hoc paratum. id est succinctum et expeditum. Hebrei tamen tradunt

quorundam parvulis tribualiter ad hoc paratum medicinaliter eius splene subtracta. ut sic expiatus esset populus a peccatis illius anni. que per ignorantiam vel fragilitatem contraxerat. quos secum ferebat hircus. Qui quia emittebatur. non rediturus: a pompeio grece dicebatur. latine emissarius. Cum autem deduxerat aaron hominem cum hirco extra castra: rediebat ad tabernaculum testimonii. depositisque vestibus lineis in quibus expiaverat sanctuarium et emiserat hircum. lavabat carnem suam in loco sancto et induebatur vestibus suis. scilicet pontificalibus et preciosis. et offerebat arietem in holocaustum et adipes vitule et hirci pro peccato. renesque cum renunculis. In hunc modum pontifex evangelicus in aspersione basilice. quam dedicat et in expiatione. lineis et minoribus utitur indumentis et in sabbato baptismali. in consecratione fontium et immersione cathecuminorum. cum scilicet transferuntur peccata eorum similibus utitur indumentis. Cum autem his peractis ad administrationem accedit altaris: preciosis et pontificalibus vestibus infulatur. Vitulum autem et hircum de quorum sanguine facta est expiatio: ferebant extra castra. et comburebant igni. tam pelles quam carnes eorum et fimum. proiciebatque sacerdos in ignem quo illa comburebat. mutatis prius vestibus et resumptis propriis. lignum cedrinum. ysopum et coccum bistinctum. que hec in purificationibus valebant et tunc rediens lotis vestibus et carne sua. ingrediebatur castra. et immundus erat usque ad vesperam. Sed et ille sacerdos qui remanebat ad ignem ut consumi faceret omnia usque ad cinerem. non nisi lotis vestibus et corpore castra intrabat. Hic patet quod plures erant et immundus erat usque ad vesperam. scilicet et tertius sacerdos qui colligebat cineres reser-van-

dos ad aquam aspersionis. Si non locus intra-
bat castra, et immundus erat usque ad vesperam.
Ex his cineribus fiebat aqua aspersionis. qua
per totum annum purificabantur immundi.
Verum difficile est invenire. cum hii cineres fierent
ad purificandos immundos. cur illi qui eam
tractabant ut dictum est immundi erant.
cum etiam dominus hoc sacramentum. religionem
victime appellet. Sed et qui caprum dimise-
rat in desertum similiter immundus. de quo tamen
facile est invenire rationem. Et est verisimile.
hos cineres factos annuatim. ut vix sit estima.
Quidam tamen hebrei dicunt eos valuisse et durasse
se per plures annos: nec factos nisi cum deficiebant.

De purificatione immundorum.

His cineribus purificabantur immundi:
in hunc modum. Si quis tangebat
cadaver hominis mortui in tabernaculo vel in a-
gro occisi. vel per se mortui ~~in tabernaculo~~
~~vel in agro occisi. vel per se mortui~~. vel sepul-
crum eius. immundus erat .vii. diebus. taberna-
culum in quo mortuus est homo et universa
que ibi erant vasa. immunda erant.
.vii. diebus. tollebatque vir mundus cineres
combustionis. mittensque super eos aquas
vivas. tingebat ex eis ysopum et asperge-
bat ex eo die tertio et septimo. tentorium
et omnem supellectilem et homines huiusmodi
contagione pollutos et lotis vestibus et cor-
pore mundi erant. Si die tercio non fuerat
aspersus. immundus: die .vii. non mundaba-
tur. Si quis autem sic non expiabatur: peribat
de medio ecclesie. quia polluebat sanctuarium.
id est anima eius peribat de israel. quia peccabat:
et arcebatur ab ingressu loci sancti. Sed et ille
qui purificabat immundum aqua huius-
modi: quia tetigerat cineres. lavabat vesti-
menta sua et immundus erat usque ad vesperam.
De immunditiis quibus immundus erat homo
per diem tantum. ut propter illusionem nocturnam.
vel quia dormierat cum uxore: non credimus
hominem his cineribus expiatum. Sed ad minus de
immunditia .vii. dierum. quia die tercio et septimo
legitur facienda expiatio talis. De expiationibus
que fiebant cum muneribus oblatis. ut supra
de leproso dictum est et de viro spermatico et mu-
liere sanguinaria. quia legitur eos numerare
septem dies et octava purificari. credimus die
tercio et septimo his aquis expiatos.

De personis exclusis a matrimonio.

Tradidit etiam dominus filiis israel multitudi-
nem preceptorum. recapitulando predicta
et superaddendo nova. de quibus non nulla per-
stringimus que ad intelligentiam lectionis
sacre scripture sunt necessaria. Sane prohibuit dominus.
ne homo ad domesticam sue carnis accederet.
nec revelaret turpitudinem eius. id est disco-
operiret et intraret pudenda ipsius. In primo-
ri quidem parentum coniugio. propter homi-
num raritatem. solum duas personas exclu-
sit dominus a coniugio. dicens. propter hoc homo
relinquet patrem et matrem. id est nec filius
matri: nec patri filia copulabitur. Sub
lege vero: plures excepit que sunt fere .xii. Mater.
noverca. soror. neptis. amita. matertera.
uxor patrui. nurus. uxor fratris. Sed hec determi-
natione recipe. privigna. filia privigne.
vel privigni. soror uxoris. Paucas tamen exclu-
sit. ut multiplicarentur homines: et replerent
terram. In gratia: plures excluduntur. ubi con-
tinentia locum habet. Et est hec prohibitio coniu-
gii. a fornicatione enim: omnis mulier ex-
cluditur.

Cathalogus quorundam preceptorum.

Coitum quoque cum masculo et iumento sub
interminatione mortis prohibuit.
nec etiam colligerent spicas et racemos re-
manentes. nec grana decidentia. sed re-
linquerent ea pauperibus terre. nec opus mer-

cennarii retinẽ usq; mane. nec accipe ꝑ
sonas. diligi amicũ suum sicut se ipm̃ ꝑce
pit. ut lxx. ꝑximũ ponunt. somnia. au
guria. diuinationes. obseruari ꝓhibu
it. nec agrum seri diũso semine. nec iu
mẽta diũsi gnũs coire. nec ueste ex duob;
texta indui. nec comã in rotundũ tondi.
nec barbam radi. nec carnes suas sup
mortuo incidi. nec figuras aliq̃s. aut
stigmata in carne sua fieri. cũ q̃b; 7 si
milib; ad litterã sub intelligendum ẽ.
scd̃m ritũ gentiũ. 7 maxime egyptior.
cum q̃b; habitauant. Nam 7 dd̃ mu
lã legit̃ h̃uisse. sup quã posit̃ ẽ salo
mon. 7 delat̃ ad fontẽ gyon ad ungũ
dum. Sz egyptus omĩ genum uenerans
monstra deor: in honore diũsor deorũ
quos putabat talib; ꝑ esse. diũsa semina.
in ag̃. diũsas materias in ueste sociabat.
diũsos etiam ciuinos captas. diũsis diis
sacrabat. Unde 7 in ꝑncipio hor precepto
rum: dixit dñs. Juxta ꝯsuetudinẽ terre
egypti. in qua habitastis: n̄ facietis. Jux
ta morẽ regionis. ad quã introducam
uos: n̄ agetis. Addit 7 speciale ꝑceptũ.
cum intrarent trã ꝓmissionis. ut aufer
rent ꝑputia arbor quas plantarent. q̃d
q̃i exponens: subdit. Poma q̃ gminant:
imunda erũt uobis. Hoc tñ: n̄ est in he
breo. Et uidet̃ uelle. q̃d fruct̃ ꝑmor triũ
annor imundus ẽẽt 7 abiciend̃. fruct̃
q̃rti anni. scs dño et ꝯmunis paupib;:
sed in anno q̃nto de incepis. dñi sui essent
7 esibiles. **De trib; generib; panũ.**

Ad euidentiã quoq; eor **panum.**
que hic in leuitico tradunt̃. sciẽ
dum ẽ sacerdotes h̃uisse tria gña panũ.
panes. s. sacerdotales. leuiticos. laicos. Sa
cerdotales erant. panes ꝓpositionis. q̃

de publico sumptu fiebant. q̃s n̄ licebat
edere. n̄ solis sacerdotib;. Panes leuitici
qui et offertorii: q̃b; soli de gñe leui ues
cebantur. 7 qui ꝓpter maculam n̄ poterant
ministrare. 7 filia familias. s; n̄ uxora
ta. ut uidua. l' repudiata. n̄ necẽitate
rediret ad domum p̃ris. ut ẽẽt q̃si filia
familias. His n̄ uescebatur. aduena. in
quilin̄. mercennari sacerdotis. Verna tñ.
ul' empticius ipsius: uesci poterat. Laici. i.
cões: quib; quicũq; poterat uesci. **De sc̃imonia sacerdotum.**

De scimonia
quoq; sacerdotum agens dñs. ꝑus
de minorib; sacerdotib; tradidit. ne con
taminarentur in mortib; ciuiũ suor.
nec 7 ꝑncipis ꝑp̃. n̄ tñ sup patre 7 ma
tre 7 filio et filia. frẽ 7 sorore uirgine:
ne. s. lauarent. l' sepelirent. ul' plangẽ
do tangerent mortuos alios. Nec tñ
aliis ꝓhibitas eis introducere uxores. s; nec
h̃re concubinas. nec in uxorẽ ducere
scortũ. nec ancillã. nec captiuã. nec ui
duam. aut repudiatã. nec eas que de
cauponib; pandocib;. i. apothecis uena
lib; uitam agunt. Pontificẽ u̇ ad nul
lum omĩno mortuũ ingredi uoluit.
Unde 7 dñs papa nullis ex sequiis interẽẽ
dt̃. nec uxorem ducere. n̄ ũginem 7 tñ
de ꝑp̃lo suo. Sz nec parrochia dñi pape
muros urbis excedit. In cõmune u̇ ꝑce
pit. ne sacerdos in dieb; uicis sue. cũ mi
nistrare deberet. uinũ biberet. aut omẽ
q̃d inebriare potest. ut sciret discernẽ
int̃ scm̃ et ꝓphanum. mundũ 7 im
mundũ. 7 doceret filios isrl' legitima q̃
locut̃ erat dñs. 7 ne sacerdos dũ q̃nq; im
mundus ẽẽt accederet etiã ad tangenda
ea. que offerebant filii isrl'. Patet. si
sacerdos euangelic̃ cotidie ministrat.

assiduam debet habere munditiam. Addidit quoque dominus de sollempnitatibus legalibus. Sed quia plenius de eis in numeris diffinitur: et nos ibi de eis prosequemur. **De pena blasphemi.**

Ecce autem egressus filius mulieris israelite quem pepererat de viro egiptio. iurgatus cum viro israelita blasphemavit nomen domini israel: maledicens ei. Quem moyses reclusit in carcere: donec super hoc consuluisset dominum. Qui ait ad moysen. Qui maledixerit deo suo: omnes qui audierint manum ponent super caput eius. quasi contra ipsum testificantes. et eductum extra castra lapidabit eum omnis multitudo. sive civis fuerit. sive advena. **De talione legis.**

Subintulit quoque dominus de talione. ut qui lederet hominem. in eum modum lederetur. quo leserat eum. ut scilicet redderet animam pro anima. oculum pro oculo. dentem pro dente. fracturam pro fractura. livorem pro livore. adustionem pro adustione.

Nota quod talio non erat in iniuriis rerum. sed tantum in lesione corporum. quod furta restituebantur in duplum. vel quadruplum. determinabatque talio pro necessitate. ut ledens virum. mulier in virilibus puniebatur manu. quia virilia non habet. et vir ledens pregnantem. ut faceret abortivum nondum animatum: multabatur pecunia. Incertum est autem utrum talio extenderetur usque ad iudicem. vel circa iniuriatum tantum haberet locum. quod non iniuriatus sine iudice posset ulcisci: forte non potest haberi. quod ad civitatem refugii. fugiebat homicida non volens: ne interficeretur a proximis occisi. **De observantia iubelei.**

Addidit etiam dominus de observatione iubelei: quasi septimana nam ebdomadarum annorum sequebatur. Ad cuius prisignationem. vii. annis precedentibus ut tradunt quidam. in singulis neomeniis clangebant tubis. et vii. diebus continuis ante ipsum sollempnizabant clangentes tubis. In libro tamen legis. quod clangent tubis mense vii. decima die. in universa terra. In hoc anno. omnes distractiones rerum. ad pristinos redibant possessores. preter domos que erant in urbibus muratis. quas tantum in primo anno venditionis venditori redimere licebat. exceptis domibus levitarum. que in quocumque essent loco: in iubeleo redibant. Eodem anno: requiescebat terra. debita remittebantur. Eodem anno: liberi servi dimittebantur. Nam licet essent contribules: tamen eos voluit dominus servitutis severitate castigare. Propter transgressiones legum. Iosephus dicit. quod in iubileo conveniebant venditor agri et emptor. et reputantes fructus et expensas in agrum factas. fructibus exsuperasse computatis. venditor recipiebat agrum. Si vero expense transcendebant: hoc quod deerat recipiebat emptor. et a possessione discedebat. Hanc computationem tamen fieri infra annum iubeleum. nedum in ipso. si venditor postea vellet revocare quod vendidit: littera levitici velle videtur. cum iuxta numerum annorum usque ad iubeleum. maiori minorive pretio iubeat agrum vendi. ne venditor gravaretur. si modico venderet. et plurimi anni super essent. usque dum reciperet quod vendiderat. et ne gravaretur emptor. si multo emeret quod in proximo amissurus erat. Determinata quoque reputatione fructuum et expensarum infra iubeleum. addit. quod si venditor quod super erit expensarum reddere non potest: habebit emptor agrum ad iubeleum usque. In ipso enim omnis venditio ad pristinum redibat possessorem. Terram autem sic voluit dominus vendi ab eis sub conditione recipiendi: quod sua erat et non ipsorum. Alienigenas tamen servos voluit eos in perpe-

uium possidete. **De benedictionibus et maledictionibus.**

Talium preceptorum observatoribus promisit dominus benedictiones suas: dicens. Dabo vobis pluvias temporibus suis etc. usque xx. clausule promissionum inveniuntur. Transgressoribus vero longe plures ingeminat maledictiones. **De decimis et de decimatione animalium. quod votivis.**

Decimum veniebat nascendo vel numerando. sanctificabatur domino. nec mutari ~~domino nec~~ mutari licebat in melius vel deterius. Similiter animal quod vovebatur domino non licebat immutari. Si quis quod voverat immutaret: et votivum et immutatum erat domini. Sed distinguendum est de huiusmodi votis. Aliquando enim sic ex voto aliquid sanctificabatur domino. quod anathematizabatur. illud non poterat vendi a sacerdotibus. vel alienari. Quandoque vero non sic obligabantur votiva. sed poterant a sacerdotibus vendi. determinato scilicet precio. secundum utilitatem que ex his poterat provenire. sive esset animal. sive fundus. quicumque voto dederat: si volebat illud emere super estimationem per qua alius daretur. addebat quintam eius partem. Quod ideo statutum est: ne qui voverat ad recipiendum quod voverat aspiraret. quasi penitentia ductus. ne et digniorem se aliis putaret in emptione eiusdem rei: quia eam dederat. **Hystoria numerorum.**



Quarta hystorie distinctio: dicitur vegedaber hebraice. quod sonat: et locutus est. apud nostros: et non habetur. Nomen grecum non habens in scripturis. Nam grece arethmoth dicitur. latinum: est liber numeri. vel numerorum. Vel dicitur quandoque numeri: pluraliter. Unde et dici solet. legitur hoc in numeris. Merito autem hoc nomine censetur. quia ter hic principaliter numeratur. scilicet de omni populo. viri apti ad arma ferenda. Primogeniti. Levite. qui etiam bis numerantur. mansiones post quas profecti sunt. sed nec mulieres. nec minores viginti annorum. nec vulgus permixtum. nec debiles ad bella: numerantur. Ad hanc partem hystorie: sicut visum est Iosepho. dictam constitutionem legum. dum sub Syna morarentur. a deo cognovit. et hebreis scripta contradidit. Sed quia circa legislationem hoc sufficere putaret: ad exercitum militaris iura conversus est. Et numeravit preliorum capita pugnare valentium. Moyses dicit super hoc dominum et locutum fuisse: dicens. Locutus est dominus ad Moysen in deserto Synai in tabernaculo federis. prima die mensis secundi. anno secundo egressionis ex Egypto. Et nota quod pretermittit hic quedam. que facta fuerunt in primo mense anni secundi. scilicet oblationem xii. principum. quam fecerunt singulis diebus in dedicatione tabernaculi et sollennitatem phase. que proprio nomine dicitur pascha in deserto: et forte de sanctificatione levitarum. De his tamen infra aget: per recapitulationem.

Prior virorum numeratio.

Prosequentes igitur ordinem libri. dicimus quod Moyses et Aaron et duodecim principes tribuum. ex precepto domini anno secundo. mense secundo. die prima mensis. numeraverunt viros preter tribum Levi. a vicesimo anno et supra. Iosephus certum terminum ponit. scilicet usque ad quinquagesimum annum. Et numeravit per generationes et familias et domos et nomina et capita singulorum. Hoc autem quandoque ad inculcationem tamen quidam posita videtur. et hic et in Iosue. Sed congrue distingui possunt. Generationes vel cognationes vocat hic tribus ipsas. xii. familias: quas

ex ipsis filiis patriarcharum primo descenderunt. Exempli gratia. In una tribu levi fuerunt .iii. familie. Caathite. Gersonite. Merarite. Una queque familia habebat multas domos. In quibus ipsi patresfamilias erant. Quod additur. nomina et capita: intransitive legendum est. id est capitum nomina. scilicet singuli homines in eadem domo. Fuerunt autem in summa: sexcenta tria milia quingenti quinquaginta. De excubiis circa tabernaculum.

Precepit et dominus. ut semper poneretur tabernaculum in medio castrorum et filii israel per gyrum excubarent per turmas et cuneos. quod pro eodem hic accipitur. Turma enim proprie .xxx. militum est et dicitur cuneus. quasi coniunctus. scilicet multitudo. Excubare est: hic large accipitur. Excubie enim proprie diei: vigilie noctis. et nec tibi per .iiii. partes tabernaculi ita tentoria: ut maxima in medio plateas haberent. eratque ornatus quasi fori rerum venalium. singulis in ordine constitutis. Opifices etiam artium in stationibus suis erant. ita ut urbi competenter edificate castra eorum simillima viderentur. Judas itaque ysacar et zabulon: castra metabantur ad orientem. Ruben. symeon et gad: ad meridiem. Effraim. beniamin et manasses: ad occidentem. Dan. aser. et neptalim: ad aquilonem. Inter tabernaculum vero et castra. excubabant levite in tabernaculis suis: propinquiores tabernaculo quam castris. Et excubabant similiter: per .iiii. plagas. Moyses et aaron cum suis: ad orientem. Reliqui ab his: caathite ad meridiem: sub custodia eleazar filii aaron. Gersonite ad occidentem. merarite ad septentrionem: et erant utrique sub custodia ythamar. De commutatione primogenitorum. .ca.

Separavit sibi dominus tribum levi pro primogenitis que tunc habebant et iumenta levitarum pro primogenitis iumentorum. quasi commutationem faciens cum populo. Primogenita enim omnia specialiter tunc erant sua. quia cum occideret primogenita egypti. pepercit primogenitis eorum. reservans eas sibi. Deinceps tamen post templum ipsum omnia primogenita eorum sanctificavit sibi in perpetuum et maxime quia primitie quorum liber fructuum debentur domino. Pro his ergo primogenitis que tunc habebant. tulit sibi tribum levi et populus primogenita illa habuit pro levitis et iumenta eorum et ne duodenarius numerus tribuum minueretur. tribum manasse quasi pro levitis instituit. Ephraim vero pro ioseph. Ne autem minor aut maior videretur numerus levitarum. quam primogenitorum. et ita iniqua esset commutatio: ait dominus ad moysen. Numera filios levi. masculos ab uno mense: ~~et mense~~ et supra. Et cum numerati essent: inventi sunt viginti duo milia. Nota tamen quod si diligenter attendas in libro numerorum numerum eorum per familias: invenies .xxii. milia et trecentos. Dicunt hebrei quia trecenti in eis erant primogeniti: et ita iam erant domini. Item ait dominus ad moysen. Numera primogenitos masculos a mense uno et supra. et inventi sunt .xxii. milia .cc.lxxiii. Tulit autem moyses in precio ducentorum septuaginta trium qui superant. per singula capita .v. siclos. ad mensuram sanctuarii: et dedit eos aaron et filiis suis. iuxta verbum domini. De etate ministrantium in tabernaculo: et de differentia ministrorum. .ca.

Iterumque ait dominus ad moysen. Numera levitas a tricesimo anno usque ad quinquagesimum: ut serviant in [illegible] in duobus. In tabernaculo portando et collocando: emeriti observando. Et cum numerati essent: inventi sunt .viii. milia quingenti octoginta. LXX. tamen dicit a .xxv. anno. Quem numerum annorum in ordinatione sacerdotum: nos observamus. Isti deferebant

tabernaculum in hunc modum. Quia non licebat ea que e-
rant ultra velum nuda videri. Primo intra-
bant sacerdotes et involvebant archam. propiti-
atorium et cherubin. prius velo quod ante appen-
debat. et postea pallio iacinctino. Etiam cande-
labrum altare aureum et mensam. cum utensili-
bus suis: palliis involvebant. Tunc intrantes
caathite. propriis humeris omnia hec involuta de-
ferebant. Similiter et altare holocausti cum
utensilibus suis. ut quibusdam videtur. Gerson-
ite ut breviter dicamus. deponentes tectum ta-
bernaculi. mollia ferebant in curribus: scilicet cor-
tinas. saga. pelles rubricatas et iacinctinas.
tentorium quod erat ante tabernaculum. cortinas
atrii et funes et vasa ministerii. que ad al-
tare eneum pertinebant. De altari holocau-
sti tacet: a quo ferebatur. Post dicit. quia va-
sa eius ferebant gersonite: ut in libro habetur.
Ipsum altare: caathite propriis humeris. Me-
rarite. ut breviter dicamus. omnia tabernaculi et atrii
que dura erant. tabulas. bases. vectes. co-
lumpnas. paxillos: et ferebant ea cur-
ribus. Emeriti levite non serviebant sicut in
opere: sed posito tabernaculo sedebant custo-
des. **De quinta in reddendi rem alienam.**

Tunc precepit dominus eici per manus sacerdo-
tum a castris leprosos et semine fluen-
tes. Et factum est ita. Addidit quoque de red-
ditione rei aliene: ut fieret cum quinta ca-
pitis. Sed quia in exodo videtur dici contrarium
scilicet ut in quadruplum redderetur: ideo huc usque
distulimus. ut hic solveremus. Et dicimus quia
aliene rei possessio aliquando fiebat ex in-
dustria. furto vel rapina. aliquando per negli-
gentiam. aliquando per ignorantiam. De re sub-
lata scienter: in exodo dicitur. quod restituatur
in quadruplum. si perierat res. Quod si extabat:
in duplum. Sed ibi legis .v. boves pro uno:
alia translatio est. secundum quosdam et quod in quadru-
plum veri dicatur: ex libro zachei probatur. De
sublata per ignorantiam: agitur hic. ut reddatur
caput et quinta pars desuper. Vel de re furtiva
si penitens latet et fur penitens sponte confitetur et red-
dit. Si vero non esset qui reciperet: redderetur domino et
esset sacerdotis. Pro peccato vero furti vel negligentie.
fiebat aliqua oblatio secundum quantitatem rei. Iosephus
dicit. aurum et argentum reddi in duplum. iu-
mentum in quadruplum. solum bovem in quintu-
plum. quia quanto possidetur certius utilius. tanto
amittitur damnosius. **De iudicio zelotipie.**

Addidit quoque dominus de
lege zelotipie. Zelus proprie dicitur amor
viri in uxorem: pro quo sustinere non potest ut
alii misceatur. Unde vir dicitur zelotes. Zelotipi-
a vero quandoque dicitur mechia: et zelotipus adulter.
Solet quoque zelotipia dici. sola suspitio ad-
ulterii: de qua legitur hic in hunc modum. Si spiritus
zelotipie concitaverit virum contra uxorem suam
que polluta est. sed probari non potest. vel que falsa
suspitione appetitur: adducet eam ad sacerdo-
tem et offeret pro ea assarium farine ordeacee.
quod est decima pars sati. Non fundet oleum:
nec thus imponet. Sacerdos autem statuet
eam coram domino et ponet in manibus eius in va-
se fictili aquas vivas et oblationem farine. Pu-
gillum eius incendet super altare et mittet
in aquam paxillum pulveris de pavimento taberna-
culi et nudabit caput eius. scribetque in mem-
brano ut dicit Iosephus. dei vocabulum. facietque
eam iurare. quod nichil nocuit viro suo
in his que sibi obiciuntur. Quod si hoc viro
non sufficeret: subdet sacerdos maledictio-
nes. etiam scriptas in membrano et dicet.
Si polluta non es. deserto viri thoro: non te
nocebunt aque iste amarissime. Si autem
declinasti a viro: ingrediantur aque ma-
ledicte ventrem tuum et ipsum tumescere fac-
iant et putrescat femur tuum dextrum. Et dicet

mulier: amen amen. Et delebit sacerdos omne membranum scripturam in aquis: et dabit ei bibere. et tunc tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotipie: et elevabit illud coram domino. et ponet super altare. Quod si rea erit adulterii mulier. putrescet femur eius et uterus tumebit in ydropisim: non tamen statim. sed usque ad decem menses. Quod si polluta non erit: innoxia ei erit aqua. immo sepe concipiet et pariet masculinum se decimo. Hee aque dicebantur sanctificate propter nomen domini dilutum in eis. et dicebantur maledicte propter maledicta congesta in eis. et amarissime propter effectum qui quandoque sequebatur. Hec autem lex introducta fuit ad duriciam cordis eorum: sicut permissus est libellus repudii. quia prompti erant ad effundendum sanguinem.

De sanctimonia nazareorum.

Locutus est dominus ad moysen: de lege nazareorum. Nazareus sonat sanctus vel florens vel germinans. Dicebantur enim nazarei: quidam qui ex voto obligabant se sanctimonie. usque ad determinatum tempus vel iugiter ut samuel et secernebant se domino et quasi separabantur a communi vita hominum. sicut quis modo per annum vel per duos ex voto servit in hospitali ierusalem. Sanctitatis eorum lex erat hec. Omni tempore separationis sue novacula non transibat super caput eius. Unde forte quidam pingunt apostolos et christum crinitos. non in re: sed pro sanctitate. Nichil quod inebriare poterat bibebat. non edebat aliquid quod esset ex vinea. ab uva passa usque ad acinum. ad nullum mortuum ingrediebatur. Quod si mortuus esset subito quispiam coram eo: polluebatur caput consecrationis eius. et illico radebat caput suum. et rursum die vii. Offerebatque par turturum aut duos pullos columbe. quorum unum sacerdos faciebat pro peccato. alterum in holocaustum. diesque quos fecerat. pro infectis erant. et novam sanctimoniam tamen incipiebat. Forte non pro quolibet mortuo. sed pro occiso coram eo: polluebatur. Completis autem diebus voti sui. offerebat agnum anniculum in holocaustum. Ovem anniculam pro peccato. arietem hostiam pacificam. Et nota. cum ita simpliciter ponitur aries: quod hebreus dicit ad minus duorum annorum eum debere esse. Canistrum quoque diversorum panum azimorum. exceptis his quos sponte offerebat: iuxta perfectionem sanctitatis sue. Que oblatio dicebatur corban. id est munus. et offerebat mulier triginta siclos si poterat. vir quinquaginta. Si autem ad arbitrium sacerdotis pauper offerebat. Cumque immolaverat hostias sacerdos: ritu suo radebat nazareus ad ostium tabernaculi. ponebatque sacerdos crines eius in ignem sacrificii. et sic ad communem hominum vitam redire poterat.

De benedictione

Cum locutus est dominus super po p l m.

Locutus est dominus ad moysen. Aaron et filiis eius. invocabunt nomen meum super filios israel: et ego benedicam eis. Invocabunt autem sic. Benedicat te dominus. et custodiat te. det tibi pacem. et ostendat tibi faciem suam.

De oblationibus xii. dierum cum esset in dedicatione tabernaculi.

Factum est autem in die qua unxit moyses tabernaculum et sanctificavit illud: obtulerunt xii. principes tributum in altaris strenatione. ut hebreus habet. sex plaustra tecta et xii. boves. singuli boves unum. et bini plaustrum unum. et data sunt duo plaustra gersonitis. ad ferenda onera eorum: de quatuor dicam unum: data sunt merariitis. Postea singuli singulis diebus obtulerunt vasa altari necessaria. xii. enim diebus sollennitas dedicationis protelata est. Prima die obtulit naason de tribu iuda acetabulum argenteum. cxxx. siclorum. Hebreus habet: scutellam. fialamque argenteam lxx. siclorum: utrumque plenum simila. In phiala thus ponebatur. Mortariolum quoque aureum x. siclorum: plenum incenso.

In hoc vase aromata terebantur. Hebreus
habet coclear: quo scilicet thus in thuribulo po-
nebatur. Bovem quoque et arietem et agnum anni-
culum in holocaustum. hyrcum pro peccato: et in sa-
crificio pacificorum. boves duos. arietes v. hir-
cos v. agnos anniculos v. Eiusdemmodi vasa.
et easdem hostias: obtulerunt alii principes.
quisque die sua. Et sic terminata est dedicatio:
xii. diebus. Patet per recapitulationem hoc dici.
Octavo enim die mensis primi. secundum quod littera
videtur sonare: inchoata est dedicatio. Septem
enim primis diebus eiusdem mensis: consecrati sunt sacerdo-
tes: et tabernaculum inunctum sed non dedicatum.
Si vero ita est: tunc consecratio sacerdotum et dedicatio
tabernaculi protelate sunt decem et viii. diebus. Itaque non
fecerunt phase eo anno tempore suo scilicet die.
xiiii. quod tamen preceptum fuit eis a domino. prima
die eiusdem anni. Ideo quidam dixerunt ut pre-
diximus. vii. dies consecrationis sacerdotum
fuisse terminales primi anni: et prima die secundi
tabernaculum unctum. xii. die finitam dedicationem:
xiiii. celebratum phase. Post tamen dicitur. hanc
oblationem xii. dierum factam secundo mense anni
secundi: nec per recapitulationem hic dici. Quod
vero legitur eadem die inchoatam. qua unctum est
tabernaculum: eadem dicitur per consimili: quia sicut vii.
die primi mensis unctum est tabernaculum. ita et viii.
die secundi mensis. inchoata est hec oblatio. Et sic
vii. primis diebus anni: tamen sacerdotes et tab-
naculum consecrata sunt. Plane potest dici quod
eadem die inchoata sunt unctio sacerdotum et tab-
naculi: et oblatio principum: et tunc terminate sunt per
vii. dies. Post quas secuta est oblatio v. diebus. et
xiiii. die consecrati sunt levite: et hoc totum ante phase

tamen lo- **De consecratione levitarum. v. c.**

cutus est dominus ad moysen. Tolle levitas de me-
dio filiorum israel: et sanctificabis eos. Itaque per
preceptum domini. levite primo aspersi aqua lustra-
tionis. rasisque omnibus pilis carnis sue. ut non
includantur capilli: lotis vestimentis et induti. Ste-
terunt coram domino ad ostium tabernaculi: convoca-
ta omni multitudine. Ponentesque manus
suas super eos filii israel. obtulerunt eos aaron.
munus domino. ut servirent in ministerio
eius. Obtuleruntque levite boves duos. quorum
alterum fecit aaron pro peccato. alterum in holocau-
stum: et sic separati sunt domino: a filiis israel. Ex-
inde habuerunt in usus suos: ea que domini erant.
De decimis enim vivebant: et his contenti
erant. Sacerdotum vero erant sacrificia pri-
mitie primogenita. vota. quibus omnibus ves-
cebantur cum domo sua. mundi tamen. preter
oblata pro peccato. que sacerdotes soli. peccata populi
manducabant. Nota. decimam decimarum
suarum dabant levite summo sacerdoti: et de me-
lioribus dabant. Ideo forte non habuerunt in terra. quod
et tamen melius eis cesserat. Et tamen duodecimam
partem bonorum terre haberent. non habebant de-
cimam. **De his qui non possent facere phase men-
se primo: ut faciant secundo.** c. ix.

Locutus est dominus ad moysen. Anno secundo.
mense primo. hic plane determinatur:
per recapitulationem hoc dici sicut et de levitis.
Faciant filii israel phase tempore suo. quarta-
decima die mensis huius. ad vesperam. Et fece-
runt phase. Erant autem quidam inmundi super
animam hominis. id est super hominem qui anima dicitur. cuius ca-
daver tetigerant. qui non poterant facere phase.
Et dixerunt ad moysen. Quare fraudamur. ne
valeamus offerre inter filios israel: forte in-
dignantes: quod talis immunditia. necessaria
est cuique. Et consuluit moyses super hoc dominum.
Cui respondit. Homo de gente vestra qui fuerit in-
mundus super anima hominis. sive in via
procul. faciat phase mense secundo. quartadeci-
ma die: omnem ritum phase observans.
Si vero sine huiusmodi causis tempore suo non fe-
cerit phase: exterminabitur anima eius de populis

suis. Peregrini quoque et advene si fuerint apud vos:
facient phase domini. Si queratur si tamen in mense
secundo propter immunditiam non posset facere phase.
quando faceret: potest dici quod tertio faceret. quia quod in
uno dictum est. similiter in aliis datur intelligi. Vel
forte si deinceps eo anno non faceret: non peccaret.

De tubis argenteis et modo clangendi in eis.

cap. x.

Iterum locutus est dominus ad moy. Fac tibi duas tubas
argenteas ductiles: quibus convocabis multitudinem.
Has tubas habebant in iiii. usus. Ad convocandam multitudinem. ad movenda castra. ad bella. ad festa. Et erat ut
dicit iosephus. tuba: fistula cantatoria prope
magnitudinem cubiti. calamo capatior.
proberis in principio latitudinem que conveniat ori. ad susceptionem spiritus. que hebraice
asora dicitur. In convocatione vero multitudinis:
aliqua erat diversitas. Ad convocandum
omnem populum: utraque simul clangebant
simpliciter. Ad convocandos solos principes:
semel clangebat. Quod dupliciter intelligitur:
id est una tantum. vel uno impulsu. Etiam ut addit iosephus. semel clangebant: si principes populum suum quisque in ecclesia sua convocare volebat. vel moyses populum per ecclesias. Ad castra
vero movenda non simpliciter. sed concise et per utramque
tubis clangebant. et in primo sonitu movebant castra tres tribus que erant ad orientem. In secundo: que ad meridiem. In tertio: que
ad occidentem. In quarto: que ad aquilonem. Modus vero clangendi in bellis non distinguitur: quia
forte sic apud alias nationes fiebat apud
eos. Quando etiam habebant sollenne epulum
et dies festos et kalendas: clangebant. Sed non est
determinatus modus. Sacerdotes autem: clangebant.

De recessu israel a monte synai.

Anno secundo. mense secundo.
Vicesima die mensis. elevata est nubes de tabernaculo federis: et profecti sunt de
monte domini via trium dierum. Dicunt hebrei. quod
archa precedebat eos tribus dietis. super quam nube
stante. qui ad certum locum conveniebant paratum. quidam citius. quidam tardius. Sed melius
est. ut de hoc taceatur tamen dicamus. quando egressi sunt de
synai et precessit eos nubes. nec quieverunt per tres
dies et noctes. unde statim murmuraverunt pre labore nimis. quia nec noctibus castra posuerant.
et tunc recubuit nubes in solitudine pharan. id est in prima mansione quam fecerunt in
pharan. Est enim pharan maxima solitudo:
quam modo sarraceni inhabitant. Cum ergo anno
primo mense tertio. prima die mensis venerint
ad montem domini et ab eodem egressi sunt anno secundo.
vicesima die mensis secundi: patet quod in hac
mansione. que est xii. fuit: sederunt fere per
annum. Et dicit iosephus. quia per annum et iiii. dies
ibi fuerunt. quod difficile est invenire: nisi forte
fuerit annus embolismalis. Potest tamen dici. quia eadem die qua
legem acceperant. revoluto
anno legitimo recesserunt.
Cum ergo venissent in kalendis iunii ad montem et quarto
die iunii legem accepissent:
si eadem die quarta revoluto anno recesserunt. patet quod quatuor diebus et
anno sederunt ad montem et
ita tertio mense anni legitimi. die quarta. recesserunt. Tamen
nichilominus verum est. quia secundo
mense secundi anni vicesima die egressi sunt. Tripliciter enim
accipiuntur anni ab eis: preter
naturalem. Annus usualis
a ianuario: que habent communem nobiscum in contractibus
suis. et negotiis omnibus agendis.

Impossibile est quod
per annum natalem
et iiii. dies ibi fuerint.
id est a die a pascha
sunt egressi: quia non
quam dies totus annus
in precedentibus et sequentibus.
quia anni numeravit pascha annuum et annotinum. Similiter
numquam est idem dies
id est. Non ergo ab ea die
qua lex data est revoluto anno numquam
sunt egressi. Sed cum venissent ad montem
prima luna iunii.
revolutis lunationibus usque ad primam iunii lunam.
quarta eiusdem luna sunt

.lxx.

egssi. que e qnquagesimo die. a qrtadecima luna aprilis.

dis. Quoto autem mense hui anni. quota die egssi sunt: non legitur. Est et apud eos annus legitimus: quo utuntur in legitimis qagunt. hui ut diximus tertio mense et die qrta egressi sunt. Est et apud eos: annus emgens. In memoriam enim liberationis sue ceperunt annos suos numare. ab exitu de egypto: sicut greci a prima olimpiade. romani ab urbe condita. xani ab incarnatione dni. Et hui anni secdo mense: uicesima die egressi sunt. Iam enim annus a phase usque in phase. uni transierat: et de scdo. s. a phase fluxerant qnquaginta dies. quo mensis unus xxx. dierum et scds iam fecerat dies xx. Hec autem annorum distinctio: in multis locis e necessaria. In hac mansione media pars exodi et tot leuitice et numerorum pcepta non modica. descripta sunt. Dixit autem moy socru obab. fratrem uxoris sue. q nouerat in quibus locis p desertum castra poni comode poterant. promittens ei de optimis que traderet eis dns. Sane cum eleuabatur archa. dicebat moy. Surge dne et dissipentur inimici tui et fu. q. o. te. a. fa. t. Cum deponeretur: aiebat. Reuertere dne ad multitudinem exercitus isrl. De elec

cione .lxx. seniorum. Ca. xi.

Factum est autem murmur ppli cc dnm. dolentis p labore. Et accensus ignis in ira dni. deuorauit extremam partem castrorum: illos. s. qui longe ret erant. Orauitque moy. ad dnm. et absortus est ignis. et uocatum nom loci illi incensio. Non fuit tn hoc nom mansionis. In eadem q; mansione uulgus pmiscuum qd ascendat cu eis. s. serui et ancille egyptii. et multi de isrl parite cum eis. flagrabant desiderio carnium. Carnium noie. non solas carnes. s; aliorum ciborum etiam habundantiam: intelligimus. Vn et in querela eorum. de carnibus legitur. cu dixerint.

Recordamur piscium quos comedebamus in egypto gratis: et in mentem uenerunt nobis cucumeres et pepones. porrique et cepe et allia. anima nra arida e: nichil uident oculi nri nisi manna. Audiuitque moy. pplm flentem. Et intolabilis res uisa e ei. qr et ab eo escas petebant. Et ait ad dnm. Cur imposuisti pondus ppli hui sup me: Numquid ego concepi et genui multitudinem omnem hanc: Obsecro. aut alter puideas: aut interficias me. Cui dns. Congrega mihi .lxx. uiros de senioribus isrl. qs meliores nosti ad ostium tab. et auferam de spu tuo. tradamque eis. ut sustentent tecum onus ppli. Et pplo dices. Cras dabo uobis carnes. usque ad mensem dierum. et usque ad nauseam. Et dr nausea large p uomitu. Pprie enim e uomitus ille: qui excitatur fetore sentine. Ablatio q dr spc moysi. et traditio aliis: non est intelligenda diuisio spc ei p partes. uel minutio: s; illuminatio aliorum ad regendum pplm p eundem spualem gram. p quam moy. illuminatus erat. sic de igne unius lucerne multe illuminantur sine sui diminutione. Electos itaque .lxx. uiros duxit moy. ad ostium tab. preter duos qui in castris remanserunt. non ex contemptu. s; qr se reputabant indignos. quorum uni uocabatur eldad. et alius meldad. et erant ut hebri dicunt

Iex. dic ex patre. non fris moy. ex matre. s; non ex matre: qr p legem ex patre. Descenditque dns p acceptam. amram nubem. et requieuit spc in eis mandante moy qui stabant cu moyse: et p se diuisit matrem phabant. Sz et duo q remanei. qr amita ei erat. serant in castris pphauerunt. et duxit aliam. de q nec p siluerunt: i. semp de suscepit hos duos. incepis uocati sunt pphe. Et re s; f b: uterino u erant. diit moy. cu ill ad cast. De datione

Venit uis g carnium et ira dni sup eos. egrediens a dno. arreptas trasmare in

in sua origine cotturnices detulit in castra per circuitum castrorum itinere diei unius. Volabantque a terra altitudine cubitorum duorum. Surgensque populus congregavit cotturnices duobus diebus et sic cavit castra. Qui parum decem choros habuit. Fuerunt hee cotturnices ut videtur non modice quam apud nos sunt, sed ille maiores que regie aves dicuntur. Quas curleos a currendo vocant. Adhuc deerat cibus: et furor domini percussit populum plaga magna nimis. Moyses vero plage non determinat hic, sed in psalmis videtur quod fuerit ignis. Sepulcrique est ibi populus qui carnes desideraverat. Unde et locus ille vocatur cabroth quod sonat desiderii sepulture vel sepulchra concupiscentie. De lepra marie et causa lepre. C. xx.

Egressi autem de sepulcris concupiscentie venerunt in asseroth. Ibique iurgati sunt maria et aaron contra moysen propter uxorem eius ethiopissam, quia irati erant cum eo impugnaverunt eum quod reginam ethiopie in uxorem duxerat vel ductam dimiserat. Vel potius propter uxorem eius sephoram, que irata fuerat contra mariam. Madianite enim quidam vocati sunt ethiopes ut legitur in paralipomenon. Et indignando dixerunt. Nonne et nobis similiter ut moysi locutus est dominus? Quod audiens dixit. Quare vult moyses preesse nobis quasi locutus est ei dominus? Et iratus dominus dixit eis. Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum. Cumque starent ibi descendit dominus in columpna nubis. Vocansque aaron et mariam ait. Si quis fuerit inter vos propheta loquar ei in visione vel per somnium vel per enigmata et figuras. Servo vero meo moysi qui est in omni domo mea fidelissimus ore ad os loquor. Ut quid ergo detrahatis ei vos ei quasi participantes. Et recessit nubes. Et ecce apparuit maria leprosa. Dixitque aaron ad moysen. Obsecro domine ne imponas nobis hoc peccatum. Oravitque moyses ad dominum. Obsecro domine sana eam. Cui dixit.

Si pater eius spuisset in faciem ipsius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore confundi extra castra. Quasi diceret: Si pater suus vilificasset eam pro aliquo crimine suo nonne deberet aliquo tempore verecundari. Exclusa est itaque maria extra castra .vii. diebus: nec populus est motus donec revocata est.

Iudic: Separetur .vii. diebus.

Capitulus De .xii. exploratoribus. Ca. xxi.

Cumque populus de asseroth fixit tentoria in deserto pharan. Non est pharan nomen mansionis sed solitudinis plures mansiones continentis: ut in catalogo mansionum manifestabitur. Omnes .xviii. continet mansiones ab asseroth que fuit .xiiii. usque ad asiongaber que fuit tricesima secunda. Per quas omnes transierunt in anno secundo. De asiongaber misit moyses ex precepto domini .xii. viros singulos de singulis tribubus qui considerarent terram quam possessuri erant. Quorum precipui fuerunt caleph filius iephone de iuda et osee filius nun de ephraim. Vocavitque osee iosue. Hic erat minister moysi. Unde quidam dicunt quod dictus est supra iosue per anticipationem dictum esse quod nondum primum impositum est ei hoc nomen. Potest etiam dici quod moyses curam et salutem aliorum .xi. illi commisit. Cumque vocaretur osee et iosue que nomina salvatorem sonant, ex tunc primo hoc nomen ei apparuit, cum salvatorem aliorum instituit. Preceptique eis moyses ut considerarent qualitatem terre et hominum et urbium et afferrent de fructibus terre. Erat quoque tempus quando precoque uve comedi possunt. Qui ascendentes exploraverunt terram. Et venientes in ebron viderunt tres de genere enach vel enachim id est de semine gyganteo. Quales et videbant in thanis civitate egypti qui et athanitanes dicti sunt. Fuit autem ebron .vii. annis edificata ante urbem tanis. Unde et ab hebron semen giganteum in egyptum descendisse creditur. Descendentesque ad torrentem et vallem ubi manu-

tulerunt de malo granatis et de ficis loci illius. Palmitem quem cum uua absciderunt: quem pro magnitudine tulerunt in uecte duo uiri. Ob hoc appellatus est locus ille neelescol: id est torrens botri.

De murmure populi quo per .xl. annos perierit in deserto.

Reuersique post dies .xl. uenerunt ad populum suum in cades. Decimasexta secunda eum mansione. interim exsulis erat populus: et morabatur in .xxxiij. Unde quidam tradunt quod de cades missi sunt exploratores: et ibi eos expectauit populus. Hanc mansionem uocat iosephus conuallem iuxta chananeorum terminos existentem: et ad habitandum difficilem. Et commendantes terram uiri quam uiderant: addiderunt. Sed cultores fortissimos habet. urbes grandes et muratas. stirpem enach uidimus ibi. quibus nos comparati quasi locuste uidebamur. Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Quod sic exponit hebreus. Terra infirma est: nec habet uiuaces homines potentes. Vel quia nulli genti licebat diu in ea habitare. propter frequentes impugnationes superuenientium. Unde propheta cum securitatem promansuri illi terre pollicetur. hoc obprobrium auferendum ab ea dicit. quod non uocabitur terra cultores suos deuorans. Potest hoc in commendationem terre dici. quod adeo bona sit. ut nullus ex ea uelit peregrinari. sed qui in ea nascitur. moritur in eadem. Igitur audiens hec omnis turba: fleuit dicens. Utinam mortui essemus in egipto. Nonne melius est reuerti in egyptum. quam cadamus gladio et uxores et liberi nostri trahantur captiui? Constituamus nobis ducem: et reuertamur in egiptum. At uero iosue et caleph sciderunt uestimenta: dicentes. Nolite rebelles esse contra dominum. id est cum incredulitate in promissio iudicare: quia sicut panem. populum terre huius deuorabimus. Cumque clamarent in eos alii .x. qui turbauerant populum et omnis multitudo uellet eos opprimere: apparuit gloria domini super tectum federis. Et ait dominus ad moysen. Quo usque non credet michi populus hic? feriam eos: et faciam te in gentem maiorem. Cui moyses. Obsecro domine: ne fiat hoc: ne forte insultent tibi egiptii: et dicant. Non potuit inducere populum in terram quam promiserat. Cui dominus. Iuxta uerbum tuum dimisi. At tamen uiuo ego: cuncti eorum qui uiderunt signa que feci in egipto. non uiuent. scilicet a uiginti annis et supra: et iam per .x. uices. id est multotiens temptauerunt me: uidebunt terram pro qua iuraui patribus eorum: preter iosue et caleph. Et quoniam amalechites et chananeus habitant iuxta uos: ne superueniant. uos cras mouete castra: et redite in solitudinem. iuxta numerum .xl. dierum. quibus terram considerastis: .xl. annis. recipietis iniquitates uestras. Locutusque est moyses omnia uerba hec ad eos. Et luxit populus nimis. Et ecce mane surgentes dixerunt ad moysen. Peccauimus desperantes. Parati sumus ascendere ad locum quem promisit dominus. Et moyses dixit ad eos. Nolite ascendere. Non enim dominus uobiscum est. At illi contenebrati. sine duce se posse uincere putantes: ascenderunt. archa cum moyse et leuitis remanente in castris. Persecutique sunt eos amalechites et chananeus. percutientes usque ad locum qui ob hoc uocatus est horma. id est anathema. Et redierunt ad solitudinem.

De lapidatione colligentis ligna in sabbato.

Factum est cum essent in solitudine. inuenerunt hominem colligentem ligna in sabbato. Quem reclusit moyses: donec consuleret dominum. De quo dixit dominus. Moriatur homo iste: extra castra lapidibus obruatur. Et sic factum est ita. Quidam putant hunc fuisse salphaat: quia et filie eius postea dixerunt. Pater noster in deserto in peccato suo mortuus est. Iudeis et preceptum est a domino. ut per .iiij. angulos

palliorum fimbrias ponerent iacinctinas. ob recordationem omnium preceptorum domini. ad obseruandum. Has magnificabant pharisei: in tantum ut etiam spinas in eis ligarent. ut frequenti earum punctione. ad memoriam legem preceptorum domini excitarentur. Quadratis etiam utebantur iudei palliis. et adhuc in angulo uestis quadrate in synagogis suis habent fimbrias iacinctinas ob recordationem legis de quo ~~rubeum~~ est celo date. Sed autem faciebant: ut a ceteris gentibus etiam habitu discernerentur.

De scismate chore. dathan. et abiron. et plaga eorum.

ca. xvi.

Ecce autem chore filius ysuar scisma fecit. cum uidisset fratres suos honoratos. alterum sacerdotio. alterum ducatu populi inuidit. Et murmurans contra moy. et aaron. complices suos secum habuit ducentos .l. de leuitis maioribus. quos etiam dignos sacerdotio preferebat. Adiunxerat que sibi dathan et abyron potiores rubenitarum. quibus principatum populi debitum dicebant. quia fuerunt de ruben primogenito. Quibus moy. ait. Tollat quisque uestrum thuribulum suum et cetera hausto igne supponat thimiama. et aaron uobiscum. et quem elegerit dominus. ipse sit sanctus. Misit ergo moy. simane ut uocaret dathan et abiron. Qui dixerunt. Non uenimus. Et conuocata omni multitudine. dixit moyses ad chore et ducentos .l. Tollite thuribula uestra et ponite timiama super ea et state coram domino. Illis autem sic stantibus. descendit moy. cum senioribus populi ad dathan et abiron. ut eos uocaret. Nam et abiron ut dicit iosephus. ex parte leuita erat. Illi autem stabant: cum uxoribus et liberis. et omni frequentia domus sue in introitu papilionum suorum. parati potius ad resistendum si uim inferre uellet moy: quam ad obediendum. Quod uidens moy: orauit dominum ut in solita morte perirent. et sic planum fieret. quod dominus ipsum miserat. Quo orante et flente: tremuit terra. Expauitque populus. Undique strepitu pilorum tabernacula concitato: scissa est terra sub pedibus eorum. Et aperiens os suum deuorauit eos. cum omni substantia eorum. et descenderunt uiui in infernum. id est in patulum terre hyatum. et reducta est terra: quod nichil horum factum esse uidetur. Sed et ignis egressus est de thuribulis chore et consilii eius. tantus quantus nec de terra platus. uel concursione fluctuum. aut uiolentia spiritu uisus est unquam exaltare. et deuorauit eos. aaron illeso stante. Tulitque eleazar thuribula eorum. ex precepto domini. igne huc illucque disperso et produxit ea in laminas. formauitque ex eis coronulas: affixit eas altari ereo. ad commonendum filios israel. ne quis non de semine aaron accederet ad offerendum incensum domino. ne similia pateretur. cum et sic fabricate erant: quod ibi stabant ad decorem.

De combustione populi: extincta per aaron.

ca. xvii.

Altera sequenti die murmurauit omnis multitudo contra moy. et aaron: dicens. Uos interfecistis populum domini. Cumque uellent eos lapidibus obruere: fugerunt ad tab. et operuit eos nubes. apparuitque gloria domini. Et egressus est ignis a domino et deuorauit populum. Dixitque moy. ad aaron. Tolle thuribulum et hausto igne de altari. pone et que thimiama. pergeque cito ad populum. ut roges pro eis. Accelerans aaron cum thuribulo. stansque inter uiuos et mortuos. orauit dominum et plaga cessauit. Fuerunt autem percussi xiiii. milia. et dcc.

De uirga aaron que nocte una fronduit et floruit. et peperit nuces.

Et cum nondum cessaret tumultus super sacerdotio aaron. Dicebant enim. quia et si non preter leuitas

eligat Dominus: potuit esse quod aliquis de aliqua reliquarum tribuum dignum esse sacerdotio, et forte de omnibus tribubus aliquos vellet Dominus sacerdotes, ne tanta mistici dignitas uni domui et tam paucis esset ministris. Accusabant quoque Moysen de deserti inopia, eo quod eorum negotiaretur inopiam, ut semper ei viderentur egere auxilio. Tulit ergo Moyses ex precepto Domini virgas xii principum et scripsit in unaquaque nomen tribus vel potius principis. In virga Levi scripsit nomen Aaron, et preter has tredecimam sumpsit unam seorsum, cunctas familias continentem, in qua pareret utrum de omnibus tribubus vellet Deus habere sacerdotes. In numeris tamen legitur non fuisse virgas nisi xii, quod intelligendum est de singularibus excepta generali. Quas cum posuisset in tabernaculo coram Domino, sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aaron et foliis dilatatis amigdala protulisse. Sane hoc iudicio Deo ordinante Aaron sacerdotium firmissime possedit. Unde et in signum rebellium precepto Domini virgam Aaron servari in tabernaculo in posterum. **De reditu in Cades xl anno.**

Itaque filii Israel longo tempore in solitudine, multo tempore sederunt in Cades Barne, et diu circuierunt montem Seir, et redierunt fere ad mare Rubrum circa fines Synai, et prostrata sunt cadavera eorum in deserto. Tandem post multos labores et annos xxxviii redierunt ad Cades, unde miserant exploratores, vel in qua redierunt ad eos ut dictum est, que est in deserto Sin, nec est illud desertum ad quod venerunt octava mansione ut dictum est. Primum enim Sin scribitur per samech, et interpretatur rubus vel odium. Sin vero in quo est Cades, et que est et Cades, scribitur per sade, et interpretatur mandatum vel scutum, et est ut quidam volunt pars deserti Pharan. In fine ergo tricesimi noni anni a finibus Synai venerunt in Cades xl diebus continuis gradientes, quantum ierant viginti una mansionibus tardo vel per aliam viam. Redierunt ergo filii Israel xl anno mense primo in desertum Sin, et mansit populus in Cades. Et sunt xlii mansiones filiorum Israel quibus leguntur profecti ab Egypto usque campestria Moab iuxta Iordanem. Et annis tamen completis fuerunt duodecim ab Egypto usque ad montem Synai anno primo, et a quintadecima die mensis primi usque ad diem primam mensis tertii. Deinde anno secundo vicesima die mensis secundi profecti a Syna usque ad Cades xx et unam mansionem expleverunt infra annum secundum, tamen quanto spatio anni non est determinatum sicut in primo. Per xxxviii annos postea errantes et prostrati, quadragesimo anno redierunt ad eandem Cades. Eo anno reliquas ix mansiones compleverunt. Quod si inveneris x huius anni fuisse mansiones, scito quod inter has iterum numeratur Cades repetita. **De morte Marie et aquis contradictionis.**

Mortua est Maria in Cades, dum quadragesimum ut dicit Iosephus compleretur annum ex quo Egiptum dereliquerant, in initio mensis Xanticus qui et Nisan secundum lunam, et sepelierunt eam in monte qui vocatur Sin. Tunc actisque xxx diebus fletus Moyses populum purgavit hoc modo. Vitulam integram totam rubeam extra castra combussit. Et prosequitur hic Iosephus ordinem cinerum lustrationis, quam in [illegible] die septimi mensis fieri precepit. Et videtur velle in primo huiusmodi combustionem a Moyse factam. Unde etiam subdidit: Hanc [illegible] venturos servare precepit. Et potuit esse quod impediti usque huc distulerunt, quia nec pascha interim celebrasse leguntur. Cum autem intraverunt terram promissionis.

secundum precepta domini legittima sua prosecuti sunt. Li-
am hic dicit iosephus antequam redirent in cades.
eos venisse ad terminos ydumee et misisse
nuntios ad edom pro libertate transitus per terram
suam. Quod cum prohibuisset moyses recessit.
per desertum iter faciens. Historia numeri dicit.
post mortem marie misisse ad edom. Non est
liquidum utrum iosephus per anticipationem an liber
numeri per recapitulationem hoc dixerit. Nos vero se-
quentes ordinem historie. dicimus quod mortua ma-
ria indiguit populus aqua. factaque seditione in
populo. et moyses et aaron oraverunt ambo ad do-
minum. Quibus dominus ait. Tolle virgam et congre-
ga populum ad petram et percussa dabit vobis
aquam. Utrum virga que fronduerat. an alia
usus est moyses. hic dubium est. tamen quod in numeris
legitur virgam que erat in conspectu domini videtur
fuisse virga que erat in archa. Et congrega-
ta multitudine ante petram dixit moyses. Audi-
te rebelles et increduli. Numquid de petra hac
poterimus vobis aquam eicere. Hic autem cum alias
fiducialiter egissent moyses et aaron turbati
murmurante populo. diffidenter egerunt. quod domino
manifestante cognitum est. Non enim ex
ope eorum aliquo vel verbo hoc perpendi potu-
isset. nisi forte quod moyses quasi dubitans dixit.
numquid poterimus. Cum ergo percussisset virga
silicem quod desperabat non manaverunt aque.
Secundo vero ictu egresse sunt ita largissime.
ut biberet populus et iumenta. Et dixit dominus moy-
si et aaron. Quia non credidistis mihi non intro-
ducetis populos hos in terram eorum. Hec est aqua
contradictionis quod etiam electi desperaverunt de pro-
missis et potentia dei. qui credidit electis permit-
tentis.

De circuitu ydumee.

Misit moyses nuntios de cades ad regem
edom dicentes. Frater tuus iacob: tran-
sire per terram tuam. Non ibimus per loca cul-
ta. via publica gradiemur. non declinabimus

[margin: mandat ... obsecrat ut liceat nobis]

ad dexteram nec ad sinistram. Si biberimus aquas tu-
as. quod iustum erit dabimus. Et respondit. Non
transibitis per me. Unde timens ne transirent.
egressus est obviam in manu forti. Quamobrem
divertit ab eo israel. maxime quia deus preceperat ei. Non
pugnabis adversus fratrem tuum. Circuivitque
ydumeam. egrediens de cades. In ceduntque per
desertum arabie et pertransgrediens archim me-
tropolim arabum. que nunc petra dicitur. venit ad
montem hor. qui est in finibus terre edom.

Ubi locutus est De monte aaron.
dominus ad moysen. Pergat inquit aaron
ad populum suum. Non intrabit in terram pro-
missionis. eo quod incredulus fuit ori meo. Tolle
aaron et filium eius cum eo et duces eos coram
omni populo super montem hor. Cumque nudaveris pa-
trem stola pontificali. indues ea eleazarum.
cui pontificatus per etatem accessit. Et fecit
moyses quod preceperat ei dominus. Et mortuus est
aaron in monte hor. In deuteronomio le-
gitur dici musera locus sepulture aaron. qui usque
hodie monstratur in montis vertice. Populus
vero flevit eum .xxx. diebus. Mortuus est autem
.xl. anno egressionis. cum esset .c.xxiii. an-
norum. eodem anno quo et maria mense .v. qui
apud hebreos dicitur sedebat. apud romanos
augustus. prima die mensis secundum lunam.

De victoria per votum anathematis.

Cumque audisset chananeus qui habita-
bat ad meridiem venisse illuc israel.
pugnavit cum eo et obtinuit et duxit ex eo
predam. Israel autem vovit domino quod si tradiderit
eum dominus in manus suas. civitates eius anathe-
matizaret. Quod fecit et vocavit nomen illius
horma. id est anathema. Forte hic est locus qui
supra per anticipationem vocatus est horma.
Anatha dicitur ab ana quod est sursum et thesis positio.
quod est devotare. id est voto deorum ab usu
nostro separare. cum scilicet res vota et reddita sur-

[margin: hor]

sum in templis ponebatur. Et nota quod olim
generaliter populus terre promissionis: dictus est cha-
nanei. Unde et hic nomine generali vocat eos: qui
erant ad meridiem. Tunc enim .vii. populi proprijs
vocabantur nominibus in ea: et ille proprie dicebatur
chananeus. qui habitabat maritimam.

De serpente eneo: contra igneos serpentes.

P rofecti de monte hor.
pervenerunt in salmona. ubi cepit populum
tedere itineris et laboris. dum circuirent terram
edom: et murmuravit contra moysen. Ideo mis-
sit dominus in populum: serpentes ignitos. Qui
dicebantur igniti. quia minimi et veloces e-
rant: ad modum scintillarum. Vel ut alii
tradunt. tactum veneno inflammabant
usque ad tumorem et ruborem igneum. Roga-
veruntque moysen: ut oraret pro eis. Cui dominus
ait. fac serpentem eneum: et pone in per-
tica. eminentem in medio populi: et quicumque
percussus fuerit a serpente. respiciat eum:
et vivet. Et factum est ita. Hunc semper habue-
runt secum filii israel: et magnifice reposi-
tus est in ierusalem. Tandem ob cultum supersticionis:
quem ei populus exhibebat: comminuit eum in
pulverem rex ui iuda.

De scopulis torrentium gesserit.

I nde profecti per aliquas
mansiones. venerunt ad torrentem zareth.
quem transierunt siccis pedibus. ut mare
rubrum. Quem relinquentes castra metati sunt
contra arnon. qui ut ait iosephus. fluvius est. a
montibus arabie descendens. et per deser-
tum fluens in stagnum alphaticum erum-
pit. dividens moabitidem et armonicam.
Quidam volunt civitatem esse. que est in de-
serto: et pertinet in finibus amorrei. De
hoc transitu israel per terram illam prosequitur
liber numeri: in hunc modum. Unde dicitur: in
libro bellorum domini. Sicut fecit in mari ru-
bro: sic faciet in torrentibus arnon. Sco-
puli torrentium inclinati sunt. ut descenderent:
ut requiescerent in arnon. et recumberent
in finibus moabitarum. Hunc locum suffi-
cienter expositum non memini me legisse.
Augustinus dicit. forte fuisse librum sic vocatum
apud caldeos. unde egressus erat abraham.
vel apud egyptios. apud quos sapientiam didice-
rat moyses: in quo de hoc transitu prophetatum
erat. Vel autem fines inter duas gentes ibi con-
stituerentur. bello actum fuisse putant: quod propter
magnitudinem sui. bellum domini vocatum est.
Quod bellum: liber iste conscripsit. Quidam dicunt.
historiam totam de filiis israel. dici librum bello-
rum domini. in qua frequenter dicitur dominus pro eis pug-
nasse. et maxime dicunt hebrei in terra
illa amorreos potius manu hebreorum fuis-
se deletos. et isti legunt dicitur: pro dicetur. quia etiam
in hebreo ita est. Super hoc dicetur: in recitati-
onibus bellorum domini. Et legunt sic. Unde i.
de arnon dicetur. i. dicetur et fiet memoria in
libro bellorum domini. i. in historia ista cum lege-
tur a posteris. fiet autem mentio de ea talis.
Sicut fecit dominus in mari rubro. perdendo e-
gyptios: sic faciet in torrentibus arnon.
perdendos amorreos. Moyses dixit futurum:
faciet. Nos dicimus preteritum: sic fecit. Quod autem
sequitur. scopuli inclinati sunt et cetera. sic ambi-
gue exponitur. Tradunt hebrei innumeram
multitudinem amorreorum in convallibus
torrentium et scopulorum arnon posuisse in-
sidias israelitis. ut transeuntes perimerent in-
cautos. dominum vero latitantes oppressisse. rupi-
bus hinc inde inclinatis. ita ut labentia
scopulorum extenderentur in arnon. ibique requies-
cerent. i. finirentur. Fuerunt qui dicerent. describi situm
arnon. quia cum scopuli prerupti et altissimi sint
in deserto. paulatim inclinantur humili-
ando. donec requiescant. i. finiantur iuxta
arnon. Potuit esse. ut aliqui scopuli

montium minorum coram israelitis in eminenti sunt. ut defacili transirent. Quod forte predictum erat in benedictione ioseph: ubi donec ueniret desiderium collium eternorum. Et forte de eo dixit david. Montes exultaverunt ut arietes. et colles sicut agni ovium. De cantico ad puteum.

Ex eo loco apparuit eis puteus. id est ex hoc loco venerunt ad alium locum. ubi monstrante domino foderunt principes duces multitudinis in datore legis. id est in moyse. hoc enim in hebreo non legitur. Et ascendit aqua de puteo: donec super redundaret. forte in signum. quod cum pugnarent: et hostes in hunc modum supergredientes obruerent. Quo invento: cecinit israel canticum istud. Ascendat puteus. etc. De morte seon regis amorreorum et og regis basan.

Egressus inde populus per aliquas mansiones: pervenit usque in bamoth. Nec est hoc nomen mansionis: sed vallis in regione moab in vertice phasga. id est iuxta montem illum. Vel forte mons ille adeo magnus est: quod etiam in vertice phasga habet colles et valles. Inde misit israel nuncios suos ad seon regem amorreorum: ut ei transitum per terram suam concederet. Qui noluit. immo cum exercitu egressus est ei obviam in desertum: et pugnavit cum israel. et percussus est in ore gladii. id est in instanti. Iosephus dicit plurimos ex eis siti perisse. alios ruentes ad fluvium iacis terre assyriorum. fugientes ad menia fuisse. dibalarium puerulos. Seon occisus est. Tulitque israel omnes civitates eius: ab arnon usque iaboc. inter quas caput regni erat esebon: et habitavit in eis. Dicit iosephus. hanc terram inter tria flumina sitam: que natura insule habentem et opulentissimam. Arnon fuit a meridie. iaboc a septentrione. qui in iordanem descendit. cum et nomen tradit iordanis ab occidente. Cumque transisset israel fluvium iaboc. et ascendisset per viam basan: occurrit eis og rex basan in edrai. quem percussit cum populo suo usque ad internitionem et possedit terram eius. Unde traditur. quam [habuerit] inter iordanem non fuit de terra promissa. quod patet quia moyses hanc non intravit. Profectique castrametati sunt in campestribus moab: ubi trans iordanem iericho sita est. De munere balaam: cum locuta est ei asina.

Videns balac filius sephor qui tunc erat rex in moab. quod fecerant amorreo: timuit et accitos seniores madian. qui proximi regno eius et amici erant: consuluit quid facto opus esset. dicens. Populus hic delebit nos: sicut solet bos herbam usque ad radices carpere. Misitque eorum consilio ad balaam filium beor ariolum. qui habitabat super fluvium ammonitarum. ut veniret. et malediceret populo huic. Audierant enim quod benedictus erat. cui benedicebat balaam: et maledictus cui maledicebat. audierant etiam quod israel non vincebat in arcu et gladio. sed oratione fusa ad dominum suum. visum que est commodum execrationibus et orationibus dimicare. Cumque venissent ad balaam seniores moab et madian. ferentes munera divinationis in manibus. causamque ite exposuissent: dixit eis balaam. Manete hic nocte. ut videam quid mihi dixerit deus. Dominum enim se prophetam mentiebatur. licet in sacrificando consuleret demones. forte demonem qui sibi loquebatur: dominum vocavit. Dixitque ei deus in nocte: curam populi sui gerens. Non eas cum eis. Non maledices populo: quia benedictus est. Mane consurgens balaam: se prohibitum a domino dixit. Rursum misit ad eum balac viros plures et honoratiores. munera que maiora et ampliora permisit: si malediceret populo. quibus ait balaam. Side

derit mihi balac domum suam plenam auri: non
potero mutare verbum domini. Obsecro manete
hic: etiam hac nocte. Et ait ad eum dominus
nocte. Surge. vade cum eis: ita dumtaxat.
ut quod precepero tibi facias. Mane strata asina:
profectus est cum eis. et iratus est dominus. Stetitque an-
gelus domini gladio evaginato in via: contra ba-
laam. Mutaverat propositum enim et capte cu-
piditate promissorum. disponebat quomodo populum
malediceret: licet prohiberet dominus. Iosephus. videtur
velle quod dominus iratus. qui yronice dixerat ei.
Vade cum eis. Quod quia iste non intellexerat: obsti-
tit ei angelus. Cum autem asina vidisset an-
gelum. quem tamen balaam non videbat: timens
deviavit in agrum. Quam cum verberibus reduxis-
set balaam ad semitam: iterum stetit angelus in
angustiis maceriarum. quibus vinee cingeban-
tur. Timensque asina: iunxit se parieti.
et attrivit pedem sedentis. At ille verbera-
bat eam. Item stetit angelus in loco an-
gusto. ubi nec ad dexteram nec ad sinistram
poterat deviari. Timensque asina: cecidit
sub pedibus sedentis. Qui cum vehementius
fuste cederet latera eius: aperuit dominus os asi-
ne et ait. Cur percutis me. ecce iam tercio.
Qui respondit. Illusisti mihi. Utinam haberem gla-
dium ut percuterem te. Assuetus iste mon-
stris: ad vocem asine non expavit. Protinus aperu-
it dominus oculos balaam: viditque angelum sta-
tem in via cum gladio. Et adoravit eum.
Cui angelus. Perversa est mihi: via tua. Nisi asi-
na declinasset: occidissem te. Cui ba-
laam. Peccavi. Et nunc si via mea est tibi contra-
ria: revertar. Cui angelus. Vade. Sed ca-
ve: ne aliud quam precepero tibi loquaris.

De ariolatione balaam: et eius prophetia.

Cumque audisset balac quod veniret: occurrit ei
balac. in extremis finibus moabita-
rum. Magnificeque suscipiens eum: de-
dit ei iniuriam. Cui contestatus balaam: ait.
Non potero loqui: nisi quod posuerit dominus in ore
meo. Ascenderuntque pariter: excelsa .i. fasga
montis unius. extremam partem populi intue-
bantur. Aberant autem ab exercitu domini: stadiis.
.lx. Dixitque balaam: ad balac. Edifica hic.
.vii. aras: et para totidem vitulos et eiusdem numeri
arietes. Cumque imposuissent ambo vitu-
lum et arietem super aram: dixit balaam regi.
Sta iuxta holocaustum. Vadam: si forte oc-
currat mihi dominus: et quod iusserit loquar tibi. Cumque
abisset: posuit dominus verba in ore eius. Qui re-
diens coram omnibus assumpta parabola .id est.
incepta ratione sua ut habent hebrei: ait. Quomodo
maledicam populo. cui benedixit dominus. Habi-
tabit solus inter gentes et non reputabitur .id est.
singularis erit pre omnibus. et innuabit.
Moriatur anima mea morte istorum: et fiant
novissima mea horum similia. Contristatus
balac: ait. Quid est quod agis. Duxitque eum ad
alium locum excelsum montis phasga. unde
aliam populi partem videre posset: secundum errorem
gentilium putans omnia locis mutari et tempori-
bus et [illegible] eundem sic hominem posse mutari. Cumque
iuxta modum predictum statuissent ibi
.vii. aras et imposuissent holocaustum:
iterum dominus posuit verba in ore eius et revertens
ait. Non est ydolum in iacob. nec simu-
lacrum in israel: dominus deus eius cum eo est. Non est
augurium in iacob: nec divinatio in
israel. Surget ut [illegible] leena et quasi leo. Non
accubabit: donec devoret predam .id est. terram
chananeorum. Et ait balac. Saltem ne benedicas ei nec maledicas. Iamque duxit
eum super montem phegor. Statutisque .vii.
aris. impositisque holocaustis per singulas.
non abiit balaam sicut ante. ut augurium
quereret: sed elevans oculos vidit israel
morantem in tentoriis per tribus suas. Et irru-
ente in se spiritu dei: ait loquens de se. Dixit

ho cui obturat' est ocl's: auditor sermonũ di.
Q̃m pulc'a tabnacl'a tua iacob. Hebre' h't. ⁊
uisio ongenis: cui ocl's reuelat' est. Trñ ide
sensus: q' dum dormiret. in sompnis ui
dit h' que dicebat. Vñ ⁊ obturat' erat ocl's
carnis: et reuelat' ocl's ĩtus. Vñ et seq'r.
Q' cadit: et apiunt' ocli ei'. Hebre': pleni'
h't. Q' ponit. i. qui collocat se in lecto.
Addidit ⁊ aptam de saule pphiam: di
cens. Tollet' ppt' agag rex eius: et auferet'
regnum illius. Q'd f'cm ẽ sauli: q' pep
cit agag regi amalechitar'. ⁊ p' direxit
ũba ad pplm. Q' b'ndixit t'. erit et ipse
benedict': qui maledixit. in maledictiõe
reputabit'. Cumq' irasc'et' balac: dix' q'd
in discessu suo daret ei c'silium. q'd fac'et
ad ũsus pplm h't. Iterumq' assumpta pabo
la: ait. Orieť stella ex iacob ⁊ c'surget ũ
ga. i. maria ex isrl' ⁊ pcutiet duces moab.
et uastabit oms filios seth. q. d. Vastabit
totum genus humanũ. q'd. s. carnale.
in bonis conu'tet: et malos perdet. de seth
enĩ totum genus humanũ est: de quo
fuit noe. Filij enĩ chain: diluuio pierũt
⁊ abel sñ lib'is mortuus ẽ. Sc'dm enĩ hoc
uaticinium d'r magos uenisse in iudeã.
uisa stella: et ũ gentuisse ap' eos s'cpta ba
laam. sup hac re. Pphauit q'q' q'd isrl' y
dumeos et amalech qui fuit p'ncipium
gentium pugnãtiũ c'o's: subiceť sibi. P
phauit etiã q'd assyrij terrã suam uasta
rent: ⁊ cyneos q' erant de fortissimo g'ne
s. de iethro. Addiditq'. Venient in t'ri
b' de italia ⁊ supabunt assyrios. uasta
buntq' hebreos: et ad extremũ ipi pibũt.
Monarchiam etiã hic p'dix' romanorũ:
⁊ in fine tp'm destructionẽ eorũd'. Dicit
iose. eũ pphasse adhuc totũ orbẽ futũm
eor' habitacl'm in et'num: etiã insulas.
Et cum pars pphie sit impleta: reliquum
p certo implendum ẽ. **Q'd amore mulier**
cl'ar' initiatus ẽ isrl' beelphegor
Surgens balaam ut rediret in locũ
suum. Cumq' int'nib' madian ua
ledic'et balac ⁊ suis: c'siliũ dedit eis. ut ũ
gines quar' spetie castitas illudi posset.
circa tentoria isrl' cum ex en'ũs uenalib'
mitt'ent. que iuuenes ad se declinantes
in tñ allicere sibi laborarent: ut eos trans
gredi leges patas facerent ⁊ deos colerent
alienos. ut sic deo suo irato eis. l' ad mo
dicum tep' humiliarent': deo enĩ eis ppi
cio. nec bella. nec pestis aliqua eos corripit.
fec'untq' ita madianite. ⁊ tñ de moabitis
uirginib' misse s't. s' pauce: q' n'atalit'
s't deformes. Eo tempore morabat' isrl' in
sethim: ⁊ fornicat' est cum filiab' moab.
que uocauer't eos ad sacficia sua ⁊ co
mederunt idolotita ⁊ adorau'unt deos
ear' ⁊ initiat' ẽ. i. consecratus isrl'. beel
phegor ydolo madianitar'. idolo. s. ten
tiginis. quẽ grecia priapum dix'. Iratusq'
dñs: dixit ad moysen. Tolle cunctos p'n
cipes ppli ⁊ suspende eos cont'' solem in
patibulis. ut au'tat' furor m's ab isrl'. for
te q' subditos ñ corripiebant: duces tri
buum uoluit suspendi. ul' pocius p'nci
pes. i. auctores huius ydolat'e. Vnde et
statim subdit. Dixit moy' ad iudices isrl'.
Occidat unusq'sq' p'ximos suos: qui ini
tiati s't beelphegor. **De zelo phinees.**
Tradit iose. q'd p'nceps in t'bu syme
on zambri. filiã cuiusdam potentis
madianitar' duxerat. que dicebat' cobi.
q' uxore iubẽte in quadã sollennitate
cum aliis ducib' deo ñ immolaũ. Q'm
obrem cum moy'. ecc'liã congregasset ⁊
eos culparet: ñ noiatum tñ. q' turba erat

in caula ille coram omnibus professus est se alie-
nigenam duxisse, et ydola colere. nec tyrannicis
legibus quas ipse sibi moyses posuerat obnoxi-
um esse. quibus sub figmento legum et dei gravioni ser-
vituti populum premebat. quam in egipto. cum populi
auferebat arbitrium. et discedens coram
omni turba que flebat ante fores tabernaculi.
intravit tabernaculum cum uxore. Mirabantur
autem omnes quod mortuus non fuerat. Surgens
phinees filius eleazari de medio multitu-
dinis. et arrepto pugione ingressus est post
illum in lupanar. Et cum invenisset coe-
untes: perfodit ambos in locis genitalibus.
Cessavitque plaga. Et occisi sunt xxiiii. mi-
lia forte a domino per plagam aliquam prece-
dentem: que tunc cessavit. Sed iosephus vide-
tur velle: quod plurimi iuvenes zelo phy-
nees accensi: multa milia populi percussere.

Iussio domini de ultione in madianitas.

Locutus est dominus ad moysen. hostes vos sentiant **facienda.**
madianite. Percutite eos. Hoc factum est postea
cum moyses misit exercitum et percussit ma-
dianitas. Vel forte sic percussi fuerant fili
israel: voluit dominus etiam et mulieres occi-
di. que subverterant eos. **Secundus numerus**

Postquam non noxa bellatorum.

Populorum sanguis effusus est: dixit
dominus ad moysen et eleazarum. Numerate sum-
mam filiorum israel. a viginti annis et supra.
per domos et cognationes suas. cunctos
qui ad bella possunt procedere. Feceruntque ita.
Et inventi sunt sexcenta milia et mille
septingenti et triginta. Inter quos nullus
fuit eorum qui numerati fuerant a moyse et
aaron: preter iosue et caleph. Et ait dominus.
Istis dividetur terra. Pluribus maiorem partem
dabis: et paucioribus minorem. Quod non est
intelligendum de tribubus et familiis: sed de
domibus. Terra enim eque divisa: secun-
dum sortes data est tribubus et quelibet tribus: sor-
te partes equales dedit familiis. Famili-
e vero iuxta numerum capitum domibus diviserunt.
et sine sorte: maiores et minores portiones.
Numerati sunt et levite a mense uno et supra:
triginta tria milia generis masculini.

De iure successionis hereditarie.

Domus autem salphaath. qui a non reliquerat filium: non est numerata. Audiens
autem quinque filie ipsius. quod numeratis dare-
tur terra: steterunt ad ostium tabernaculi coram moyse
et eleazaro. et tota multitudine. et dixe-
runt. Pater noster mortuus est in deserto. non
habuit mares filios. Cur tollitur nomen eius
de familia. Date nobis possessionem inter
cognatos nostros. Quarum causam retulit
moyses ad dominum. Qui ait. Iustam rem postu-
lant filie salphaath. Ad filios autem israel lo-
queris. Homo si mortuus fuerit absque fi-
lio: ad filiam transibit hereditas. Quod si non
filiam habuerit: transibit ad fratres eius. Quod si nec
fratres habuerit: transibit ad patruos. Quod si non
habuerit hos: ad eos qui proximi sunt.

De substitutione iosue.

Dixit quoque dominus ad moysen. Ascende in
montem abarim et contemplare inde ter-
ram quam daturus sum filiis israel. et postquam videris
ad populum tuum. Non enim intrabis eam. Cui
moyses. Provideat dominus deus spirituum omnis
carnis. hominem qui sit super multitudinem
hanc: ne sit populus domini sicut oves sine pasto-
re. Cui dominus. Tolle iosue et statui coram
eleazaro et omni multitudine. impone
manus tuas super caput eius: ut audiat eum
omnis synagoga filiorum israel. Fecitque moyses
ut dominus imperaverat. Cognovitque universa
multitudo: quod iosue post mortem moysi
ascenderet. Utrum autem statim vel post ascenderit
moyses ut videret terram: certum non est. Sed

certum est quod ascendit in partem terre uidere potuit. Quod si totam uidit: miraculose factum est.

Precepit quoque **De libaminibus.** Numeri 15.

dominus moysi de iugi sacrificio: et de sacrificiis legalium sollennitatum. Sed quia non offerebatur hostia sine libaminibus suis: de eis breuiter premittendum est. Libamen uel libamentum erat simila oleo glutinata et uinum. que cum hostia adolebantur: ut quasi panis et uinum et caro domino offerrentur. Cuique uero hostie: proprium libamen determinatum erat. pro agno: simile: decima pars ephi. uini: quarta pars hin. Erant autem ephi et chorus mensure aridorum. hin et batus: liquidorum. Pro uitulo: de simila: tres decime. de uino: media pars hin. Et forte erant tres integre decime. de tribus ephi. uel de uno ephi tollebatur decima pars. Item noue partes decimabantur et tertio reliquum decimabatur et sic erant tres decime uni ephi. Pro ariete: de simila due decime. de uino. tertia pars hin. Eadem erant libamenta hirci. Si quando legalis pro agno dari decimam decime: intelligendum est de consueta decima decimandi. quasi decimam decimationis. ut decimam decimante. Vel ipsa decima ephi iterum decimabatur et hec decima decime dabatur pro agno. Et quidam dicunt idem est decimam decime: et decimam ephi: qui est decima chori. Chorus enim triginta modios: ephi quatuor continet.

Prius autem **De iugi sacrificio.** Numeri 28.

de iugi sacrificio uideamus. Iuge sacrificium uel indeficiens: cotidie fiebat de sumptu publico. Mane offerebatur agnus anniculus in holocaustum. cum libamentis suis: ut tota die cremaretur in odorem suauem domino. Quo imposito super altare holocaustorum: sacerdos cum prunis et thimiamate in locum intrabat tabernaculi: ponebatque prunas cum thimiamate super altare incensi. Et hoc uocabatur consummatio sacrificii. Tunc etiam quatuor de septem lucernis mortificabat. In uespere similiter ponebantur ... alius agnus in eundem modum. ... et intrans cum thimiamate ... sacerdos incendebat omnes lucernas: et sic tota nocte in altari erat odor suauis domino. Vespertinum tamen sacrificium melius erat et pinguius matutino: quia sepe in die. preter illud plura imponebantur. et inde dicebatur illud gratum domino quia pingui. Vel dicitur gratius domino: quia mortem domini uespere futuram figurabat. Hos agnos quidam tradunt de sumptu tradi sacerdotum. Iosephus uero: de publico. Qui etiam cotidianam de sumptu sacerdotum oblationem determinat. Offerebat enim sacerdos in diebus uite sue assarium farine oleo mixte: et modica decoctione durate. medietatem mane: et medietatem in fine diei super altare. In hunc modum ecclesia mane et uespere offert domino: laudes et completorium. Vel potius in prima et completorio offert confessionem et mutuo orandum. tamquam iuge sacrificium. quia sacrificium nostrum deo est spiritus contribulatus et humiliatus. **De sabbato et oblatio**

Sollennitates legales **nubus est.**

Seerant vii. Sabbatum. neomenia phase. penthecoste. festum clangoris. festum propitiationis. scenophegia. Sabbatum interpretatur requies et potest dici festum domini: quia cum alia festa instituta et nominata sint ab aliquo euentu. uel opere eorum: hoc dicitur sabbatum. quia deus in eo quieuit. Iam est quod forte quia priuilegiatum est in duobus: quia in eo nec licet cibum parare. nec ultra mille passus ire. Dicitur autem hoc

festum legale. non quia ante legem. etiam a quibusdam gentium nationibus observatum fuit sabbatum: sed quia sub lege primo observatum est ex precepto. Ea die preter iuge sacrificium offerebantur duo agni anniculi immaculati cum libaminibus suis in holocaustum.

Neomenia: De neomenia.

Neomenia sonat innovatio lune. Neos enim: novum. Mene: luna interpretatur. Quia ergo iudei in legitimis suis lunationes pro mensibus habebant: ex lege diem nove lune vocabant kalendas legales. et erat dies ferialis apud eos. Ea die offerebant vitulos duos. arietem unum. agnos anniculos vii. cum libaminibus suis per singulos hircum quoque pro declinatione peccati cum libaminibus suis. omnia hec in holocaustis.

De phase

Quartadecima die primi mensis ad vesperam comedebant agnum paschalem: et nox illa dicebatur phase. id est transitus: propter causas supra dictas. Eadem dicebatur pascha. id est immolatio. Sequenti die inchoabatur festum azimorum. quod protelabatur septem diebus. quorum dies prima et ultima. sollennes erant et feriales ab omni opere servili. Quod ezechiel addit de festo prime diei aprilis. et alibi de decima die qua tollebatur agnus. unde et primi mensis solet comparari septimo in sollennitatibus: forte moyses causa brevitatis pretermisit. ut multa ad ampliandum cultum dei superaddita sunt que ezechiel prosequitur: sicut in sabbato de portarum apertione et porta principis. Post primam diem sollennem. id est sextadecima luna torrebant igni spicas recentes et grana manibus confricata. offerebant domino assarium unum. cuius pugillum vel dragmam unam adolebat sacerdos super altare. reliquum vero erat eius. Per hac oblatione quidam puta-verunt hoc festum non solum azimorum dici sed et festum novorum: errantes. quia legunt nisan quandoque vocari mensem novorum. Ab hac sextadecima die. dicit iosephus. numerari septem ebdomadas: post quas statim erat penthecoste. Alii dicunt eas numerari ab altera die sabbati. quod erat in diebus azimorum. quia littera historie sic videtur sonare. Alii ab ipsa prima die azimorum. nec plures quam quinquaginta dies inter pascha et pentecosten inveniantur. Certior sententia a qua est prima die azimorum. l. est pentecoste et a secunda quinquagesima: est secundam pentecosten. In qua offerebantur panes novi sicut secunda die azimorum grana. et ita duo dies quinquagesimi leguntur numerati. In his diebus septem per singulos dies offerebantur in holocaustum eedem hostie. que et in neomenia: cum libaminibus suis.

Penthecoste: De penthecoste.

Penthecoste: sonat quinquaginta. Pentaconteum: quinquaginta. hebraice asarta. vel penthecoste. ipsa quinquagena dierum. Quibus completis: ultimus dies dicebatur festum penthecostes. id est completivus quinquaginta dierum. Fiebat autem in memoriam date legis. que quinquagesimo die ab exitu de egipto data est. Eadem sollennitas dicebatur festum ebdomadarum. quia supputatis ut dictum est septem ebdomadibus ab altera die sabbati azimorum: fiebat. Quod si volumus sequi iosephum: sabbatum dicemus hic primam diem sollennem azimorum. Dicebatur et festum primitivorum. quia tunc offerebantur de novis frugibus duo panes duorum assariorum de alphita siccata facti secundum iosephum et fermentati. et ideo nichil ex his ponebatur super altare. et cum eis due agne in esum tantum sacerdotum. et nichil ex his in crastinum relinqui permittebatur. Erat et hoc festum septem dierum. et per singulos offerebantur eedem hostie. que et in neomenia. et in di-

ebus azimorum: cum libamentis suis. Tamen videtur velle Iosephus tunc immolari vitulos tres. arietes duos. agnos quatuordecim. De festo tubarum. 29

Prima die mensis septimi duplex erat sollennitas. Neomenia: et festum clangoris vel tubarum. Unde. Buccinate in neomenia tuba. In qua buccinabant cornibus arietinis: quia ea die liberatus est Ysaac ne immolaretur ariete substituto pro eo. Dicebatur etiam festum septimanarum. vel sabbatum mensium: quia hic mensis fere totus erat sollennis. Ea die preter oblationes neomenie offerebantur in holocaustum vitulus unus. aries unus. agni anniculi septem: hircus pro peccato cum libamentis suis. Traditur quod sub introductum est a iudeis de ceteris: ut pro igne in immolatione Ysaac parata [illegible]rent. Iterum a modernioribus translatum sit ceterum ad decimam diem. quia est pro mortuis: forte pro spe resurrectionis. De festo propitiationis.

Decima die eiusdem mensis erat festum propitiationis. quia rediit eadem die Moyses ad eos: referens dominum eis placatum super offensam vituli conflatilis. Eadem die ieiunabant homines et iumenta a vespera usque ad vesperam: pro memoria vituli dicebatur et dies afflictionis. Dicebatur quoque et dies expiationis. quia eo die sanguine vitule rufe expiabatur tabernaculum et altare. ut predictum est: et fiebat cinis ad expiationem immundorum: et ipsi expiabantur a peccatis illius anni per emissionem hirci a populo [illegible]. Erat autem oblatio diei illius. vitulus unus aries unus. agni anniculi septem: hircus pro peccato cum libamentis suis.

Quinta De scenophegia.

decima die mensis eiusdem erat scenophegia. quod sonat fixio tabernaculorum: vel umbraculorum in qua per septem dies sub umbraculis habitabant in memoria quadraginta annorum. in quibus fuerunt in deserto sub tabernaculis. Unde et festum tabernaculorum dici solet. Protelabatur autem .vii. diebus: quarum prima et ultima erant sollennes. Octavas etiam dies erat sollennis. non quia esset de scenophegia: sed quia ea die conveniebant ad faciendam collectam. forte in usus pauperum. vel in alios usus communes. Unde et scenophegia quandoque legitur esse festum octo dierum. Sed patres illi non servierunt ogdoadi. Traditur quoque in quatuor diebus interpositis a die decima usque ad hanc: hebreos observare ieiunia. Tradit Iosephus quod in his octo diebus ferebant in manibus ramos myrte et salicis et summitates palmarum et virgulas mali persici. fiebatque de cunctis fructibus terre. oblatio domino in gratiarum actione. Oblatio vero septem dierum: hec erat. Prima die offerebantur in holocaustum vituli .xiii. arietes duo. agni anniculi quatuordecim. et hircus pro peccato. cum libamentis suis. Eadem oblatio in arietum agnorum et hircorum fiebat per singulas dies sequentes: sed de numero vitulorum subtrahebatur unus in dies. In secunda .xii. in tertia .xi. in quarta .x. in quinta .ix. in sexta .viii. in septima .vii. In octava que et erat sollennis. offerebatur vitulus unus aries unus agni anniculi .vii. et hircus pro peccato. cum libamentis eorum. forte in septem diebus facta est subtractio vitulorum. ut in summa fierent .lxx. in memoriam quia in .lxx. animabus intraverunt Egiptum. Hee sunt oblationes holocaustorum in septem sollennitatibus et fiebant de publico: nec propter hec cessabat indesinens sacrificium. nec hostie spontanee. vel votive. Et nota quod ille tres sollennitates. que septem diebus protelabantur. precipue dicebantur et sabbatum quod interveniebat in illis diebus. dicebatur sabbatum sabbatorum. quasi sabbatum festorum.

Alias festivitates adiecerunt his hebrei

propter varios eventus. sicut enchenia et purim. i. festum hester. sed non dicuntur legales. i. non sunt in lege instituta. Nota sollennitates dictas cerimonias. a cereis. i. luminaribus. vel a carie. et mene. quod est defectus quia tunc debent in nobis sordes deficere. quasi carimenie. vel a carendo muneris. i. officiis servilibus. quasi carimunie.

Tradit quod subintroductum est a iudeis de cereis. ut per ignem (immolationem) ysaac paratam significarent. Unde a modernis translati sunt cerei ad decimam diem que est pro mortuis. forte: pro spe resurrectionis.

De votis. 30

Ad dixit quoque dominus de votis mulierum. Vidua vel repudiata quicquid voverint vel in quo iuramento se obstrinxerint: implebunt. Filiafamilias vel uxor: tenentur ex voto vel iuramento: si pater vel vir contradixerit quam cito audierit. Si enim tacuerit et non statim contradixerit: irrite sunt pollicitationes earum. Ipse vero peccatum portabit: si prius tacuit et postea contradixit. Vir autem omne votum aut iuramentum implebit: non forte de continentia.

De destructione madian et prede divisione. 31

Tunc locutus est dominus ad moysen. Ulciscere filios israel de madianitis: et sic colligeris ad populum tuum. Armavit ergo moyses de singulis tribubus mille viros electos. i. duodecim milia: prefecitque eis finees. filium eleazari. Vasa quoque sancta. i. tubas ad clangendum: dedit eis. Qui profecti: hostes vicerunt. quinque reges eorum: et omnes viros occiderunt. urbes. viculos. et castella: flamma combusserunt. Balaam quoque interfecerunt gladio. mulieres et parvulos. et pecora et omnem supellectilem. in predam duxerunt. Dum autem redirent: moyses et eleazar et omnes principes sinagoge egressi sunt in occursum eorum extra castra. Visis quoque mulieribus: iratus moyses. dixit ad eos. Cur feminas reservastis? Nonne ipse sunt. que deceperunt filios israel? Interficite omnes que noverunt viros: et omnem masculinum: virgines tantum reservate. Fecerunt quoque ita. Et reservate sunt virgines. xxxii. duo milia. Et ait moyses. Qui peccastis: eritis immundi. Et qui occidistis: vel tetigistis mortuos: extra castra eritis septem diebus: et purificabimini tercio et septimo die: aspersionis aqua. Preda etiam quam tulistis: purificabitur. Aurum et quicquid per ignem transire potest: igne purgabitur. Quod autem ignem sustinere non potest: aqua expiationis purgabitur. Dixitque dominus ad moysen. Tolle summam eorum que capta sunt. ab homine usque ad pecus: et divides predam ex equo. inter eos qui pugnaverunt: et reliquam multitudinem. De parte vero eorum qui pugnaverunt: separabis domino unam animam de quingentis: et dabis eam eleazaro. Ex media autem parte multitudinis. accipies quinquagesimum caput: et dabis levitis. Quo facto: principes exercitus accesserunt ad moysen: et dixerunt. Recensuimus numerum pugnatorum. quos dedisti nobis: et nec unus quidem defuit. Quamobrem offerimus in donariis domini quod in preda auri potuimus invenire. periscelides. armillas. anulos. dextralia. murenulas. ut depreceris dominum pro nobis. Susceperunt autem moyses et eleazar: et intulerunt illud in tabernaculum.

De sorte duarum tribuum et dimidie. 32

Filii autem israel ruben et gad et dimidia tribus manasse: habebant pecora multa nimis. Et videntes amorream. et basan et galaad. aptas pecoribus alendis. rogaverunt moysen. ut terram hanc eis traderet. Existimans autem moyses. ob timorem pugne et laboris hoc eos quesisse: malignos eos appellavit. eo quod fratribus in erumpna consistentibus. ipsi vellent dele-

cari. Ipsi uero polliciti sunt. quod mulieres et par
uulos in tutis locis ordinarent. caulas o
uibus et stabula iumentis fabricarent. Ipsi
uero armati precederent fratres suos: donec intro
ducerent eos ad loca sua. Sub hac itaque con
ditione. terram seon regis amorreorum et og
regis basan susceperunt. Porro filii machir.
filii manasse: obtinuerunt galaad. Iair uero
filius manasse. occupauit uicos eius et uocauit eos
auothiair. id est uillas iair. **Cathalogus. xl. ii. mansio**

33

Ponitur hic cathalogus mansionum. **num.**
ab exitu de egipto. Fuerunt autem ante
transitum maris rubri: quatuor. Ramasse.
socoth. etham. phiahiroth. A mari ru
bro: usque ad syna: viii. Mara. helim. iam
suph. quod sonat mare rubrum. uel carpeum.
Iam enim mare: suph rubrum. uel carpus inter
pretatur. Et potuit esse lacus carpeus: quia he
brei quamlibet congregationem aquarum uo
cant mare. Post iam suph: desertum sin.
defeca. halus. raphidin. solitudo syna:
A monte syna. usque cades: uiginti una.
sepulcra concupiscentie. aseroth. rethma. re
mophares. lebna. resa. scellatha. mons
seph. arada. maceloth. taath. thare mel
cham. mons galgad. gethebatha. ebro
na. asiongaber. cades. A cades usque ad
campestria moab: nouem. Mons hor. sel
mona. phinon. oboth. iearbarim. dibon
gad. helmon deblathaim. mons abarim.
campestria moab.

elmona
moseroth
baneiacham
gethabatha

De urbibus leuitarum et suburbanis.

35

Tunc locutus est dominus
ad moysen: et distinxit terminos terre pro
missionis ab ortu et occasu meridie et aqui
lone. Et nominauit principes tribuum. qui tran
situ iordane cum iosue et eleazaro. terram
diuiderent. precepit quoque leuitas in omnibus
tribubus dispersos. habere. xl. octo ciuitates
ad inhabitandum. et a muris forinsecus per
circuitum. terram mille passuum obtinere. in
qua suburbana essent. ad pecora eorum alenda.
Ex quibus ciuitatibus sex essent refugii. tres ultra
iordanem. et tres citra: de quibus in deuteronomio
dicetur. **De matrimonio contribulium.**

Accesserunt autem filii machir fi
lii manasse ad moysen: et dixerunt. Filiis
salphaath fratris nostri. nobiscum habere sortem ex
precepto domini. Si ergo nupserint uiris alterius
tribus. quia filii earum sequentur tribum patris: mi
nuetur hereditas nostra. et sortium distributio
confundetur in iubileo. Occasione ergo filiarum
salphaath. hec lex promulgata est a domino per moy
sen. Omnes uiri ducent uxores de tribu et cog
natione sua. ut hereditas permaneat in fa
miliis. ne commisceantur tribus. sed maneant ut
a domino separate sunt. **Historia deuterono mii.**

Quarta et ultima huius hystorie distinctio.
hebraice dicitur elle de
barim. quod sonat.
Hec sunt uerba. Gre
ce dicitur deuterono
mium: id est secunda lex.
Deuteron enim secundum: nomia lex est. Ex hoc
nomine quidam errantes. dixerunt: duas esse le
ges. Unam datam a deo. que in precedentibus
libris continetur. alteram datam a moyse. que
in hoc libro: adducentes in assertionem sui
erroris. quod de illa lege legitur supra. Locutus
est dominus moysi. De ista dicitur. Locutus est moy
ses: ad omnem israel. Ad hec dicebant. quod
multa hic leguntur. que non supra. immo
quedam quasi contraria: quod non fieret. si hec
esset precedentium repetitio. Verius sciendum
est. quia hic pentateucus. non est nisi lex una: que
et ab apostolo et aliis. sepius uocatur lex moy
si. quamuis lex dei. Hebrei quoque uocant hos. v.

libros thorath, id est legem. Hec ob aliud dicitur liber hic secunda lex: non quia predicta hic iterantur: quasi lex iterata. Iterantur autem hic tria: scilicet decalogus, precepta et cerimonie, ad commendationem memorie et ipsorum confirmationem. Beneficia Dei, ad roborandam dilectionem Dei in illis. Flagella, que sustinuerunt murmurantes: ad timorem incutiendum. Sed et in hac iteratione videtur aliqua preditis inesse contrarietas in superficie verborum: in intellectu tamen nulla est. Fuerunt etiam qui dicerent hunc librum factum a Iosue trans Iordanem: quia legitur in principio. Hec sunt verba que locutus est Moyses trans Iordanem. Pro situ enim terre promissionis scriptura sacra dicere consuevit ultra Iordanem vel citra. Dicitur tamen liber Moysi: quia quod Moyses verbo tradidit, Iosue redegit in scripto. Videtur etiam Ieronimus velle quod Iosue magnam huius libri scripserit partem. Verius videtur quod scriptus sit a Moyse: et loquitur Moyses de se tamquam de alio. Sed hoc in principio apposuit Esdras, sicut et in fine de morte Moysi. Preterea cum circa finem libri legatur. Scripsit Moyses legem hanc. Et paulo post. Postquam scripsit Moyses verba legis huius in volumine: precepit Levitis. Tollite librum istum et ponite in latere arche federis. Legiturque longo tempore post inventus in Ierusalem Deuteronomius in archa.

Epilogus: cum additionibus et determinationibus.

Quadragesimo anno ab exitu Israel de Egipto: undecimo mense, prima die mensis, videns Moyses diem mortis sibi imminere: locutus est ad omnes filios Israel et cepit legem explanare, congregans eos secundum Iosephum ad Iordanem in loco ubi nunc civitas Abadal est, locusque palmarum. Sane recapitulationem Moysi prosequentes: que supra dicta sunt omittemus, super addita dicemus, quedam que videntur contraria memorabimus determinando.

Itaque in recapitulando ait Moyses. Dixi vobis illo tempore. Non valeo solus vestra negotia sustinere. Date ex vobis viros sapientes et posui eos tribunos, centuriones, quinquagenarios et decanos. Hoc videtur contrarium predictis. Supra enim: consilio Iethro dictum est hoc factum esse. Verumque utrumque factum fuit. Primo enim ad consilium soceri faciendum secreto disposuit: postea auctoritate et assensu populi complevit. Quod et dicit hic Moyses. Dixistis mittamus viros qui considerent terram: supra vero legitur. Dixisse Dominum. Mitte viros: non est contrarium, quia ad suggestionem populi consuluit Dominum. Ad pusillanimitatem quoque eorum confortandam: iteravit Moyses de victoria regis Og Basan, qui restiterat de stirpe gigantum et in argumentum magnitudinis eius monstrabatur lectus ipsius ferreus in Rabath filiorum Amon, novem cubitos habens longitudinis et quatuor latitudinis.

De civitatibus refugii trans Iordanem.

Separavit Moyses tres civitates refugii trans Iordanem. Bosor in tribu Ruben. Ramoth in Galaath in tribu Gad. Golam in Basan: in tribu Manasse. Harum usus hic erat. Si quis nolens hominem occidisset: confugiebat ad aliquam harum et ibi a consanguineis occisi tutus erat. Si enim extra fines alicuius harum inveniret eum, qui ultor sanguinis effusi esse debebat: impune percuteret homicidam. Erat autem fugitivus ibi: usque ad reconciliationem cum propinquis, vel usque ad mortem summi pontificis, in qua omnes huiusmodi fugitivi securi redibant ad propria. Tamen si propinqui occisi volebant illum impetere quod voluntarie occidisset: et coram civibus urbis eius hoc probarent: tradebatur eis ad occidendum.

Addidit quoque: De dilectione Dei.

Moyses. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota for-

titudine tua. Addidit quoq; cum de manna iteraret. Non in solo pane uiuit hō. s; in omī uerbo qđ. p. o. o. di. Panem uocauit hic: omnē cibum hoīum. Consueuit enī scrip̄tā panem p cibo ponere. Et est sens. Nolite mirari si cibū in solitū dedit uobis dns. qz n̄ in solis usitatis cibis uita hoīum stabilita ē apđ dm. s; solo ūbo pot̄ cāre noua: ex qb; uiuat hō. Addidit q; int̄ bn̄ficia. qđ p. xl. annos in deserto uestimēta eoꝝ n̄ defecīant uetustate. nec sotulares attrita erant. 7 qđ euaserant serpentes flatu urentes circūstantia. qs forte dixit sup̄ ignitos. et scorpiones. 7 dipsades. que latine situle dnr̄. qz p̄imunt hoīem siti. 7 adeo parue st̄. ut cum calcant̄ uix uideant̄. cuius uenenum. añ extinguit qm̄ sentiat̄. nec tristiciā sentit moritur. Dr̄ añ situla p contrarium. Vas enī qđ situla dr̄: aufert sitim. hec añ: affert. Sicut pharet̄ que infert mortē: feretrum q fert. l' aufert mortuū. Vt etiā ostenderet que necessitas incumbet eis obseruandi p̄cepta dnī. in t̄ra p̄missionis: addidit qz n̄ erat terra illa sicut t̄ra egipti. que bn̄ficio fluminis fecūdatur. ubi p hortos aque deriuant̄ irrigue. s; erat montuosa 7 campest̄s. de celo expectans pluuiā. 7 iō ibi p̄imum colendꝰ ds. ut daret eis pluuiā temp̄ib; suis. tēpaneam. s. in autūno l' in hieme iactis seminib; nutriendis. 7 serotinā in uere ad cremen tum. Addidit q; de t̄minis t̄re p̄missionis: dicens. Omīs locus quē calcau̇it pes ur. ur̄ erit. á deserto qđ est in m̄diē. 7 libano qui ē in septemtrione. 7 flumine magno eufrate. qui in oriente. usq; ad mare mediteraneū erunt termini ur̄i. hoc ē mare qđ tirrenū dr̄. Addidit q; q̄ bn̄dictiones 7 maledictiones sc̄ptas in h̄ libro. t̄nsito iordane in ingressu suo dicent̄ in hūc modum. Sex tb; maiores natu. ascenderent montē garizim cum sacerdotib; 7 leuitis. 7 sex minores. montē ebal exregione. 7 q̄ in garizim. omīs bn̄dictiones dicent sup legis obseruatores. 7 q̄ in hebal. respondent amē. Post ascendent sacerdotes 7 leuite. cum aliis sex. t̄bub; hebal. 7 omīs simul omīs maledictiones imp̄carent̄ t̄nsgressorib;. 7 q̄ in garizim: respondent amē. Et nota qđ cum enūaret gentes. qs eicēnt de t̄ra p̄missionis. fere ubiq; sex noīat. cananeū. amorreū. ferezeū. iebuseum. eueū. etheū. In hac iteratione uero: noīat septimum. gergeseū. Itē nota qz abrae p̄missum ē. qđ. x. gēs delent̄. que tunc reuera ibi erant. s; cum uenerūt illuc filii isrl'. iam tres erant delete. filii loth: deleuerant gigantes. filii esau: horreos. Capadoces: partē eueoꝝ.

De decima sc̄da.

Addidit q; moyses. qz n̄ liceret eis comedere decimā in oppidis suis. nec p̄imogenita pecoꝝ. nec p̄micias laboꝝ. nec uotiua. nec sponte oblata. s; t̄m coram dno in loco quem eligeret dns ibi comederent. cum uxore et libis. seruo. 7 ancilla. 7 leuita qui concellaneꝰ ēēt. In quo p̄cepto uident̄ fraudari leuite: qb; p̄missa debebant̄. Proin quidā dnt̄ hoc semel fc̄m: cum p̄imo. s. t̄ram optinuerūt. Tunc enī obtulerunt p̄dicta dnō. 7 deinceps reddiderūt ea leuitis. Sz hoc nich ÷. qz n̄ dū dns locum sibi elegerat. in terra. Proin alii dicunt qz singul' annis hoc fiebat: sic. Primā partē decime tocī. ut p̄imā gelimā grani. p̄imā amphorā uini. l' olei: separabat sibi qui decimā dabat leuitis. 7 illam modicā partē decimarū ferebat secum in ierlm. 7 epulabat̄ inde coram dno. 7 hoc inde coniectant.

a · lxl m.

quod hec decima precipitur poni in cartallo. quia
uas modicum est. nec uerum capit decimam. Se-
cundum de primitiis et primogenitis et uotiuis et
spontaneis. nichil determinant. Unde uerior
est hic traditio hebreorum.
Singulis annis hebrei faciebant duas
decimationes bonorum suorum. Primam separa-
bant leuitis. De hac dictum est. Desudet
elemosina in manu tua. donec inuenias
cui des. id est illum cui debes. Item noue reliquas
partes decimabant et hanc secundam decimam
sibi reseruabant et ex ea ter in anno cum
ascendebant in ierusalem oblationes et epulas
sibi et domui sue faciebant et leuitam con-
tellaneum. qui etiam cum ipsis ascendebat inui-
tabant. In eosdem usus etiam reseruabant secundum
animal post primogenitum. quasi secundum primogenitum.
Et similiter post primitias tenderunt sibi reponebant.
quasi secundas primitias. Qui autem ampliora his in
tribus festis expendere uolebat: aliqua de
bonis suis ad hoc separabat et cum predictis
reseruabat. uouens illa domino. Preterea quedam
etiam in illis sollempnitatibus preter ea que dixi-
mus sponte quedam expendebant. ad honorem
domini et hec secundaria precepit ferri moyses ad
locum sanctum et comedi coram domino. Tamen remotio-
ribus licebat ista uendere in loco suo et fer-
re precium secum et emere sibi in ierusalem quod
desiderabat anima sua. Preterea tertio anno
duabus decimis sublatis ut diximus: tertiam
faciebant tertiam decimationem in usus pau-
perum et hanc reponebant apud se. ut ha-
berent unde darent peregrino et aduene et
pupillo et uidue egentibus: et etiam leuitis si
indigerent. In usus uero propriis tamen ex hac ni-
chil impendebant. Et de hac dictum est omni
pecoris de tribue.
Addidit quoque: quod si etiam frater aut
uxor. aut filius. aut amicus specia-
lis. persuaderet aliquem ad cultum ydolorum.
forte propter affluentiam que sequebatur genti-
les: non occultaret eum. sed conuictum aut con-
fessum populus obrueret lapidibus: et ille cui
persuaserat primus poneret manum suam super
eum. Eodem modo ciuitas ad usus ciuita-
tem insurgeret et deleret eam: si persuaderet re-
cedere a cultu dei. Incisuras etiam et caluitium
super mortuos fieri prohibuit. quod est sangui-
nem suum fundere et capillos tondere et sa-
crare mortuis: ut ethnici faciunt. Prohi-
buit quoque morticina comedi: sed addidit.
quia illa et sibi inmunda. possent dare
aut uendere peregrinis et aduenis quia alie
nationes licite multis uescuntur. que in-
terdicta sunt hebreis. Septimo quoque anno quie-
tis terre addidit moyses ne creditor exi-
geret debitum a debitore: hebreo dumtaxat.
A peregrino poterat exigere: et ob hoc uocauit
annum illum remissionis. non eius tamen cuius
erat iubeleus. In iubileo enim dimittebantur
debita. in hoc differebantur petere. Prohibuit
quoque in primogenitis bobus arari et uellera pri-
mogenitorum tonderi. per quod innuit. nichil de
primogenitis debere sumi in usus proprios.
quod leuitarum erat. quod si maculam haberet pri-
mogenitum: poterat comedi in loco suo:
sed non coram domino.
Repetens quoque moyses de festo pente-
costes: ait. Septem ebdomades nu-
merabis tibi. ab ea die qua falcem in sege-
tem miseris et celebrabis diem festum eb-
domadarum domino deo tuo. Hoc ut dicit ieronimus
hebrei nec ad litteram nec ad spiritum custo-
diunt. Tamen enim non eodem die fieret pen-
tecosten. quia alii tardius. alii citius metunt.
secundum statum regionum suarum. Fuerunt qui
dicerent quoque agricolam a prima die mes-
sionis sue quinquaginta dies computasse.

et eadem die sibi et suis sollemne epulum pas-
se et diem festum egisse. non quidem penthe-
costen legalem. sed pro collectis omnibus quibus diem
agebant sollennem. Tradit iosephus.
quod quintadecima luna phase. die .s. sollem-
ni azimorum: offerebant grana confricata
domino et hec erat prima missio falcis in
segetem. et a sexta decima luna numerabant.
.vii. ebdomadas. post quas faciebant pentecosten.
Quidam tamen ut supra dictum est. dicunt a die domini-
ca que est in festo azimorum debere numerari.
.vii. ebdomadas: quod legitur in leuitico. Ab altera
die sabbati numerabitis. De appellatione ad

Precepit quoque: summum sacerdotem.
Ciuitatum iudices sedere in portis.
qui iudicaturi et extrinsecos et intrinsecos
definibus ciuitatis. et ut in ore duorum aut
trium testium periret qui interficeretur ab eis. et quod
manus testium prima fieret in illum. Quod si
contingeret iudices illos ambigere de sententia
aliqua. ascenderent ad summum sacerdotem: et quod
iudicaret ille fieret. Quod si quis ei sententie
non obediret: interficeretur. De his iudicibus
ciuitatum dicit iosephus. quod septem eligebantur
in ciuitatibus singulis. uirtute et studio
iusticie excepti. unicuique uero eorum dabantur
duo uiri. ministri de genere leuitarum. testimo-
nium mulierum non admittebant propter le-
uitatem. nec seruorum propter ignobilitatem animi. pro
qua de facili uel pro timore poterat corrumpi.
uel pro lucro. In appellationibus non licebat pon-
tifici iudicare sine propheta et senioribus loci il-
lius quem elegerat dominus. De iusticia regis.

Addidit quoque quod si constituere re-
gem sibi crearent non alienigenam.
sed contribulem. qui sine consilio pontificis.
et seniorum. nichil ordinaret. In ocio semper
deuteronomium legeret. uxores sibi non
multiplicaret. ne auerterent eum a recto.
equos. aut opum pondera non multiplicaret.
ne potentior factus seuiret in subditos: termi-
nos terre. uel ipse uel alieni non mutaret. Hoc
enim periculosum est. ut leges transcendat qui metalla terra-
rum transmutat. Hoc preceptum primum
transgressus est salomon. qui glacie. quod tamen
reliquerat in ierusalem auri et argenti: quantum
inueniatur ibi eris et ferri. Tandem tamen penitu-
it ut tradunt: de quo post dicetur.

I[illegible] De maleficiis abiciendis.
quoque haberent secum ariolos. id est inspectores fibra-
rum circa aras. pro cognoscendis futuris. et con-
iectores somniorum. et augures. id est gestus auium.
aut garritus attendentes. id est pon[illegible] dentes.
maleficos. id est immolantes hominibus [illegible] tes pu-
eros demonibus. uel nulla fedita salute
lustrantes. Incantatores [illegible] id est presti-
giosos: qui intuentes fallunt. phito-
nes. id est uentriloquos. qui per spiritum malignum
locuntur. a phitio id est apolline sic dic-
tos. diuinos. id est aruspices. id est astrorum in-
spectores. nigromanticos. qui carminibus
uel sacrificiis euocant mortuos. quod prophetam
suscitaret eis dominus de gente eorum. illum

De talione quoque [illegible] audirent.
De legis occasione falsi testis apposuit.
ut si diligentissime perscrutantes depre-
henderent falsum testem. redderent ei quod co-
gitauerat facere proximo suo. animam pro
anima. oculum pro oculo. dentem pro dente. pedem
pro pede. De timidis et sollicitis remo-

Addidit quoque uendis ab exercitu.
Ad de exercitu progressuro ad pugnam.
ut primo sacerdos exercitum admoneret. ne
timerent hostes. et sperarent tamen in domino.
non in armis et robore suo. deinceps quisque
princeps turme sue loqueretur et diceret. Quis
est uobis formidolosus est? Reuertatur ne
pauere faciat fratres suos. preterea etiam sol-

lictos pro negotiis implicitis que reliquerat.
reditu superet. Specificabat autem tria ne
gotia. quibus maxime affectus tenetur
humanus: dicens. Quis est homo qui edifica
uit sibi domum nouam et non dedicauit. uel
inchoauit eam? Reuertatur: ne forte mo
riatur in bello et alius dedicet eam. Quis est
homo qui despondit uxorem et non accepit eam?
Reuertatur: ne forte moriatur et alius acci
piat eam. Quis est homo qui plantauit ui
neam et necdum fecit eam communem. de qua
omnibus uesci liceat. Reuertatur: ne forte
moriatur et alius eius fungatur officio. Quod
sic intelligitur [illegible]. Si nouella uinee
planta fuit etiam cum uio ante quartum an
num in eodem usus fructum faceret. Immun
dus e[illegible]rat. quia natura preter
tempus uim fecisse uidebatur. nec ex eo pri
mitias deo offerre. aut ex eo primitias
deo offerre. aut in templo ecclesie licebat. Quarto
uero anno uindemiabatur domino. Omnem enim
fructum huius anni deferebat homo ad
urbem sanctam. cum secunda decima aliarum
frugum ut epularetur ex eis coram domino. Quinto an
no fiebat homo dominus uinee et uindemiabat
sibi. Sexto anno et deinceps: erat quasi com
munis omnibus secundum consuetudinem e
orum talem. Intrantibus gentibus. licebat in
trare uineas: [illegible] et tamquam de pro
priis saciari. Sed extra deportare: fas non erat.
Nec uindemiantes: de his que ad tor
cular portabantur. gustare prohibebant
sed occurrentes. Alia translatio: plantata est.
Quis est homo. qui plantauit uineam et de no
uella eius non bibit.

Addidit quoque: ne cum gentibus terre pro
missionis federa inirent. sed penitus
exstirparent. in quo post grauiter pecca
uerunt. Cum finitimis autem gentibus: pa
cifici quantum possent et federati erant. Egressi
uero ad pugnam. si in uno captiuorum mulierem
quis uideret pulcram. uirginem seu iam nuptam.
et uoluerit eam habere uxorem. non prius cubile
eius ascenderet. donec illa raserit caput et cir
cumcidat ungues et lugubre scema susci
piens defleat parentes et amicos quos ami
sit in bello xxx. diebus. ut tandem luctu sa
ciata. conuitatur ad epulas nuptiales. Tunc
liceat uiro eam humiliare. Quod si saciatus
fuerit et non sederit animo eius: dimittat eam liberam.
Non enim licet ei. aut reuocare eam in serui
tutem: aut uenundare alii. Maleficium quoque
suspensum in patibulo. eadem die iussit de
poni et cadauer eadem die sepeliri. quia male
dictus erat omnis pendens in ligno. et sufficiet
ad penam. quod turpem et maledictam susceperit
mortem: ne ulterius pena tenderetur. Abho
minabile quoque dixit apud dominum: si aut muli
er ueste uirili. aut uir ueste feminea u
teretur.

Addidit quoque de
differentia ingredientium ecclesiam dei. sic.
Non intrabit eunuchus attritis uel amputa
tis testiculis et absciso uerętro ecclesiam dei.
nec manzer usque ad decimam generationem.
Ammonites et moabites etiam post decimam
generationem non intrabit in eternum. Quia hii
prohibiti propinquis hebreis exeuntibus de egipto
occurrerunt eis cum pane et aqua. et cum scirent
eos siti laborare in deserto et conduxerunt
ad usus eos balaam filium beor. Potest in
gressus in ecclesiam dici. ingressus in atrium
mundorum. a quo arcebantur quidam in eter
num. quidam ad tempus. scilicet uel usque ad termi
num dierum suorum. quibusdam alibi uel usque ad termi
num successionum de quibus hic agitur. Hebrei
uero tradunt dicens ingredi in ecclesiam dei.
id est de filiabus israel ducere uxorem et sic in se.

in gn̄e suo fieri de q̄ dictū secūdum hoc frustr̄
uidetur de eunucho esse p̄missum. Sz neq;
si ille uellet uxorē de isrl̄. ob pecuniam l̄
hereditatē. l̄ ob quamlibet causam: ei n̄ licet.
forte q̄ solum manzerē noiauit: n̄ exclu
debatur ab ecclia spurius l̄ nothus. Manzer
autē p̄prie ē de scorto natus: spurius de ɔcubina.
p̄ spurcitia incontinentie. Nothus: qui de
adultera. Videtur enim cū non sit: uerus ēē de
matrimonio filius: sicut 7 nothas febres dicimus.
que uere quartane aut huiusmodi uident̄. n̄ sunt
autē. Manzer u̇o n̄ copulabatur filiab; isrl̄.
nec filius ei etiam de legitima. nec nepos. usq;
ad decimū successorē. Hic poterat intrare
ecclesiam. q̄ penitus extincta erat memo
ria antiqui opprobrii. Ecclia n̄ solū man
zeres. sz 7 spurios excludit ab ordinib;.
De hoc q̄d p̄hibiti sunt duo p̄dicti p̄pli intra
re: augustinus dicit q̄ in decima generati
one poterant. p̄pt̄ ruth moabitidā que in
trauit. de q̄ booz filius salmō genuit obeth. Sz
q̄ generationē ruth nescim̄: ab abraā ɔtem
paneo moab. x. numeram̄ generationes. us
q; ad matrimoniū ruth. Q̄d aūt additū ē
in p̄hibitione. in eternum: p̄ hoc q̄d ibid p̄
missum ē. debet exponi. s. n̄ post decimā
generationē. l̄ q̄ dixit. āmonites 7 moabites.
q̄ noīa sunt masculini generis. nec dixit. āmo
nitas 7 moabitas: de uiris fc̄a ē p̄hibitio.
n̄ de mulierib;. q̄ forte nec mulieres con
currerunt hebreis in deserto.

Addidit quoq;. Non erit meretrix. nec scor
tator: in isrl̄. Non offeres mercedem
p̄stibuli. nec pretiū canis in domo dn̄i
dei tui. Q̄a ut dicit iosephus. mercedē p̄ coitu
canis uenatici. l̄ custodis gregū n̄ licebat
offerri: q̄ ex his que de ɔtumelia p̄cedunt.
diuinitas n̄ delectatur. Item. n̄ fenerabis pe
cuniam ad usurā. nec fruges. nec aliud
aliq̄d huiusmodi tuo. sz alieno. Sz q̄d dcm̄ est de
fr̄e: p̄ceptum ē. Q̄d de alio. p̄missio: sicut
7 p̄missio fuit. q̄d sequitur de libello repudii.

V ir apud **de libello repudii.**
quē uxor sua n̄ inueniebat grām p̄pt̄
aliquā feditatem. que multimo de pue
nimus scribebat q̄d n̄ quasi ɔueniebat cum
ea. 7 causam ob quam displicebat ei mu
lier ne conueniret: et tradebat libellum
in quo scripta erant hec mulieri. ut corā sac
dotib; legerent. 7 cum iurasset uerum ēē q̄d
scripserat. licebat utriq; alii copulari. Q̄d si
ingrederetur mulier ad alium. qui itm̄ da
ret ei libellum repudii. p̄ori uiro n̄ lice
bat eam recipe: q̄ abhoīabilē fecerat eā
coram dn̄o. Modo p̄ nulla feditate uxor
excluditur. n̄ ob solam fornicationē. nec sic
etiā licet eos migrare ad secunda uota. Tn̄
quedam ecclie m̄ de nouo introduxerunt
leprā: q̄ morbus serpens ē 7 ɔtagiosus.
Item qui nup accepit uxorē. non p̄du
cetur ad bellū. nec ei quicq̄ni necessitatis
publice iniungetur: ut uno anno letetur
cum uxore sua. Potest aūt annus iste
intelligi nuptialis. n̄ usualis: decē. s.
mensium tm̄. Iuxta quē numerum dr̄ annus
luctus. q̄ mortuo uiro. n̄ licet uxori transi
re ad alium ante x. menses. q̄a forte ɔce
pit de p̄mo: et posset fieri dubiū. cui
uiroꝝ ascriberetur esse partus. Item p̄hibu
it quoq; ne sibi ancillas ducent uxores.

I de plagis: quatenus maior quadrage
tem. Si uiderit iudex reum **na.**
dignum plagis tm̄: p̄sternet eū corā
se. 7 faciet uerberari. P̄ mensura pcc̄i erit
et plagaꝝ modus: ita dumtaxat ut quadra
genariū numerum n̄ excedant. Sic et peni
tentes excōmunicatos plagis cedimus.
secūdum numerum usuum alicuius p̄s mi: quē

dum cedunt cantant. Jose. dicit xl. plagis
una minus. habena publica uerberandum. li
berum autem hominem turpissimum erat: penam
hanc sustinere. *De suscitatione seminis*

Item que *et modis discalciandis.*
sine filiis a uiro suo fuerit relicta. accipiet eam frater eius.
et primogenitum ex ea filium fratris defuncto
adnominabit. i. filium fratris defuncti. non suum uoca
bit. et nutriet hereditatis successorem quem sus
citauit. Quod si noluerit frater suscipere relictam quam
debet ex lege: interpellabit mulier iudices
in porta. Et accersito eo: si accipere noluerit
eam mulier coram eis tollet calciamentum de
pede eius et spuet in faciem eius et dicet domus
eius domus discalciati. obprobrium in israel.
Alibi legitur. quod qui ducturus erat eam: alius
discalciabat illum. secundum quod Iohannes dicit. Non
sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius.
Quod forte fiebat. si proximo erat alius ducturus
eam: si frater repudiaret. Quandoque enim nullus
ducturus erat eam: et tunc mulier discalcia
bat eum. Quandoque etiam frater non interpellante mu
liere protestabatur iudicibus. se nolle habere
eam: et tunc ipse se ipsum discalciabat. Unde
alibi legitur. quod nolens suscitare semen
fratris: se discalciabat. Item. si mulier apprehen
derit uirilia uiri alterius rixantis cum ui
ro suo: abscide manum eius. nec flecteris su
per ea misericordia aliqua. Item. Non habebis pondus
et pondus. mensuram et mensuram. i. maiorem
cum qua emas. et minorem cum qua uen
das. Hoc enim: abhominabile est deo.

Addidit quoque moyses
de quibusdam permixtionibus rerum
diuersi generis cauendis: dicens. Non seres
uineam tuam alio semine: generis. s. et le
guminis. ne et sementis quam seuisti et
que nascuntur ex uinea. pariter sanctificen
tur scilicet unam decimam et singulares pri
mitias des. tamquam de uno agro. cum de
utroque fructu. separatim danda sint. Uel ne
hac occasione uelles primitias seminis uel ui
ni non dare: quia non simul sanctificantur. Nam
seminis primo anno: uinea quarto. Fac
ta quoque altera sanctificatione: forte putares sufficere
ad unius anni sanctificationem. Alia littera
habet: ne pariter suffocentur. Quod uidetur iose.
uelle: dicens hanc communionem prohibi
tam esse quia dissimilium commixtione natura
non letatur. Item. Non arabis in boue simul
et asino. Cuius sensum ponit iose. uobis. s.
in terram arandam esse. ut nomine asini quelibet
hec alia animalia exclusa esse intelligamus. He
brei tradunt. ob hoc dictum: quia noluit dis
similem iumento. i. asino. regem iumentorum
copulari. Quatuor enim quasi regia animalia
ostendit dominus ezechieli. Homo enim: rex est omnium
animalium. Sub quo leo est rex ferarum. Aquila:
rex auium. Bos est rex iumentorum. Quidam he
brei pueriliter exponunt. quia s. bos rumi
nat. putaret asinum ipsum comedere et fame
afficeretur et deficeret. Item. Non indueris ue
stimento: quod ex lino lanaque contextum est.
Quia ut dicit iose. hec uestis solis sacerdotibus
erat concessa. Hoc usque adeo obseruant iudei:
ut nec pelles. nec aliquid laneum ueste filo
lineo consuant. Tradit quoque iosephus. in
mixta diuersi generis prohibita commisceri: ne in
iuria hec transiret ad homines. ut pecudibus con
misceri licitum putarent. Multa enim in
minoribus prohibita dicit: ne ad maiora
per simile fieret accessus.

Precepit quoque dominus. ut cum dominaren
tur intra promissionis delerent ama
lech de sub celo: quia ipsis transeuntibus per de
sertum plurimum nocuerunt. Extremos
s. agminis. i. fessos et leprosos et semine
fluentes. eos s. quibus non erat fas ingredi

castra: interficientes. Et subdit dominus: hic precepto. Caue: ne obliuiscaris. Quod quia transgressus est saul: translatum est regnum a domo eius. Item. Cum intraueris terram promissionis. tolles de cunctis frugibus tuis primicias. et pones in cartallo uase. s. uimineo. ibisque ad locum quem dominus elegerit. et facta oblatione. stans e diuerso altaris gratias ages deo. coram sacerdote. quod liberauit patrem tuum iacob a syro. eum persequente. s. laban: et filios eius de egipto. et tandem dedit tibi terram lacte et melle manantem. Hoc semel tantum quidam tradunt in ingressu terre. sed singulis annis tradit iosephus. has gratiarum actiones agendas. in scenophegia. in nobis in die. et uespere et mane: iugiter testificanda ab eis dona di dicat. Item. Quando transieris iordanem. edificabis altare domino de lapidibus quos ferrum non tetigit. et offeres hostias domino: et scribes super lapides omnia uerba legis huius. plane et lucide. Item. Postquam enumerauit moyses benedictiones obseruantium legem. et maledictiones transgressorum: in fine maledictionum ait. Reducet te dominus classibus in egiptum. ibi uenderis hostibus tuis in seruos et ancillas. et non erit qui emat. In alexandria enim ut dicit iosephus multa milia iudeorum sunt uendita. et uix habuerunt emptores. In hac recapitulatione ponit iosephus. ne uenenum aut mortiferum quod illus israelitarum habeat. et apud quem inuentum fuerit moriatur: hoc patiens quod ille contra quem confectum probatur. pateretur.

Facta recapitulatione tradidit moyses deuteronomium leuitis. ut reponerent eum in archa domini. ut in vii. anno remissionis legerent uniuersis utriusque sexus audientibus in diebus scenophegie. a summo sacerdote: in edito ut dicit iosephus. Itemque ait moyses. Scio contentionem tuam. et ceruicem durissimam. Adhuc me uiuente uobiscum. semper contentiose egistis contra dominum. quanto magis cum mortuus fuero. Ideo tamen moneo uos: ne faciatis. Ideo uero quod in testimonium habet ad monitionis dedit in hominum testimonium. aut initiale est. quod mortales sunt: inmortalia elementa inuoco in testimonium. Locutusque est moyses audiente uniuerso cetu: uerba carminis huius. Canticum testimonii.

Audite celi que loquor. audiat terra uerba oris mei. etc. iiii. Huius hunc uersum tantum: ad litteram exponimus. Constituit terminos iuxta numerum filiorum israel. i. secundum numerum personarum que intrauerunt egiptum: posuerat dominus nationes linguarum. Hebreus sic legit. Constituit dominus terminos populorum. secundum terminos filiorum israel constituit iuxta numerum. q. d. Israel tanquam carum numerauit: alios quasi uiles. numero non distinxit. Alia editio habet: iuxta numerum angelorum dei.

De morte moysi. postquam benedixit

Locutus est dominus ad moysen: ppto. eadem die. Ascende ad montem abarim in montem nebo. i. per illum transi in istum. et uide terram chanaam: et morere. Sed antequam ascenderet moyses. benedixit filios israel. Benedictionem uero incepit: in hunc modum. Dominus de syna uenit: et de seyr ortus est nobis. Apparuit de monte pharan: in dextera eius ignea lex. Tradunt hebrei. quod dominus misit angelos suos ad ydumeos. et hismahelitas in pharam: et optulit illis legem suam. Quam cum recipere nollent. uenit ad iudeos in syna monte. cum multis milibus angelorum. Datis benedictionibus singularum tribuum. ascendit moyses. scilicet nebo. usque in uerticem ipsius: qui dicitur phasga. Et ostendit ei dominus omnem terram promissionis. usque ad mare nouissimum. et partem australem.

et latitudinem campi iericho. q alio nome
dicta e ciuitas palmar. usq segor. Mor
tuusq e ibi moy. in terra moab: dno iu
bente. Et sepeliuit eu dns in ualle terre
moab: 7 n cognouit ho sepulchru eius.
usq in hodiernu diem. Qd ideo fcm au
tumant hebri: ne ipi p deo moysen cole
rent q proni erant ad ydolatriam. Mo
yses. c. xx. annor erat: qn mortuus est.
Nec du tn caligauat oclus ei: nec den
tes ei moti st. Et fleuunt eu filij isrl: tri
ginta diebus.

Et n surrexit ultra ppha in isrl: sicut
moy: que nosset dns facie ad faciem: i.
a deo familiarit. Hoc capitulu finale
ut fert apposuit esdras. sic ab illo loco.
ascendit moyses. usq ad hunc: fert iosue
apposuisse. Expliciunt historie penta
teuci: i. v. librorum moysi.

Trigoni ex partib qndenarij aggrega
tis usq ad. xv. iuxta natalem ordine nu
orum 7 ex oib in suma: efficit numerus
annor moysi.

Hec st uerba que locutus e moyses
ad omne isrl: i. qb corripuit isrl de
x. temptationib qb teptauat dnm. Vn
in numis. Et teptauunt me: iam p x.
uices. Bis temptauunt p aque penuria.
De pma: in exodo legitur. Ait ppls ad
moysen. Da nob aqua: ut bibam. De
scda: legit in nuis. Hec est aqua 9dictio
nis: 7 c. Has duas notauit hic: cum
dix. in solitudine. Bis etia teptauunt:
in manna. Semel: cum reseruauert
in altam diem. Vn in exodo. Nullus
reseruet ex eo: usq mane. Scdo: cum
collegunt in sabbo. De qua p: in exo
do. Venite. vi. dies: et egssi de poplo
ut collignt. n inuenerunt. Has du
as notauit: cum ait. int pharan 7 tophel.
7 laban. Pharan: interptat onager. Tophel:
stulticia. laban: albu. q. d. Siluestres
7 stulti: bis temptauert dnm sup albo.
Erat eni manna ut legit. qsi semn cori
andri albu. Due q fuert temptationes
carniu. De pma: in exodo. Vespe come
detis carnes: 7 mane saturabimini pa
nib. De scda: in nuis. Adhuc carnes
erant in dentib eor: 7 ecce furor dni
9citatus e in ppl m 7 c. Has duas nota
uit: cum ait. Et asseroth q e urbs iux
ta solitudine. in cui territorio fca e. sca
temptatio. In qua: pma sub intelligit.
Quattuor alie teptones fuert singule:
nec hoc ordine fce st. Sz nos prius dix
binas. dein singulas. quar una fuit
in campestrib cont mare rubru. ubi n credide
runt moysi dicenti. peremptos egiptios.
s; potius eos subsequi timuert. De hac
dr. Patres nri non intellexunt mirabi
lia tua. Alia notat: ubi ait. ubi e auri pli
mum. hebre ht. Et auri habundantia.
in quo aureu uitulu. Alia notat: ubi ait. xi.
dieb de choreb: p uia montis seyr. hebre
ht. xi. dierum iter. de coreb ad monte seyr.
Tot eni dieb. a loco ydoli uenunt ad
monte. Que cum ascendissent moyse
phibente: cananeus 7 amalechites pcus
sert eos usq horma. Vn moyses: in deuto
nomio. Egressus amorreus psecut e uos.
sic solent apes psequi: 7 cecidit de seyr. usq
horma. Ultima notat: ubi ait. usq cades
barne. ubi ppls uoluit in egiptu redire.
Corripuit g eos moyses de his q fecant
in solitudine: et in campestrib cont mare ru
bru 7 cetera. Incipit hystoria libri io
[L]iber iosue. a noie auctoris sue.
censet: q 7 ihc dcs e. Nam iosue 7 ihc:

idem est nomen. Cognominatus est autem a patre ihesus nave, vel iosue bennun, id est filius nave vel filius nun. Quod idem est. Cognominatur autem sic ad differentiam ihesu filii sirach, pronepotis ihesu magni sacerdotis, qui scripsit ecclesiasticum. Et nota quod secundum hebreos hic incipit secundus ordo veteris testamenti, qui distinguunt vetus testamentum in tres ordines. Primum vocant legem, secundum prophetas, tertium agyographa. In lege ponunt v libros moysi. In prophetis viii: Iosue, iudicum, Samuel, malachim, ysaiam, ieremiam, ezechielem, xii prophetas. In agiographis ponunt ix libros veteris testamenti qui supersunt. Hii dicuntur agiographa, id est sanctorum scripta. Quod nomen commune est omnibus sacre scripture libris. Et quia hii ix non habuerunt eminentiam pre ceteris secundum quam agnominarentur, communi nomine contenti sunt. Sicut hoc nomen confessor generale est omnium sanctorum, tamen quidam illorum secundum eminentiam habent quam aliquam aliis nominibus censentur. Dicuntur alii apostoli, martires et huiusmodi. In hunc etiam modum utitur ordo angelorum communi nomine omnium nuncupatur. Origenes autem secundum grecos in primo ordine vii ponit libros, addens pentateuco iosue, iudicum, et vocat ordinem illum eptaticum, ab epta quod est vii, et teucos quod est volumen. In quocumque autem ordine sit liber hic, historia non mutatur.

De iosue.

Factum est igitur post mortem moysi, et quiescente luctu populi pro eo, locutus est dominus ad iosue filium nun: Moyses servus meus mortuus est. Surge, transi iordanem hunc, tu et omnis populus tecum. Sicut fui cum moyse, ero et tecum. Et eadem que promiserat moysi et fere eisdem verbis promisit ei, et eosdem terminos terre promissionis descripsit. Et nota quod cum dixit: moyses mortuus est, suggillavit errorem quorundam dicentium moysen raptum esse cum helia et enoch, quoniam nullum vestigium mortis eius relictum est. Quod vero addidit: servus meus, destruit et aliorum errorem dicentium moysen damnatum eternaliter propter aquas contradictionis. Quod vero dixit: surge, locutio est, et non est sensus. Non enim credendum est sedisse vel iacuisse cum loqueretur ei dominus. Tunc precepit iosue populo per precones: Preparate vobis cibaria, quoniam post diem tercium transibitis iordanem. Quod de cibariis aliis a manna intelligendum est, quod in tercium diem servari non poterat. Hoc de humano consilio dixit iosue. Neque enim transierunt iordanem usque in septimum diem. Exploratores enim quos tunc misit, per triduum morati sunt. Post reditum quorum triduo expectavit populus diminutionem aquarum et preparavit sibi cibaria iuxta mandatum iosue. Permisit igitur dominus, ut ait augustinus, errare iosue, ne deinceps sine aliquo divino consilio aggrederetur, presertim cum dixisset dominus moysi in electione eius: Iosue succedet tibi. Pro eo siquid agere voluerit eleazar consulet dominum. Quod autem erraverit patet. Ignorabat enim utrum in tercium diem nubes attolleretur, sine cuius motu non movebantur castra. Quidam tamen asserunt hoc per anticipationem dictum, nec mandatum esse a iosue donec redierunt nuncii.

De exploratoribus et raab.

Misit igitur iosue duos exploratores de sethim in iericho. Ipse vero interim movit castra et metatus est ea spatio lx stadiorum a iordane. Exploratores autem sub simulatione fatuitatis diligenter consideraverunt urbem et immunita est. In vespera declinaverunt ad domum raab meretricis, que iuncta erat muro et porte civitatis. Nunciatum est autem regi iericho cananeo viros exploratores esse. Qui cum misisset ad raab ut

educeret eos. abscondit eos in stipula lini. quam
siccabat super murum: mentiens eos egressos.
dum clauderetur porta. Dixitque nunciis. per-
sequimini eos per viam iordanis: et comprehendetis.
Tunc ascendens ad viros quos operuerat: dixit
eis. Novi quod dominus tradet vobis terram hanc.
ex his que audivimus facta pro vobis a domino. Iurate
ergo mihi per dominum. ut quomodo ego feci vobis misericordi-
am. sic et vos faciatis mecum: et cum universa do-
mo patris mei. ut salvetis animas nostras: et uni-
versa que possidemus. At illi iuraverunt. Tunc
dimisit eos mulier per funem coccineum de
fenestra domus: que herebat muro. Et ait
eis. Latete in montanis tribus diebus: donec
redeant qui vos persequuntur. Qui dixerunt ei. Non
tenebimur iuramento. si non collegeris cum capi-
etur civitas omnem domum tuam tecum: et ligaveris
funem hunc in fenestra: ut hoc signo do-
mum tuam cognoscamus. Itaque post tres dies
redierunt exploratores ad iosue: narrantes
omnia que sibi acciderant. Iosue vero et eleazar et
maiores populi: ratum habuerunt iuramentum
eorum. De transitu iordanis. Ca. 3

Postea tribus diebus evolutis: dixit iosue
ad populum. Sanctificamini: cras enim fa-
ciet dominus inter vos mirabilia. Diluculo vero
ait ad sacerdotes. Tollite archam et prece-
dite populum. spacio cubitorum duum milium:
ut videri possitis ab universis. Cumque
intraveritis partem iordanis: siccabitur
instar pavimenti. Cumque precederent sacer-
dotes cum archa: sequebatur universa mul-
titudo. parvulis et mulieribus in medio
collocatis. Precedebantque ruben et gad.
et dimidia tribus manasse. secundum quod pro-
miserant moysi: et erant xl. milia
armatorum. In paralipomenon tamen legitur
quinquaginta milia: nisi quod mixta vicio
scriptorum depravata sunt. Accedentes autem ad

[Margin note: et instar montis intumescentes]

iordanem: repperunt eum inmeabilem. Plus enim
solito. tempore tritice messis excreverat: tum pro
solutione nivium in montibus facta. tum propter
ymbrem serotinum noviter datum. Cumque
intrassent sacerdotes aquam. steterunt aque
descendentes apparebant procul: usque
ad locum qui dicitur sarthan. Inferiores vero aque
descenderunt in mare mortuum. Sacerdo-
tes vero stabant in medio fluminis cum ar-
cha: donec universus populus per arentem alveum
pertransiret. Tunc elegit iosue xii. viros. sin-
gulos de singulis tribubus. qui tulerunt de lo-
co ubi steterant sacerdotes. xii. lapides. iuxta
numerum filiorum israel. in siccum: de sicco vero retu-
lerunt in alveum alios xii. in acervum me-
moriale transitus eorum: et sunt ibi: usque in hodi-
ernum diem. Ad quos iohannes creditur demonstra-
tionem fecisse: cum dixit. Potens est dominus de la-
pidibus istis suscitare filios abrahe. Cumque transi-
isset populus et archa post eos: reverse sunt aque
in alveum suum. Ascenditque populus de ior-
dane: primo mense decimo die primi mensis.
tollentesque secum xii. lapides fluminis.
castra metati sunt in galgalis. per x. stadia.
a iericho ad orientem. l. vero stadiis a iorda-
ne. Iosue vero construxit altare. de lapidibus
quos tulerant: et super illud postea sacrifica-
vit deo. Et nota quia sicut legitur in cronicis
eusebii. secundum hebreos annus ille erat
iubileus: et erat quinquagesimus primus inter
iubileos: qui fluxissent ab initio mun-
di. anni duo milia. d. l. singulis iubile-
is per quinquagenos annos deputatis.
Secundum lxx. vero longe plures anni fluxerant
ab initio mundi. Beda quoque in cronicis
suis ponens numerum annorum secundum hebrai-
cam veritatem: probat de predicta summa annorum
vii. annos defuisse. De circumcisione in galgal. Ca. 4

Eo tempore ex precepto

dum circumcidit iosue populum secundo cultris la-
pideis. Tamen hebrei habent: noua acie acutis. Et est
intelligendum: quod iterum hos circumcideretur
tantum: scilicet paruuli qui nati fuerant in deserto
per .xl. annos incircumcisi erant. Alii uero ex
mandato domini. alii uero ex negligentia pa-
rentum. alii autem ex eorum de cautela: ne forte
mox circumcisis attolleretur nubes et necesse
haberent progredi. et sic periclitarentur paruuli.
Facta autem circumcisione: dixit dominus ad iosue. Ho-
die abstuli a uobis opprobrium egipti. id est preputium:
quia apud hebreos opprobrium erat inmunditie genti-
um. Ob hoc uocatum est nomen loci galgala. id est reue-
latio. quia ibi reuelatus est illis. Fuit autem iuxta eam sancti-
ficatio eius. Post tamen dicit: ob probrium abla-
tum ab eis. seruitutis egipti et labor deser-
ti. Quod congruit secundum aliam nominis inter-
pretationem. Interpretatur enim galgala: liber-
tas. Porro mansit populus in castrorum lo-
co donec sanaretur. Et fecerunt phase .xiiii.
die ad uesperum: in campestribus iericho.
Quod nondum nisi bis factum fuerat. Primo
in finibus egipti: circa ramesse. Secundo:
ad radicem montis syna secundo anno egres-
sionis. Extunc intermissum fuerat cum circum-
cisione: usque ad terram promissionis. Et
comederunt de frugibus terre die altero: azi-
mos panes et polentam eiusdem anni. Est
autem polenta. grana tosta et manibus fri-
cata. ad modum granorum pilotunsi. Et dicitur
polenta: quasi pilenta. Quidam tamen tradunt.
polentam esse pultes de purgatissima
farina factas et dictam polentam quasi pollen-
tam: a polline quod est purgatissima fa-
rina. Statimque defecit eis manna:
quo alti fuerant .xl. annis. De circuitione
iericho.

Eadem nocte
Cum esset iosue in agro iericho
ad explorandum: uidit uirum contra
se stantem: euaginato gladio et ait. Noster
es. an aduersariorum? Qui respondit. Nequaquam. sed
princeps sum exercitus domini. et nunc uenio. Et uo-
cauit eum angelus deum capiende ciuitatem.
et quod eam et uniuersa illi faceret anathema. Cum-
que adorasset iosue pronus in terra: dixit ei an-
gelus. Solue calciamentum de pedibus.
Locus enim in quo stas: sanctus est. Quod intelligen-
dum est: sanctificatus. Qui enim pollutus erat in
habitatione gentium: ad presentiam domini per an-
gelum. sanctificatus est. Porro prudicitatem pedum
in huiusmodi locis scilicet in penitentibus: potest
notari innocentia que talibus congruit.
Eam enim habuerunt primi parentes nudi.
Diluculo autem iuxta consilium angeli .vii.
sacerdotes .vii. bucinis clangebant: ante
archam. Omnisque armatus precedebat archam:
et reliquum uulgus sequebatur eam. circuierunt
que ciuitatem primo die azimorum semel et
sub silentio. et redierunt in castra. Sic fece-
runt .vi. diebus. Die autem septimo: septies
eam circuierunt. Et in circuitu .vii. dixit io-
sue ad populum. Uociferamini et ascendi-
te. Sitque ciuitas hanathema preter aurum et ar-
gentum. es et ferrum: quod conseruabitur domino in
primitias operum nostrorum. Sola raab cum
suis: saluabitur. Igitur uociferante populo et clan-
gentibus tubis: muri funditus corruerunt.
et ascendit quisque per locum qui contra se erat. Et
interfecerunt omne uiuens in ea. et combus-
serunt eam et omnem supellectilem in ea.
in tumulum domino sempiternum. raab uero
honoratam muneribus. cum omni domo
sua receperunt in israel in perpetuum. Quam
procedente tempore duxit salmon in uxorem.
princeps in tribu iuda. Et imprecatus est io-
sue: dicens. Maledictus qui reedificauerit
iericho. In primogenito suo fundamen-
ta illius iaciat: et in nouissimo liberorum

ponat portas eius. quod impletum est: ut post liquebit. **De lapidatione achor.**

Porro achor vel achaim filius charmi de tribu iuda: tulit aliquid de anathemate. clamidem scilicet coccineam. contextam auro. bisitem secundum iosephum auri massam id est ducentos siclos. tulitque totidem siclos argenti. regulamque auream. vel ligulam quinquaginta siclorum. Misitque iosue viros de iericho. qui explorarent civitatem hai. que est iuxta bethel. Qui revertentes: dixerunt. Non ascendat omnis populus. Sufficiunt tria milia: ad capiendam urbem. Josephus tamen: dicit .ccc. Qui cum ascendissent: terga vertentes percussi sunt a viris urbis hai et corruerunt ex eis .xxx. et sex viri. Iosue vero scidit vestimenta sua et iacuit pronus coram archa usque ad vesperam et senes populi cum eo sacris induti. Et liquefactum est cor populi. Verebantur enim ne timor eorum quo invaserat chananeos: transiret in audaciam: adeo ut impetum facerent in ipsos.

Dixitque dominus ad iosue: pollutus est. Populus anathemate: nec ero cum eo donec mundetur. Applicabis populum ad te et facies sortem per tribus et familias et domos et capita: et quemcumque sors invenerit comburetur igni cum omni substantia sua. Quo facto: invenit sors tribum iude. deinde familiam zare. tandem domum charmi. ad ultimum caput achor. Et dixit ei iosue. Fili da gloriam deo: confitendo quod fecisti. Qui confesso: missi sunt nuntii ad tentorium eius. Qui prefatam pecuniam reconditam in terra: retulerunt ad populum. Tollens itaque iosue illum. cum universa domo eius et iumentis et universa suppellectili: duxit eum in vallem profundam. lapidavitque eum omnis israel. et cuncta que illius erant igne consumpta sunt. fecitque super eum acervum lapidum qui permanet usque in presentem diem. Vocatumque est nomen loci illius: vallis achor. Nec putandum est populum neglexisse mandatum domini: quo precepit eum comburendum. Nam in sacra scriptura igni per vehementi pena accipi solet: ut ibi. de fornace ferrea egypti. Putant tamen hebrei. dominum precepisse ipsum lapidari et alia que lapidibus obrui possent: cetera que lapides sentire non possent. igne cremanda.

Tradit autem augustinus. iosue fecisse hoc quadam consideratione. Aut enim penituit achor et sic dignus non erat igne gehennali. et sic noluit eum urere quia dignus igne non erat. Vel si non penituit et dignus erat igne eterno. reservavit domino penam ignis. punivitque eum alio genere pene. ne videretur bis puniturus in id ipsum. **De incendio hay.**

Postera surrexit iosue et omnis populus cum eo: ut ascenderent in hai. Et premisit .xxx. milia virorum inter bethel et hai ad occidentem. Qui dimissis in locum insidiarum quinque milibus: redierunt ad exercitum qui erat ad aquilonem. Rex autem hai festinavit mane egredi cum omni populo suo: ignorans quod post tergum suum laterent insidie. Iosue vero fugiens. cum longius protraxisset eos ab urbe: elevavit clypeum quem gerebat. Quo viso surrexerunt qui erant in insidiis: et intrantes urbem succenderunt eam. Qui egressi post hostes. et iosue impetum faciente in eos: ex utraque parte cedebantur adversarii et interfecerunt omnes a viro usque ad mulierem: .xii. hominum. predam vero sibi diviserunt: suspendentes regem hai in patibulo usque ad vesperam. Tunc deponentes eum. proiecerunt in introitu civitatis. congesto super eum acervo lapidum: succendentesque urbem fecerunt eam tumulum sempiternum. Hic preoccupat historia de altari illo quod factum est inter garizim et ebal. sup

quod scripsit Iosue deuteronomium: et de benedic-
tionibus et maledictionibus factis super montes
illos: de quibus loco suo dicetur. De dolo gabao-
nitarum. Iudic-
ta.

Gabaonite uero audientes
que fecerat Iosue duabus urbibus: et quod ex
mandato domini nulli parceret habitantium in
terra promissionis. nec amicitias cum eis faceret:
callide cogitauerunt inire federe cum israel. mi-
seruntque nuncios. qui de longinquo uenientes.
et in argumentum longi itineris. uteres fere-
bant et sotulares ueteres et pittaciis consutos. pa-
nesque in sitarciis eorum duri erant et mu-
cidi et in frusta comminuti. Et cum uenis-
sent in galgalis dixerunt ad israel. De terra
longinqua uenimus. que est extra terram que
uobis sorte debetur. Serui uestri sumus: ferite federe
nobiscum. Credideruntque eis filii israel: et os
domini non interrogauerunt. Initoque cum eis federe.
iurauerunt eis Iosue et eleazar et omnes prin-
cipes multitudinis. Post triduum uero cogno-
uit israel se circumuentum esse a gabaonitis.
Mouentesque castra: uenerunt in ciuitates
eorum. Egressique sunt gabaonite: obuiam
eis. Et ait Iosue. Quare imposuistis nobis?
Et dixerunt. Timuimus ualde: et de consilio
prouidimus animabus nostris. facite: quod uobis bonum
et rectum uidetur. Tunc acclamauit populus non
esse standum in iuramento. quod per surreptionem
factum erat: presertim cum dominus inhibuisset
talibus confederari. Maiores uero qui iurauerunt
pro religione iurisiurandi seruanda. et
murmure populi sedando. sic dispensauerunt
ut non haberent eos socios. sed seruos aqua-
rios et in tabernaculo lignarios. qui scilicet ligna
cederent et aquas portarent in usus altaris.
in locum quem dominus elegisset. Quo facto: re-
dierunt israel in galgalis. De .v. regibus
suspensis.

Eo tempore reg-
nabat in ierusalem adonisedech: qui
interpretatur dominus iustitie. forte sic uocabantur reges
ierosolimorum. Nam et melchisedech: regem
iustum sonat. Et cum audisset gabaonitas
federatos cum israel: timuit ualde. Et conuoca-
uit secum .iiii. reges: et ascenderunt .v. reges a-
morreorum et obsederunt gabaon. Obsessi
autem miserunt ad Iosue: dicentes. Ascende ci-
to: et iuua nos. Et collecto exercitu: irruit re-
pente super hostes et uersi sunt in fugam per descensum
bethoron. et dominus immisit grandinem super eos.
et plures occidit grando quam gladius. Uidens autem
Iosue solem descendentem ad occasum et lunam
ascendentem. timens ne beneficio noctis e-
uaderent hostes: clamauit ad dominum. dicens.
Sol contra gabaon stans: ne mouearis. et lu-
na contra uallem haialon. Steteruntque sol et lu-
na spatio unius diei. nec fuit prius et antea
tam longa dies. Quinque uero reges absconderant
se in spelunca urbis maceda. precepitque Io-
sue sociis: et ait. Uoluite saxa ingentia
ad os spelunce: et apponite custodes. Uos
autem persequimini hostes. Cesis itaque aduersa-
riis magna plaga: redierunt exercitus ad Iosue
in maceda. ubi erant castra. sani et integri
numero. Et ait Iosue. Producite .v. reges: de
spelunca. Quibus eductis: dixit ad principes
exercitus. Ponite pedes super colla regum isto-
rum. ne timeatis. Sic faciet dominus: cunc-
tis hostibus uestris. Quo facto. suspenderunt re-
ges in patibulis: depositosque ad uesperam.
proiecerunt in speluncam in qua latuerant. et
posuerunt super os eius saxa in tumulum sempi-
ternum. Eadem quoque die percussit macedam et re-
gem eius in ore gladii. Postea uero uasta-
uit lebnam et lachis. eglon quoque et hebron et
dabir: et reuersus est cum omni israel. ad lo-
cum castrorum in galgala. De .xxiiii. regibus occisis.

Quod cum quoque regibus deuictis.
audisset iabin rex asor. misit

ad omnes reges circumstantes. Congregati sunt .xx.
.iiii. reges cum turmis suis. habentes secum .ccc.
milia armatorum et duo milia curruum. Et
convenerunt ad aquas meron: ut pugnarent
contra israel. Dixit autem dominus ad iosue. Ne timeas
eos. cras tradam eos tibi vulnerandos. Equos
eorum subnervabis: et currus igne combures. Fecit
que ita. Percusseruntque omnes filii israel: preter
eos qui in civitates munitissimas se rece
perunt. Fecerunt enim chananei plures mu
niciones per valles. a die qua audierant
egressum israel de egipto adversum se. non eas non
longo tempore et grandi labore optinuit
israel. Vastavit tamen universa circa regionem.
nullis etati hominum parcens. aut sexui. Di
tatusque est super modum: ex hostium preda.

De altari in ebal et de prima distributione terre.

Quintus autem annus iam tamen
fierat et transtulit iosue locum ca
strorum in sylo. et ibidem transtulit taberna
culum cum omni ornatu suo. pro loci oppor
tunitate. et inde processit in sychem. cum
omni populo. et construxit in monte ebal al
tare domino. de lapidibus impolitis. obtu
litque super eo holocausta et pacifica. scrip
sitque super illos deuteronomium. quod quidam
intelligunt mandata tantum deuterono
mii. posuitque mediam partem populi super
montem ebal. cum sacerdotibus et leuitis:
aliam que mediam in monte garizim
cum sacerdotibus et leuitis. et acclamaverunt
alternatim benedictiones et maledic
tiones. sicut mandaverat eis moyses.
Porro iosephus tradit maledicta et benedi
cta in altaribus scripta reliquisse. Quo facto:
rediere in sylo. Concessit autem iosue
tribui iude. montana ad meridiem que
iam adquisierant: sed non tamen sorte tradi
dit. Effraym quoque concessit montana ad
aquilonem. inter utrumque: mediam tribum
manasse collocans. His tribubus committit
terram. aliis in castra manentibus. tum quia
bellicose erant. tum quia digniores. Scie
bat enim iude promissum esse regnum. et manas
se et effraim benedixisse iacob. pro benedictione
eorum patris ioseph. Sed et ipse quoque iosue effrata
erat. Dedit autem effraim extra sortem aliorum
agrum sichem. quem dederat iacob singu
lariter ioseph filio suo: et sepeliuit in
eo ossa ioseph. Ieronimus tamen testatur se
vidisse in sychem sepulcra aliorum .xi. pa
triarcharum et credibile est quod quisque tribus suum
patriarcham in suam tulit sortem.

Hebron data est caleph.

Accessit autem caleph filius iephone ad
iosue: coram omni populo: et ait. Nos
ti quid locutus sit dominus de me et de te: ad
moysen et quod iuravit mihi moyses. in redi
tu ab exploratione: dicens. Terra quam
calcavit pes tuus: erit possessio tua
in eternum. Pollicitusque est mihi dominus terram
in qua invenimus enachim: te audi
ente .xl. et v. anni sunt ex quo locutus est
dominus verbum hoc. Hodie .lxxx.v. an
norum sum: sic valens. ut eo tempore vale
bam. Benedixitque ei iosue: et tradidit
ei hebron in possessionem: et quod cum terra a
pluit.

Quomodo iosue divisit sorte terram .ix. tribubus.

Iam convocavit iosue ecclesiam
in sylo: et ait. Seniores. Bonum est ut ter
ra quam promisit nobis dominus: sorte dividamus.
Et assumpsit de singulis tribubus ternos
viros industrios: ad describendum terram.
deditque eis .x. viros metiendi peritos. quos
propter artem utilitas non lateret: mandans
eis. ne secundum quantitatem terram metirentur.
sed secundum estimationem fertilis terre et quod mi
nus esset ydonea. Unde sepe plus est .x. iuge.

ra: quoniam incertum et quod in septem redigerent terre divisionem. Viri autem circumeuntes terram et estimantes: septimo mense reversi sunt ad eum in Sylo. Proiectisque sortibus: prima sors Iude egressa est. Secunda: Symeonis. Tertia Beniamin. Hec sors angustissima fuit: propter terre fertilitatem. Tulerunt enim Iericho et Ierosolimam. Quarta: Effraim. Quinta: medietati Manasse. Sexta: Ysachar. Septima: Zabulonitis. Octava: Asertis. Nona: Neptalim. Ultima: Danitis. Et notandum quod secundum concessionem terre prius terram duabus tribubus et dimidie et traditionem postea terram sortes .ix. tribubus et dimidie: varie quandoque loquuntur auctores. Legitur enim quod Iudas habuit terram suam sorte et optinuit Ierusalem: nec potuit inde eicere Iebuseum. Que: de concessione dicta sunt. Alibi legitur: quod Beniamin possedit Ierusalem. Quod: de traditione dictum est. Item legitur quod Iosue locutus est .vii. tribubus. Usquequo torpetis ignavia? Date mihi viros qui dividant vobis terram. Cum hoc omnibus dixisset: septem tamen legitur hoc dixisse quia due tribus et dimidia terram concessam quasi traditam possidebant. Item est quod hoc nomen Iudea tota terra promissionis. Et tota a Iudeis dicitur. secundum quod dicitur Pompeium Iudeam fecisse tributariam. Quandoque Iudea tantum regnum Iuda: ut ibi. Audivit Ioseph quod Archelaus regnaret in Iudea. Quandoque pro sola sorte Iude: ut ibi. Iudea et Ierusalem: id est sors Iude et Beniamin. Si ergo circa hec inobloqui videntur auctores: determinandum est secundum terram concessam vel traditam. Nam et Iudas et Effraim maiorem habuerunt concessam: quam traditam. Soli autem duo quasi privilegiati: terram suam sorte habuerunt. Caleph habuit Hebron. Iosue habuit Tannata. vel Tannassara. et etiam Sychem

secundum Iose. Hanc partem elegit sibi Iosue. post distributionem omnibus terram: tanquam bonus dispensator. Sed et levitis separavit .xlviii. civitates: ad inhabitandum. Quarum .x. prius acceperant in Amorrea. De reliquis .xxxviii. tres constituit civitates refugii. Hebron de Iuda. Sychem de Effraim. Cedes de Neptalim. Tunc locuti sunt filii Ioseph ad Iosue. Cur dedisti nobis quasi possessionem unius funiculi. cum simus tante multitudinis? Respondit que Iosue ad Effraim et Manassem: populus multus es et fortis. Non eris contentus tua sorte. sed transibis ad montem et poteris ultra terminos terre promissionis procedere et parare tibi locum. **De irriguis Axe datis a patre.**

Eo tempore ascendit Caleph in terram sibi traditam et percussit in Ebron tres filios Enach et ascendens inde: obsedit civitatem Dabir. que prius vocabatur Cariath Sepher. id est civitas litterarum. Cives enim eius: scriptores erant. Quam cum invenisset munitam: ait. Qui primus percusserit urbem hanc et ceperit: dabo ei Axam filiam meam uxorem. cum ea. Et cepit eam Othoniel filius Cenez. frater Caleph: iunior eo. Erant autem uterini fratres tantum. Nam ille filius Iephone: iste vero filius Cenez dicitur. Et forte pater eorum binomius fuit. Dedit itaque Caleph fratri suo filiam Axam: in uxorem. Que cum pergeret cum viro ad urbem sibi traditam. suasa est a viro. ut peteret a patre suo agrum: in convallibus. Suspiravitque et flevit ut sedebat in asino. Cui Caleph. Quid habes inquit? At illa. Da mihi benedictionem. Terram arentem dedisti mihi: iunge et irriguam. Deditque ei Caleph irriguum superius et inferius: id est agros irriguos. circa civitatem. ab oriente et occidente. **De reditu duarum tribuum et dimidie.**

Eo tempore. cum iam xiiii. transisset anni. Dixit iosue. ruben et gad et dimidie tribui manasse. Fecistis que precepit vobis moyses famulus dei. Et quia dedit dominus fratribus vestris quietem: revertimini ad terram possessionis vestre. ita duntaxat. ut custodiatis legem dei et colatis eum. nec eatis post deos alienos. quia archam et tabernaculum non habetis. Fratres sumus. et servi unius dei: licet interiecto flumine separemur. In multa substantia reditis. dividite eam cum fratribus qui remanserunt. Qui revertentes venerunt ad tumulos iordanis. sic enim dictus est locus per quem transierunt. Alius per quem transierant filii israel: dicitur vada iordanis. et edificaverunt iuxta iordanem altare infinite magnitudinis. vocantes illud hoc nomine. Testimonium nostrum: quod dominus ipse est deus. Videtque velle iosue: quod altari superinscripsisset illud. Cumque redissent ad propria: nuntiatum est iosue et his qui remanserant. de edificatione altaris. Et arbitrati sunt eos erexisse illud. ut immolarent super eo victimas. quod non licebat. nisi super altare quod statuerat deus ante tabernaculum. Cumque corripuissent arma ut eos delerent: de consilio missus est ad illos phinees et x. honorati cum eo. Qui dixerunt ad eos. Que est ista transgressio? Cur reliquistis deum israel. et cultum eius. edificantes vobis altare sacrilegum? At illi responderunt. Absit a nobis hoc scelus: alioquin ipse deus querat et iudicet. Sed timuimus. ne cras dicerent filii vestri filiis nostris. Quid vobis et nobis? Quid vobis et domino deo israel? Terminum posuit dominus inter nos et vos. Quamobrem memoriale hoc ereximus in signum: quoniam fratres vestri sumus et accole vobiscum. His auditis placatus est phinees. Et cum retulisset verba hec ad omnem populum: laudaverunt dominum. Hic videtur quibusdam: factum esse quod legitur in iudicum. quod angelus domini transierit de galgala ad locum flentium. Sed quia potius videtur augustino. factum hoc esse post mortem iosue. non enim auderent filii israel eo vivente aperte recedere a deo: nos illud suo loco explicabimus.

De federe quod statuit populus ad dominum.

Evoluto autem multo tempore: congregavit iosue omnem israel in sychem: et ait. Ego hodie ingredior viam universe carnis: et scio vos pronos ad irritandum deum. Eligite hodie: quod placet. cui potissimum servire debeatis. utrum diis quibus servierunt patres vestri in mesopotamia. an diis amorreorum. in quorum terra habitatis. Ego autem et domus mea: serviemus domino. Et ait populus. Domino serviemus. Absit. ut ab eo recedamus. Et dixit iosue. Testes vos estis: quia hodie vobis elegistis dominum. Et responderunt. Testes sumus. Et ascenderunt in sylo: ut starent coram domino. Percussitque in illa die populus fedus cum domino: et in signum federis effudit iosue aquam super terram. Mos erat gentibus. in signum roboris federis inter sanguinem suillum effundere. quasi dicerent. Sic effundetur sanguis illius qui violaverit hoc fedus. Hebrei vero aquam fundentes: atrociorem penam in violatorem invocabant. Alii enim liquores. non ita effunduntur de vase: quin aliquid sui vestigium in eo relinquant. Solus aque liquor prorsus effunditur. quod faciebant hebrei in federe inito cum domino. quasi dicerent. Non solum violator huius federis peribit. sicut in aliis fit federibus: sed tota progenies eius peribit cum eo. ut nullum vestigium eius appareat super terram. Scripsitque iosue in die illa verba hec in volumine legis dei. id est in libro hoc: et tulit lapidem pergrandem

dem. posuitque eum subter quercum que erat in sanctuario domini: et ait. En lapis iste erit vobis in testimonium. Solebant enim veteres huiusmodi durabilia erigere. ut sui diuturnitate possis intuitu facti in memoriam revocarent. Dimisitque iosue populum: singulos in possessionem suam. De morte iosue et eleazar.

Post hec mortuus est iosue. cum esset .c.x. annorum. xl.iiii. annorum erat cum accessit ad moysen et .xl. annis servivit ei in deserto: ex quo colligitur. quod .xx. vi. annis rexit populum trans iordanem. Et sepelierunt eum in tannasara: que sita est in monte effraim. Eleazar quoque mortuus est. et sepelierunt eum in gabaa finees filii eius. que data est ei in monte effraim. qui successit patri in sacerdotium. in diebus iosue. Incidentia.

Erictonius primus quadrigam iunxit in grecia. Erat quoque tempore apud alias nationes. Busyris: tyrannidem exercuit in hospites. Fenix et cadmus de thebis egyptiorum in syriam profecti: in regione tyri et sydonis regnaverunt. Sed cadmo recedente in greciam: terra a fenice fenicea dicta est. Europe filie fenicis: iupiter mixtus est. Danaus pater quinquaginta filiarum. quinquaginta filios egisti fratris sui interfecit: uno tantum superstite qui regnavit post eum.

Incipit historia iudicum.

LIBER IUDICUM: hebraice sopthim dicitur. Qui iudices describit: usque ad heli sacerdotem. et ob hoc iudicum dicitur: tantum a materia. Videtur tamen quibusdam. ab auctoribus sic nominatus: ut qui cronice scribebant quisque iudicum tempus suum in actis redegit. Quis autem in unum compegerit: dubium est. Dicunt quidam. quod samuel: alii quod esdras. Similibus videtur quod ezechias: qui et parabolas salomonis et librum regum in uno collegit. Si queritur quare moyses et iosue inter iudices non annumerentur: dicimus quia non solum iudicaverunt populum. sed et rexerunt. Ceteri vero nil iuris in populo habuerunt: nisi quod in tribulationibus suis consilio et prudentia eorum populus utebatur.

Quomodo iudas pugnavit contra chananeum.

Et factum est post mortem iosue: consuluit populus dominum per finees. Quis ascendet ante nos contra chananeum et erit dux belli? Et dixit dominus iudas: non personam. sed tribum designans. Creditur tamen caleph prefuisse populo: sed pro modicitate temporis. nec rectoribus nec iudicibus annumeratus est. Et ait iudas symeoni. Ascende mecum in sortem meam et pugna contra chananeum: et ego pergam tecum in sortem tuam. Non tamen legitur symeon propriam postea sortem habuisse: sed adhesit iude. ut impleretur quod predixerat iacob de symeon et levi.

[margin: et dividam eos in iacob: et dispergam in israel.]

Ascenderuntque iudas et symeon in bezec: et percusserunt in ea decem milia virorum. Comprehenderuntque adonibezec id est dominum bezec. adonai enim dominum sonat: inciderunt summitates manuum eius et pedum. Hebreus tamen sermo: videtur sonare pollices. Quibus cesis: non est idoneus homo ad arma ferenda. Et ait adonibezec. Merito hec patior. Ipse enim septuaginta fecerat regibus: qui colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Et ascendentes in ierusalem. percusserunt eam. tradentes incendio: et reliquerunt ibi adonibezec et mortuus est.

[margin: bezech]

Nec intelligendum est. quod filii israel tunc habuerint ierusalem in ditione sua: expulso iebuseo. Hoc enim factum non est: usque ad tempora david. qui expulsis iebuseis sedit in ea: et transtulit eam de beniamin in sortem regum et hoc

iudices quibusdam recapitulando dictum est secundum esse diebus iosue. ante distributionem sortium. quam concessam est iudas habebat ierusalem. et totum recapitulando dictum usque ibi. Et surrexerunt alii qui non noverunt dominum. Alii tradunt eo ordine dictum esse. quo scriptum est. et ibi demum inchoant recapitulationem. Dimisit ergo iosue populum. et cetera. Ascendit et caleph in ebron terram scilicet gygantum: et percussis hostibus plenius possedit eam. Et recapitulat hic hystoria: quod supra dictum est in cariathsepher. cepitque iudas gazam. et ascalon. et acharon cum finibus suis: nec potuit delere habitatores vallis. quia falcatis curribus habundabant.

De cyneis et transgressione

Filii autem iethro cynei cognati moysi. ascenderunt de civitate palmarum cum filiis iuda. in desertum sortis eius. quod est ad meridiem. Isti sunt filii obab fratris sephore uxoris moysi. qui relicto patre et patria. secutus est moysen. et deinceps habitavit in medio filiorum israel. Civitas autem palmarum dicitur hic engaddi. Ut quidam iericho sic solet appellari: forte de campestribus eius. Qui non erant cum beniamin. transtulerunt se ad iudam. Beniamin autem post iudam ascendit in ierusalem. Hic quidam putant eam fuisse communem.

Nec potuit eicere iebuseum: sed passus est eum habitare secum sub tributo. Effraim quoque ascendit in bethel: que prius luza vocabatur. Videntesque hominem egredientem de obsessa civitate: dixerunt ei. Ostende nobis introitum civitatis: et faciemus tecum misericordiam. Quo ostendente: percusserunt eam. Hominem vero et domum eius dimiserunt. Qui transiens in terram ethim: edificavit ibi civitatem. et vocavit eam luzam. Nec delevit effraim chananeum: sed passus est eum vivere sub tributo. Similiter et alie tribus cum essent fortiores. maluerunt eos habere tributarios. quam delere. transgredientes mandatum domini. Et converterunt se ad agriculturam. Et ad divitias se extendentes: per epulas et libidinem iam imbelles facti. in consuetudine legum integri non erant.

De loco flentium

Angelus autem domini apparuit in galgala. et dum convenissent de finibus suis ad eum: transtulit se ad alium locum. et insecuti sunt eum. Cumque improperasset eis dominus per angelum beneficia que eis contulerat: addidit. Cur iussus feci cum habitatoribus terre huius. et aras eorum reservastis. et noluistis audire vocem meam? Quamobrem dii eorum erunt vobis in ruinam. Hec angelo loquente: elevaverunt vocem suam. et fleverunt. Et vocatum est nomen loci illius. locus flentium: agnominatur ab eventu. sicut et galgala. collis preputiorum. Immolaveruntque ibi hostias domino. Porro hic recapitulat historia de iosue. ad continuandam ordinis seriem: dicens. Dimisit ergo iosue populum. et abierunt filii israel. unusquisque in possessionem suam. servieruntque domino cunctis diebus iosue. et seniorum qui post eum vixerunt. et noverant opera domini que fecerat cum israel. Mortuus est autem iosue: et omnis illa generatio seniorum congregata est ad patres suos.

De othoniel

Et surrexerunt alii qui non noverunt dominum. id est non iudicaverunt virtutes eius quas fecerat eis in exitu de egipto. in deserto. et in ingressu terre promissionis. feceruntque malum in conspectu domini: et servierunt baal. et hastaroth.

et duces terre. contraxeruntque conubia cum
alienigenis. Quamobrem indignata
divinitas. non delevit gentes de medio eorum:
ut essent eis in aculeum et laborem. Et tra-
didit eos dominus in manus Chusanrasathaim
regis Mesopotamie et Syrie: servi-
eruntque ei octo annis. Et clamaverunt
ad dominum. Qui suscitavit eis liberatorem
Othoniel fratrem Caleph: qui in Iosue Cenez
vocatur. quasi equivocum patris. Vel dicitur Cenez.
quasi Cenezeus: a loco. Et fuit dominus cum eo: et
pugnavit adversus Chusanrasathaim.
et oppressit eum: et quievit terra xl. annis.
Et mortuus est Othoniel. Hic dicit Iosephus
occisionem in Beniamin factam pro uxore le-
vite: quod nos infra ponemus. sequentes or-
dinem huius libri.

Et nota quod hebrei sub hoc numero
comprehendunt annos servitutis
et quietis: et similiter sub aliis iudi-
cibus. Aliter non staret hystoria. Sedente
diebus Othoniel: Cadmus regnavit
Thebis. Ex cuius filia Semele: natus
est Dionisius liber pater. Grecia quoque dicta
est a Fenice. Qui Fenicibus quasdam tradidit
litteras: et ad scribendum vermiculum in-
stituit. Unde et color ille: feniceus dic-
tus est. Qui postea littera mutata: punice-
us dicitur. Ephira que nunc Chorintus dicitur a Sipho
condita est. Minos filius Europe: regnavit
in Creta. De Aioth et Sangar.

Addiderunt autem filii Israel facere ma-
lum: in conspectu domini. Qui con-
fortavit adversus eos Eglon regem Mo-
ab: et copulavit ei filios Amon et Ama-
lech. Qui transiens Iordanem percussit Israel:
et posuit idola sua in Galgalis. Et fe-
cit sibi domum in urbe palmarum id est Ieri-
cho. Et servierunt ei filii Israel decem et octo
annis: et clamaverunt ad dominum. Qui susci-
tavit eis salvatorem Aioth filium Gera fi-
lii Iemini. qui utraque manu utebatur pro
dextera. Iemini putant quidam dicitur fuisse
quendam virum in Beniamin: qui posteris
suis sepe legitur imperavit. ob ignominiam.
Hebrei tradunt. hunc fuisse Beniamin:
et quod per afferesim. ubi nos ponimus Iemi-
ni. iamin ponunt. quod sonat dextri-
um: ut dextrale. Quia latine geminum di-
ci posset: quia cum trahente geminatur. non
Iemini a iamin. per i. consonantem scriberet.
Dicitur autem a iamin. Iemini: sicut a dextra
dextrarius. Miseruntque filii Israel per Aioth
munera Eglon regi. Qui fecit sibi gladi-
um ancipitem. longitudinis palme
unius: et accinctus est eo in dextro fe-
more. subter sagum. quod est quadrate
forme militare indumentum. Erat
autem Eglon crassus nimis. Cumque obtu-
lisset ei munera. prosecutus est socios qui cum
eo venerant. Et reversus ad regem: ait.
Verbum secretum ad te habeo o rex. Egres-
sisque omnibus qui cum eo erant: accessit ad
eum Aioth et ait. Verbum domini habeo
ad te. Quod intelligendum est de som-
nio: ex mandato domini. Qui statim sur-
rexit de throno. Extenditque Aioth
manum sinistram et tulit sicam de
dextro femore: et infixit eam in ventre
eius: valide. Et eduxit eam: sed reli-
quit in corpore. Ipse vero clausis diligenter
ostiis cenaculi: per posticam egressus est et au-
fugit. Servi regis post longam moram in-
trantes: invenerunt eum mortuum iacen-
tem in terra. Venitque Aioth in Sairath:
et insonuit buccina in monte Effraym.
et descenderunt cum eo filii Israel. ad va-
da Iordanis. que transmittunt in Moab.

et uolentes transire moabitas percusserunt circiter
decem milia. Et humiliatus est die illa moab:
sub manu israel: et quieuit terra octoginta an-
nis. et mortuus est aioth. Et post de philisteis uo-
lentibus intrare terram israel sangar occidit
sexcentos uiros uomere uno. et ipse quoque defendit israel. et

Incidentia.

In diebus aioth: cyrenes/ eodem anno uitam finiuit.
ciuitas condita est in libia. Triptolemus lon-
ga naui ueniens eleusim. frumenta ibi dis-
tribuit. Proserpinam rapuit rex molosorum
orchus. cuius ingens canis cerberus pirithoum
deuorauit. qui cum theseo ad raptum proser-
pine uenerat. sed et theseum deuorasset. nisi su-
perueniens hercules eum liberasset. Frixus
et helles insidias nouercales euaserunt in na-
ui cuius insigne erat aries. In dardania
regnauit tros. a quo troiam conditam ferunt.
Perseus gorgonem occidit meretricem. que ob
nimiam pulcritudinem spectatores suos mutos
impotes reddebat. Dionisius in india
nisam condidit. et a suo nomine eam appel-
lauit. De delbora et barach.

Post mortem aioth addiderunt filii
israel facere malum coram domino. Qui tra-
didit eos in manus iabin regis chanaan:
qui regnauit in asor. et habuit ducem exercitus
sui sisaram. Ipse autem habitabat in ase-
roth gentium. Que sic dicebatur: quia non ab
uno populo. sed a multis collectis gentibus
habitabatur. Et oppressit filios israel: per
uiginti annos. Qui clamauerunt ad dominum.

Erat autem delbora prophetes uxor laphi-
doth. que posuerat tentorium suum in
monte ephraim sub arbore palme:
que dicebatur palma delbore. Et ascen-
debant ad eam filii israel: in omne iudi-
cium. Que uocauit barach filium abino-
em: de cedes neptalim. Mulier enim
nata ad prelium uocauit uirum suum:
qui supra dictus est laphidoth. Creditur enim idem
fuisse barach et laphidoth: quia eadem est ut-
riusque nominis interpretatio. Interpretatur enim
utrumque choruscatio. Delbora uero hebraice:
apis. Que dixit ad eum. Precepit tibi deus israel. duc
exercitum in montem thabor. decem milia: de
neptalim et zabulon. Ego tradam sisaram in
manum tuam: iuxta torrentem cyson. Cui
barach. Nisi ueneris mecum: non pergam. Cui ait.
Ibo: sed uictoria tradetur in manus mulie-
ris. Nuntiatum est sysare: quod ascendis-
sent delbora et barach in montem thabor
ad pugnandum. Et congregauit exercitum ad tor-
rentem cyson trecenta milia armatorum
ut ait iosephus. et .x. milia equitum. et nongentos
currus falcatos. et alios currus duo milia et
centum. Et ait delbora ad barach. Descen-
de. Hac die dabit tibi dominus sisaram in manus
tuas. Et descendit cum .x. milibus: delbo-
ra stante in monte ad orationem. Et perter-
ruit dominus sisaram. et uniuersam multitudi-
nem eius. Ventus. grando. et pluuia: irruebant
in facies eorum. Arcus et fundibule. inutiles
fiebant. Plurimi de equis suis et curribus
excussi: conterebantur. Sicque confuso in fu-
gam exercitu: sisara de curru exiliens
et fugiens. peruenit ad tentorium iahel.
uxoris aber cynei. Aber enim cum omni
domo sua recesserat a fratribus suis. qui ha-
bitabant ut diximus in sorte iude. et
tetenderat tabernacula sua in ualle sen-
nim. iuxta cedes. et erat federatus inter regem
asor. et dominum aber cynei. Porro iahel
suscepit fugientem. et rogantem ut cela-
ret eum. et petenti poculum dedit lac: ut
grauius obdormiret. Illa uero dormienti cla-
uum ferreum percussum malleo perfixitque tem-
pora immisit usque ad terram: et ba-
rach post paululum ueniens ostendit eum

terra confossum; et sic impletum est quod dixerat delbora. quod per mulierem triumphus accideret. Barach vero agens exercitum super azor obviam venientem iabin interfecit. civitatem funditus deiecit. ut ait iosephus. Cecineruntque delbora et barac canticum domino: in quo hortantur victores ad benedicendum dominum. rememorando beneficium quod fecerat dominus israel cum daret legem in terremotu et pluvia addendo etiam. quoniam per sangar ut diximus. quieverunt hostes a semitis israel: et quoniam defecerat fortitudo israel. donec surgeret delbora. quoniam nova bella elegit dominus ut mulier de viris triumpharet. Quod sequitur in cantico. surge delbora et loquere canticum. non est in hebreo. Addidit quoque de amalech victo in raphidim ab ephraim. id est a iosue ex tribu eius. et prophetavit eundem postea vincendum per saul ex beniamin. Et commendavit eos qui de manasse et isachar et zabulon et neptalim cum eis venerant ad prelium. vituperans e contrario ruben et gad et dan et aser. qui noluerunt venire. Quod autem dicit ruben contra se divisum: intelligitur quod separavit se a pugnaturis. vel quod rubenite inter se divisi erant. quibusdam exhortantibus ut irent ad prelium. aliis dehortantibus.

Quod autem dicit pugnasse eos in thanne iuxta aquas magedon: intelligendum est regionem esse secus cyson. qui preterfluit magedon. Hebreus habet in ramethe: quod interpretatur super altitudinem campi: et significat quod in campo non preliatum est. hostibus superiores sunt facti. Quod autem sequitur. stelle pugnaverunt adversus sysaram: non mathematice intelligendum est quasi fatali constellatione hoc factum fuerit: sed quia coruscationes et fulgura de sublimi ita ferebantur in eos. ac si stelle ruerent: et est yperbole. Sequitur. torrens cyson traxit cadavera eorum. sic torrens caduminum supple traxit cadavera egyptiorum. Caduminum interpretatur antiquorum: et ponitur pro mari rubro: eo quod antiquitus ibi facta sunt miracula. Quod sequitur. conculca anima mea robustos: vox populi est sese adhortantis. Sequitur. maledicite terre meroth: dixit angelus domini. Meroth fuit unus de principibus chanaan. delbora vero se ipsam dixit angelum domini. Vel michael qui preerat israel. dixit ut maledicerent meroth. quod sonat archanum. id est angelus apostatis. qui adiuvabantur eum in archano. Postea benedixit iahel. quia fortiter egit. Et quievit terra per xl annos.

Incidentia

Eo tempore regnum defecit apud argos: et translatum est in micenas. Obiit liber pater: cuius sepulchrum est apud delphos iuxta apollinem aureum. Pingitur vero muliebri corpore. quia mulieres militantes cum viris habuit in exercitu. Ylium ab ylo conditum est. Miletus condita.

De gedeone

Fecerunt iterum filii israel malum coram domino. Qui tradidit eos in manu madian septem annis. Ascendebant enim madian et amalech singulis annis in israel vastantes segetes eorum: et iumenta cuncta trahentes in predam. Cumque clamasset israel ad dominum: misit ad eos virum prophetam. per quem exprobravit eis dominus beneficia que eis contulerat: et tamen noluerunt audire vocem eius. Venit autem angelus domini et sedit sub quercu que erat in ephra. Hic est vir: quem miserat dominus.

Lapis autem super quem sedebat et quercus et ager: pertinebant ad ioas patrem familie ezri. id est honorabiliorem inter alios illius familie. Gedeon vero filius eius timens hostes qui irruerant super terram: in occulto excutiebat frumenta in torcularibus. ut haberet viaticum ad fugam. Iosephus dicit. Hoc maxime fuisse divine operationis in

dictum: quod et uteretur torculari pro area.
Futurum enim erat per eum. ut aree re
plerentur et torcularia. Et ait angelus ad eum.
Dominus tecum: virorum fortissime. Cui gedeon.
Si dominus nobiscum est. cur apprehenderunt nos hec
mala. Et respexit in eum dominus in angelo: et
ait. Vade: ego mitto te. In hac fortitudi
ne tua. quam scilicet confero tibi respiciendo. ut
mittendo: percuties madian quasi virum unum.
Cui gedeon. Si gratiam inveni coram te:
ne recedas donec revertar. Et coxit gede
on hedum. posuitque carnes et azimos
panes in canistro: et misit ius in ollam.
offerens ea angelo. Cui angelus. Pone
carnes et panes super terram: et ius desuper
funde. Quo facto: tetigit illa an
gelus summitate virge quam gerebat. et as
cendit ignis de petra: et consumpsit omnia.
Angelus autem evanuit ab oculis eius. Times
que gedeon: ait. Heu mi domine: quia vidi an
gelum dei. Cui dominus. Ne timeas. Non
morieris. Eadem nocte: ait dominus ad
eum. Destrue aram baal. quam erexit
pater tuus: et nemus circa eam succide: et
occide taurum quem saginat ydolis. Ali
um vero taurum septennem. quem cives de
dicaverunt ydolo. offeres michi in holo
caustum super altare quod edificabis
in summitate petre. super quam ante po
suisti sacrificium. Gedeon timens pa
trem et cives. cum decem servis omnia noc
te complevit: et vocavit altare pax
domini et latuit. In crastino cives dixerunt
ad ioas. Educ filium tuum. ut moriatur:
quia fecit hoc. Quibus ille ait. Nunquid ul
tores estis baal. Si deus est baal: vin
dicet se. Exinde dictus est gedeon
ierobaal. id est fortitudo baal: quasi fortis
contra baal. Igitur madian et amalech tran-
sito iordane sederunt in valle iezrael: quasi
locuste. Spiritus autem domini induit gedeon.
Vocavitque domum abiezer. de cuius fami
lia erat ipse: et misit nuntios ad manassem.
et aser: et zabulon et neptalim. Qui occur
rerunt ei .xxxii. milia. Et petiit a domino gedeon
signum victorie in vellere posito in area: ut
nocte illa vellus rore compleretur area sic
ca remanente. Et factum est ita. Et expresso vel
lere: rore concham implevit. Sequenti
nocte. ne casu factum putaretur. petiit sig
num in contrarium. ut area irroraretur: et
vellus siccum esset. Quod factum est. Venit autem
gedeon cum suis ad fontem. qui dicitur arad. Et ait
dominus ad eum. Populus multus est tecum. ne dicat
israel meis viribus liberatus sum: clama ad po
pulum. Qui formidolosus est: revertatur. Tamen
intelligendum est. alia tamen que mandavit
dominus clamanda in populo: non eum tacuis
se. Que moyses dixit in deuteronomio. Qui
edificavit domum et non dedicavit eam. reverta
tur. Similiter qui plantavit vineam: et
nondum fecit eam communem. et qui desponsavit uxo
rem: et nondum accepit eam. Et reversi sunt de populo.
.xxii. milia: et tamen .x. milia remanserunt.
Et ait dominus ad gedeon. Adhuc populus mul
tus est. Duc eos ad aquas: in calore meridiei.
Eos qui lamberint aquam manu et lingua.
sicut canes. estimans magnanimos. separa
bis. Et inventi sunt ex eis tantum trecenti viri.
Et ait dominus. In his trecentis: tradam in ma
nus tuas madian. Quibus assumptis et ciba
riis pro numero et tubis: gedeon se certa
mini dedit. Eadem nocte: dixit
dominus ad gedeon. Descende in castra ma
dian. tu et pharan puer tuus tecum. et
audies quod loquantur: et confortabuntur
manus tue. Dissolutum enim erat: cor eius.
Qui descendens: stetit in parte castro

rum. ubi erant uigilie. Et audiuit quendam
narrantem somnium contubernali
suo: in hunc modum. Videbam in quiete pa
nis ex ordeo. subcinericius et incomestibi
lis descendebat in castra madian. usque
ad tabernaculum: et subuertit illud: et ter
re funditus coequauit. Et ait is: cui loquebatur.
Vile est ordeum inter grana. et inter quos iste
uidetur abiectus: et in isto uilis est familia ge
deonis. Non est aliud: nisi gladius ge
deonis. Tradidit dominus in manus eius madi
an. Quod audiens gedeon adorauit: et re
uersus ad socios: ait. Surgite. Tradidit dominus
nobis castra madian. Et diuisit eos: in
tres partes. et dedit tubas in manus eorum
dextras: lagenasque uacuas: et lampades
in medio lagenarum. in sinistras. Et ait.
Quod me uideritis facere: facite. Cumque
sic per gyrum castrorum in tribus locis: in ui
gilia noctis medie. Et cum fregis
sent ydrias: tenuerunt lampades in ma
nibus. Et insonantes tubis: clamauerunt.
Gladius domini et gedeonis. Secundum iosephum:
uacuas que pharetras portauerunt. Quibus
simul complosis: tribulis audiebatur son
itus. Qui subito hostes excitati: turbati sunt.
Nec cognoscentes sese. plurimi mutuis
uulneribus occiderunt: alii in fugam uersi
usque bersetha. Viri autem de neptalim et
aser: et manasse qui redierant conclaman
tes: persequebantur madian. Ephraim quoque
descendit in occursum fugientium: et occu
pauit iordanem usque bethara. et occidit
duos reges madian. oreb et zeb. oreb in
petra quadam: zeb uero in torculari. Et uoca
tum est nomen loci illius: torcular zeb. et no
men alterius: petra oreb. Quod modico apice
littere differt a nomine oreb. unde aque fluxe
runt per manum moysi. Et forte distra

ctum in interpretatione: et portauerunt ephraim
capita regum ad gedeon: et irascentes
dixerunt ad eum. Cur neglexisti uocare nos
ad pugnam? Quibus ait. Esse forte indigna
remini. Melior enim est racemus ephraim. uin
demiis abiezer. Sed in manus uestras dati sunt
reges madian. Quid tale facere potui? Quo
audito: requieuit spiritus eorum.

Transiuitque gedeon iordanem. cum
trecentis uiris. nec potuerunt persequi fu
gientes pre lassitudine. Et ait ad uiros so
coth. Obsecro date nobis panes. ut possi
mus persequi zebee et salmana. Qui nega
uerunt ei: et subsannauerunt eum. Idipsum
responderunt ei uiri phanuel: petenti
panes ab eis. Zebee autem et salmana in
ualle quiescebant. nichil aduersi suspican
tes. cum quindecim milibus tantum: cesis de exercitu
centum .xx. milibus. Gedeon autem repente ir
ruit super eos: et turbato exercitu eorum: du
os reges comprehensos secum reduxit. Et reuer
tens apprehendit puerum de socoth: et quesi
uit ab eo nomina seniorum socoth. et descripsit
ei .lxxvii. uiros. quos spinis et tribulis contri
uit. tanquam auctores predicte subsan
nationis. Turrem quoque phanuel subuertit:
occisis habitatoribus ciuitatis. Cumque re
disset in ephraim regionem suam: dixit ad
zebee et salmana. Quales erant uiri.
quos occidistis in thabor? Qui dixerunt.
Similes tui. Et ait eis. Fratres mei erant
uterini. Et ait primogenito suo. Interfice
eos. Qui non eduxit gladium: timens quia
puer erat. Surgensque gedeon: occidit
eos. Et dixerunt omnes uiri israel: ad eum.
Dominare nostri tu et filii tui et filii filii tui.
Quibus ille. Non dominabor uestri. nec filius
meus: sed dominus dominabitur in uos. Unum postu
lo a uobis. Date mihi inaures aureas

lxxx

de preda. Quae dederunt. Et fuit pondus aurium mille septingentorum sicli. Et fecit ex eo gedeon ephoth: et posuit illud in civitate sua ephra: et fornicatus est omnis israel in eo. Et factum est gedeoni et omni domui eius in ruinam. Per ephoth quod est dignius vestimentum pontificis. intelligitur quod gedeon fecerit omnia indumenta pontificalia. et fecit in ephra tabernaculum et altare. praeter illud quod erat in sylo. et fecit sacerdotes immolare super illud hostias domino. Quamobrem offensus dominus. omnem domum eius fere delevit. Habuit enim. lxx. liberos de uxoribus. et unum naturalem abimelech. de concubina droma: quam habebat in sychem. Hic occidit fratres suos omnes. praeter unum: et quievit terra per. xl. annos. quibus praefuit gedeon. Et mortuus est in senectute bona: et sepultus in sepulchro patris sui. in ephra.

Incidentia.

Temporibus gedeonis: mercurius invenit syringas. trahens hoc nomen a syringa uxore cadmi armonica. quae propter zelum armoniae a viro suo recesserat. Invenit etiam lyram: hoc modo. Reperit concham testudinis mortuae: et putrefactae. Cuius nervuli arentes et extensi in ore conchae: ad auram tenuem sibilum reddebant. Incertum est. quis fuit iste mercurius. utrum hermes. an trimegistus philosophus. an mercurius minor. Tres enim leguntur fuisse. Secundum iosephum. tyrus condita: ante templum ierosolimorum annis ducentis. xl. Dedalus aves fecit metallinas. quas volare fecit. artificiose spiritu incluso. dicitur et fecisse simulacra se moventia. Primus enim omnium pedes statuarum a se invicem separavit. aliis coniunctos fabricantibus. Et cum filio navi fugiens. propter investigabilem fugam pennis avolasse estimatus est. Argonautarum historia facta est. Orpheus clarus habitus est. Cuius discipulus fuit museus. Linus magister herculis claruit. Minos cretensibus creditur legem dedisse. quod plato negat. Hydram vero callidissimam fuisse sophistam: asserit plato.

De abimelech.

Post mortem gedeonis. filii israel fornicati sunt cum baalim: nec fecerunt misericordiam cum domo ierobaal. Ascendit autem abimelech in sichem: ad omnem cognationem matris suae. et ait. Considerate. quia os vestrum et caro vestra sum. Loquimini: ad omnes viros syche. Quid vobis melius est. ut dominentur vestri septuaginta viri. filii ierobaal. an dominetur unus vir? Et locuti sunt de eo ad omnem populum. et inclinaverunt cor populi post abimelech. et iuraverunt ei omnes: in phano baal. Quamobrem deinceps vocatum est ydolum baalberith. Berith enim: iurationem sonat. Et tollentes de phano septuaginta pondo argenti: dederunt ei. Qui conduxit ex eo viros inopes et vagos: et ascendens in ephra. occidit omnes fratres suos. super lapidem unum. excepto ioathan. Tunc omnes sichimitae constituerunt abimelech regem. iuxta quercum in sichem. Si quaeritur quomodo ergo saul primus dicitur rex in israel: potest dici hoc dictum esse. propter regnum universale. Hic autem: tantum regnavit in sychimitis. Quod cum nuntiatum esset ioatham: stetit in vertice montis garizim et exclamavit ad omnes sichimitas. qui convenerant ad diem festum. Audite me viri sichem. Ierunt ligna silvarum. ut ungerent regem super se. Et dixerunt olivae. Impera nobis. Quae noluit deserere pinguedinem suam: qua dii utuntur et homines. Ideo ipsam dixerunt ad ficum. Quae noluit deserere dulcedinem fructus sui. Ideo ipsam dixerunt ad vitem. Quae noluit desere

uinum: quod letificat deum et homines. Dixeruntque
ad ramnum. Impera super nos. Qui respon
dit. Venite ergo et requiescite sub umbra me
a. Alioquin egrediatur ignis de ramno: et
deuoret cedros libani. Est autem ramnus
genus rubi. quod uulgo urticam senticem appel
lant. asperum nimis et aculeatum. sicut
sentes. Iosephus dicit: hoc inter ligna habere
naturam ignem preferendi. Et exposuit
eis paradigma: dicens. Interfecistis filios
ierobaal: et filium ancille eius. super uos consti
tuistis regem. Si recte egistis cum ieroba
al et domo eius: recte sit uobis. Sin autem
peruerse: egrediatur ignis de abimelech. qui
deuoret ipsum et uos. Qui cum dixisset: au
fugit.
Cum e autem cum reg
nasset super sychem tribus annis abi
melech. dedit eis dominus spiritum malum ad u
sus eum: et expulerunt abimelech ab
urbe et atbu quod exercebat latrocinia
super eos. agentes predas ex eis. Tempore uero
uindemiarum. intrauit gaal cum fratribus
suis in sychem. Qui defenderunt eos: des
cenduntque sychimite ad uineas. uuas
que calcauerunt. et ingressi phanum dei sui.
inter epulas et pocula maledicebant
abimelech. Gaal quoque dicebat. Quis est a
bimelech. ut seruiamus ei? Nunquid non est
filius ierobaal? Yronice dictum est. Quasi.
Non est: sed spurius. Et addidit. Utinam
daretur populus hic in manu mea. ut au
ferrem abimelech de medio. Zebul uero
quem fecerat abimelech principem ciui
tate: clam nuntiauit omnia abimelech.
Surrexit itaque abimelech. cum exercitu
nocte: et tetendit insidias iuxta ur
bem. Egressusque gaal mane et zebul
cum eo: steterunt in porta. Cumque
ascendisset abimelech cum exercitu:

dixit gaal ad zebul. Ecce multitudo de
montibus descendit. Cui zebul. Umbras
montium uides. quasi hominum capita: et hoc
errore deciperis. Rursumque gaal. Ecce populus
qui de umbilico terre descendit. Cui ze
bul. Ubi est nunc os tuum quo loquebaris contra abi
melech? Egredere: et pugna contra eum. Qui pugnauit:
et uictus est. et fugiens: recepit se in urbem.
Zebul autem expulit eum: et socios eius. Se
quenti die: abi. expugnauit urbem. inter
fectis habitatoribus eius. Eamque destruxit:
ita ut sal in ea dispergeret. Habitantes
uero in turre sychimorum. ingressi sunt phanum
dei sui: quia locus munitus erat. Iosephus tamen
dicit. perfugos per prouinciam congregatos super
petram munitissimam: et nitebantur eam
murare. Quod uidens abimel. ascendit
in montem selmon: et precisum ramum ferens
dixit sociis. facite quod ego. Qui tollentes
ramos et circumdantes presidium: succen
derunt illud et igne et fumo perierunt in eo
mille uiri. preter mulieres et paruulos.
Et recedens inde abimelech: obsedit oppidum
~~um~~ thebes. Erat autem turris in me
dio: in qua receperant se thebite. Et nota
quod a thebis egyptiorum: dicuntur thebei.
a thebis grecorum: thebani. A thebe iu
deorum: thebite. Cumque abi. expug
naret turrim: et ignem supponere ni
teretur: mulier fragmen desuper mole
iaciens. fregit cerebrum eius. Qui ait ar
migero suo. Percute me: ne dicar in
terfectus a femina. Qui interfecit eum.
Hanc pestem dicit iosephus accidisse ei
fratris: eo quod iurgati sunt aduersus gedeo
nem: ad aquas iordanis. Incidentia.

Eo tempore chorus inuentus est
in grecia. Quod instrumentum: dicunt sim
plex pellem esse cum duabus cicutis. per alteram

inspirat᷑. p altam reddit sonū. ⁊ scribitur
qͥdam sine aspiratiōe. P uoce aūt ca-
nentium. ⁊ mensura: ⁊ uento: cum ch.
+
P Ost abi De thola. sine aspiratio.
melech: iudicauit isrl̄ thola de y-
sachar. filius phua: patrui abimelech.
Nec moueat te: phua ⁊ ioas fr̄es ēē:
cum alter de ysacar alter de manasse
fuīt. filii eni fuerūt unius matris. et
duorum prīm. de duab' tribub'. Hic iudi-
cauit isrl̄ in samir. xx. ⁊ trib' annis: et
mortuus est. Incidentia.

E o tempore: hercules antheū ui-
cit. in palestra: ⁊ ylium uastau.
Bellum fuit int̄ laphitas ⁊ centau-
ros. q͛s palefact̄ in libro de incredibilib'
nobiles dicit fuisse eq̄tes thessalorum.
Priamus laomedontis filius regnauit
in troia. androgē atheniis dolo inter-
ficitur. theseus in agone minotau-
rum occidit. p͛pt̄ q͛d athenienses pu-
eri tributarii. a pena liberati s̄. fuit
aūt minotaur᷑. uir q͛dā inhumanus.
⁊ ualens in palestra. magistrat᷑ mi-
nois. unde ⁊ sic dict᷑ ē. q͛i minois tau-
r᷑. i. minois carnifex. De iair.

P ost thola iair galaadites. de
tribu manasse. iudicauit isrl̄.
xxii. annis h̄ns. xxx͛ᵗᵃ. filios. q͛s fecit
principes triginta ciuitatū quas uoca-
uit nōie suo auoth iair. i. oppida
iair: ⁊ mortuus ē. Incidentia.

E o tēpore: theseus rapuit helenā.
q͛m rursus receperunt fr̄es ei᷑. ca-
stor ⁊ pollux: capta matre thesei. eo
peregre pfecto. Phillistus scribit. a cui-
b' tyriis zoro ⁊ karthagine. kartha-
ginē ↄditam. carmētis nimpha la-
tinas lrās litteras inuenit. De iepte.

I tām filii isrl̄ seruierūt ydolis ↄtinuātū
gentium. et tradidit eos dn̄s in manus
philistiim ⁊ amon. ⁊ afflicti s̄ uehemēt.
decē et octo annis. om̄s q͛ habitabant
t̄ns iordanē intra amorrei. Ammoni-
te q͛: iordane t̄nsito uastabant iudā
et beniamin ⁊ ephraim. Qͥ afflicti:
clamauerunt ad dn̄m. Qͥ cum dure
respondisset eis. ite ⁊ inuocate deos
q͛s elegistis: proiecerūt oīa ydola de fini-
b' suis ⁊ doluit dn̄s sup miserias eorum.
C ongregatiq; s̄ filii isrl̄ in mas-
phat ↄt̄ amonitas. q͛ fixerant tentoria
in galaad. fuit eo tēpore iepte galaad-
ites. uir fortissimus pugnator: s; filius
meretricis. h͛ habuit patrē galaad qui
plures habuit filios. Qͥ cū ado-
leuissent. eiecerūt eum tanq͛m spuri-
um: dicentes. Non poteris ēē heres: in
domo prīs nr̄i. Et abiit in terram
tob. Et ↄgregati s̄ ad eū uiri inopes
et latrocinantes: ⁊ eū q͛si principē seq͛-
bant᷑. Descenderuntq; ad eū maiores
natu de galaad: dicentes. Esto prin-
ceps nr̄: ⁊ pugna ↄt̄ filios ammon.
Qͥ ait. Nonne uos estis q͛ odistis
me ⁊ eiecistis? Qͥ dixerūt. Non odim᷑
te. nec uenim᷑ ut psequam᷑ te. s; ut se-
quam᷑. Et ait iepte. Iurate g͛ m̄. Et
iurauerunt. Et ascendens cum eis in
masphat. humiliauit se corā dn̄o.
⁊ fc̄s ē princeps ppl̄i. Et misit nuntios
ad regē ammon: in h͛ u͛ba. Tᵹ de t̄ra
mea. Cur uastas eam? Qͥ rn̄dit. Tu-
lit isrl̄ t̄ram meā. cum ascenderet de
egipto: ⁊ recepi eā. Cumq; iepte
dixisset eam iure belli acq͛sitam ⁊
.ccc. annis possessā noluit acq͛escere a-
mon ut cederet. Et ait iepte. Iudicet

x

hodie dn̄s inter isrl̄ et amon. Factus ē sp̄c do
mini sup iepte. Et egrediens ad pugnam:
uotum uouit dn̄o dicens. Si tradideris
filios amon in manus meas. quicūq; p̄mus
egressus de domo mea occurrerit m̄ reu̅
tenti: eum holocaustū offeram dn̄o. Et
pcussit iepte filios amon: plaga magna
nimis. Et humiliati sunt: corā filiis isrl̄.

Reuertenti aūt iepte in masphat: occur
rit ei unigenita filia eius. cum tympa
nis et choris. Qua uisa: scidit uestimta
Heu filia: decepisti me. et ipsa sua. et ait.
decepta es. Aperui os meū dn̄o: contra te.
Filia ū n̄ dolens in hoc casu pro uictoria
patris: ait. Fac m̄ pater quodcumq; pollicit'
es. Hoc solum p̄sta m̄ ait duob' m̄sib'
circueam montes. et plangā uirginitatē
meā cum sodalib' meis. Cui ait pater. Va
de. Et expletis duob' m̄sib' rediit ad
p̄rem suū: et fecit ei sicut uouerat. Ex tūc
mos increbruit in isrl̄. ut annuatim con
ueniant filie isrl̄. et plangant filiā iep
te quatuor dieb'. Arguit iosephus iepte. quia ob
tulit holocaustum: nec legitimū. nec
deo carū. Quod si canis obuium huisset:
immolasset eū dn̄o. Fuit g' in uouen
do stult'. et in soluendo impi'. Potuit
tn̄ ante uotum ēē bon'. quia irruit sup eū
sp̄c dn̄i: et etiam p' uotum. Nam et ap̄ls
ponit eū in cathalogo bonoꝝ. Quidā tn̄
excusantes eū. familiari consilio sp̄c scī
dicūt eum hoc fecisse. Tunc uenientes ad eū
ephraite: dixerunt. Cur contēpsisti uoca
re nos ad pugnā: incendem' domū
tuā. Qui ait. Uocaui uos: et uenire no
luistis. Et uocatis uiris galaad: pug
nauit contra ephraim. Occupauerunt
aūt galaaditę uada iordanis. Cumq;
uenisset ad ea fugiens de ephraim. obse
crans ut p̄mitterent eū transire: dicebant ei.
Numquid ephrateus es: Quo dicente n̄ sum:
interrogabant eū. Dic g' sebboleth. quod int̄
p̄tatur spica. Qui respondebat zeboleth: eā
dem litteram spicā exprimere n̄ ualens. Sta
timq; iugulabant eū. Et ceciderunt eo tē
pore de ephraim: xlii. milia. Et nota quod ephra
tę ponitur hic p ephraita. Ephrateus enī
p̄pe dicitur bethleemita. Et iudicauit iepte
isrl̄ vi. annis. et mortuus est. et sepult' in
ciuitate sua sebee. que ē in galaad. Hic
ab etate moysi usq; ad se supputat: ait sup
putari annos. ccc. Annis hui' n̄ addunt'
xviii. anni afflictionis. qui pcesserant.

Eo tempore hercules Incidentia.
flammis se iniecit: nā in morbū inciderat.

Post iepte: De abessen. ipse salutem.
iudicauit isrl̄ abessan. vel esebon bethlee
mita de iuda: septē annis. Incidentia.

Eo tēpore agamenon imperauit mi
cenis. menelaus lacedemonie. De a

Post abessan: ahylon za hilon.
bulonites iudicauit isrl̄. x. an
nis. Hic cum annis. x. sunt in lxx.
interpretib' n̄ habentur. P quoꝝ dāpno
supplendo: eusebius iosue filio nun et
samuheli et sauli. quoꝝ annos scriptura
sacra n̄ dicit. p̄les annos quam in iose
pho legebat annotauit: quatinus ab
egressu isrl̄ ex egipto. usq; ad edifica
tionē templi. quadringentoꝝ octo
ginta annoꝝ summam quam scriptu
ra p̄dicat habet. Incidentia. Eo tēpo
re alexander helenā rapuit. bellū de
cennale surrexit. Memnon et ama
zones p̄amo tulere subsidium. De

Post ahylon: abdon Abdon et.
phratites de ephraym: iudica
uit isrl̄. viii. annis. Sub his tēb' in

In iudicibus non recessit israel a domino. et quia erant tranquilla, nichil memoriale fuisse leguntur. Tamen quidam tradunt sub abdon cladem tribus in beniamin pro uxore leuite. Iudices (rubric)

Huius anno tertio capta est troia, et fluxerunt usque ad primam olimpiadem anni quadringenti sex. Greci ad gloriam uictorie sue ceperunt annotare tempora sic. Anno a captiuitate troie. Incepta olimpiade, deinceps annotauerunt tempora iuxta numerum olimpiadum. Unde et romani florentes annotauerunt tempora sic. Anno ab urbe condita. Ultimo christiani annotant. Anno ab incarnatione domini. Capta troia, menelaus et helena deuenerunt ad thuonum regem egypti, quem homerus polibum uocat. Anno tertio a captiuitate troie, uel quinto ut quidam uolunt, regnauit eneas tribus annis in italia, in qua prius regnauerant ianus, saturnus, picus, faunus, latinus, annis circiter centum quinquaginta.

De sanson (rubric)

Rursum filii israel coram domino peccauerunt. Et tradidit eos in manus phylistinorum .xl. annis. A qua seruitute hoc modo liberati sunt. Fuit uir quidam de stirpe dan nomine manue, huius uxorem pulcram sed sterilem. Cui sepe oranti in agro pro sterilitate amouenda, apparuit angelus et ait. Concipies et paries filium. Caue ne comedas aut bibas deinceps immundum iuxta legem nazareorum. filius enim tuus erit nazareus dei ex utero matris et deinceps, et ipse liberabit israel. Que cum omnia indicasset uiro suo, et commendasset angeli pulcritudinem, contristatus est uir, quia zelotes erat. Et ut mitigaret irrationabilem uiri tristiciam, uoluit ut ambo orarent dominum, ut iterum ueniret ad eos angelus et instrueret utrumque de puero. Et apparuit iterum angelus uxori. Que cum uocasset uirum, ait manue ad eum. Tu es qui locutus es de puero? Et angelus. Sum. Cui manue. Quid uis ut faciat puer? Et angelus. Nazareus erit omni tempore uite sue. Attulitque manue hedum et panes. Et ait angelus. Non comedam. Si uis offerre, offer illa domino. Et ait manue. Quod est nomen tuum? Cui angelus. Cur queris nomen meum, quod est mirabile? Et obtulit manue, et quod tulit super petram domino, qui facit mirabilia. Et ascendit angelus in flamma, nec ultra apparuit eis. Et intelligens manue esse angelum dei, ait. Moriemur, quia uidimus dominum. Cui mulier. Nequaquam. Nam accepit dominus holocaustum a nobis, et indicauit que futura sunt. Natumque filium uocauerunt sanson, quod sonat robustum. Creuitque cito puer, adeo ut iam propheta futurus agnosceretur. Cepitque spiritus domini esse cum illo in castris dan, id est in exercitu tribus sue. Vel locus est in quo post habitauit sanson, et dicta est castra dan per anticipationem. Nondum enim tribus dan habebat propriam sortem.

Quod sanson occidit leonem. (rubric)

Descendit ergo sanson in thannata philisteorum, ut uideret sollempnitatem que ibi agebatur, et uisam ibi uirginem concupiuit. Aitque patri et matri. Accipite quaeso mihi in uxorem thannateam, quia complacuit oculis meis. Qui dixerunt. Cur negligis filias fratrum tuorum, et tuis ad filiam incircumcisorum? Nesciebant quod res fieret a domino. Cumque descenderent cum eo, apparuit eis catulus leonis in uineis oppidi, et irruit in eum sanson in spiritu domini, nichil habens in manu, et dilacerauit eum frustatim, quasi hedum caprarum, et hoc parentibus non indicauit. Desponsataque sibi uxore cum post aliquot dies rediret ut acciperet eam, declinauit ut uideret cadauer leonis, et ecce apes erant in ore leonis, et fauus mellis. Quem sumptum comedebat

in via. deditque partem patri et matri et comede-
runt. partem quoque sponse contradidit.

Cumque thamnathei cives essent in epulis
nuptiarum: timentes robur iuvenis. dede-
runt ei .xxx. iuvenes robustos. sermone quidem so-
dales: opere vero custodes. ne quid forte vellet commit-
tere. crescente convivarum sacietate. Quibus a-
it Sanson. Propono vobis problema. quod si solve-
ritis mihi intra septimum diem convivii. dabo
vobis .xxx. sindones et totidem tunicas. Alio-
quin vos dabitis mihi totidem. Qui dixerunt. Pro-
pone. Et ait Sanson. De comedente exivit
cibus: et de forti egressa est dulcedo. Iosephus alia
ponit verba. Qui cuncta devorat. cibum ge-
nuit de se suavem: licet ipse sit insuavis.
Nec potuerunt per tres dies propositionem solvere.
Cumque advenisset dies septimus: dixerunt sponse.
Blandire viro tuo: ut indicet tibi problema.
et indicabis nobis. Alioquin: incendemus te. et domum
patris tui. Que sollicitans virum flendo: dice-
bat. Odisti me: et ideo non exponis mihi. Septem
igitur diebus convivii: flebat apud eum. Sed quomodo
septem diebus flevit. cum supra dictum sit septi-
mo die venisse iuvenes ad eam? Potest
dici. Cumque advenisset dies septimus. id est cum ad-
huc essent dies inter .vii. primi. quod ideo determi-
natum est: ne putaretur post tres dies venisse.
de quibus predictum erat. quod non poterant propositionem
solvere per illos. Potest aliter dici. cum advenisset
dies septimus. id est appropinquaret. sed nondum esset:
ut dictum sit advenisset. quia iuxta esset. Ita post
dies tres in questionibus eorum quarto die: ve-
nerunt ad eam. et locuta est viro. Quod autem
dicitur diebus septem flevisse: hoc est in illis septem:
non per illos. Quidam tamen corrigunt ita. Cumque
advenisset dies quartus. quod vicio scriptoris teror
sem. quidam videns .vii. adbreviatum: estima-
vit legi unum. Tandem die septimo. cum ei
molesta esset: exposuit. Que indicavit civi-
bus suis: et illi die septimo ante solis occasum
dixerunt Sansoni. Quid dulcius melle? Quid
forcius leone? Qui ait. Quid dolosius muliere?
Si non arassetis in vitula mea: non invenisse-
tis propositionem meam. Et irruit spiritus domini in
eum et descendit Ascalonem et ibi percussit .xxx.
viros. Quorum ablatas vestes dedit pronubis
suis. Et iratus Sanson uxori: rediit in do-
mum patris sui. Uxor autem eius nupsit uni
de pronubis suis.

Cumque dies triticee messis instarent:
venit Sanson invisere uxorem suam.
ferens hedum. Cumque cubiculum eius vellet intra-
re: prohibuit pater. dicens. Putavi quod o-
disses eam: et tradidi eam amico tuo. Sororem
habet que pulcrior est illa: sit tibi pro ea uxor. Cui San-
son. Ab hac die non erit culpa in me: contra
philisteos. faciam vobis mala. Et cepit trecen-
tas vulpes et iunxit caudas caudis et faces
ligavit in medio. Quas igne succendens:
dimisit eas discurrere. et incenderunt segetes
philistinorum. in tantum ut ignis quoque vineas et
oliveta consumeret. Palestini scientes opus
esse Sansonis. uxorem eius et parentes combusserunt.
tamquam mali huius auctores. et ait Sanson.
Adhuc expetam ultionem: ut quiescam. et percus-
sit eos plaga gravi: ita ut stupentes suram
femori imponerent. Lxx. dicunt. Ita
percussit alienigenas Sanson: tibiam super
femur. Quod ad priorem sensum reducitur. id est
tam mirabiliter ut stupentes tibiam unius
pedis super femur alterius ponerent. Tamen quia
tibiis incedunt et super femur sedent: quidam
exponunt sic. Percussit tibiam super femur. id est pe-
dites: preter sedentes in equo. Et habita-
bat Sanson in spelunca petre Ethan:
que in loco munito. Qualiter mille occidit viros

Tunc ascen- cum maxilla asini.
dentes philistei in terram Iuda: castra

metatus est in loco. qui postea dictus est lechi. i. maxil
la. Et dixerunt ad eos viri iuda. Servimus
eis. Cur ascendistis adversum nos? Qui dixe
runt. Ut ligemus sansonem. Et ascenderunt tria
milia de iuda ad sanson. et culpantes
eum dicebant. Nescis quod philistiim im
perant nobis? Venimus ut ligemus te. et trada
mus philisteis. Qui ait. Iurate ne me occi
datis. Iuraverunt. Et permisit se ligari
duobus novis funibus. Qui cum traherent
eum. et vociferarent philistei pre gaudio.
irruit spiritus domini in eum. et dissoluta sunt
vincla eius ut lina. i. stupe linee. ad odorem ig
nis. Tollensque mandibulam asini iacen
tem inventa. interfecit in ea mille viros.
alios in fugam vertit. Et exultans sanson
cecinit metrice. In maxilla asini. in man
dibula pulli asinarum delevi eos. et percus
si mille viros. Hebreus habet. in maxilla
asini hemor hemor. quod sonat cumulum
de cumulis. Hic est in maxilla asini feci a
cervum de cadaveribus mortuorum. Et proiecit
mandibulam. et vocavit nomen loci ra
mathlechi. vel ramathlechi. quod est elevatio max
ille. Rama enim excelsum sonat. Et siti
vit ad mortem. quod signum esse tradunt hebrei quod
tadit sibi gloriam et non deo. Et clamavit ad dominum.
Obsecro domine en morior. et incidam in ma
nus incircumcisorum. Et aperuit dominus molarem den
tem in maxilla asini. et egresse sunt aque.
Quibus haustis vires recepit. Et mutato
nomine priori dedit nomen loci. fons invoca
tis de maxilla. Cumque non timeret phi
listeos. abiit in gazam et vidit ibi mulie
rem meretricem. et ingressus est ad eam. Quo cog
nito palestini posuerunt custodes in por
ta civitatis. ut exeuntem mane occiderent.

Sanson vero medio noctis surgens. ambas
fores apprehendit cum postibus suis
et sera. et in humeris portavit ad verticem
montis. Tandem deceptus fuit.

Post hec amavit dalilam que
erat in monte soreth. Et est soreth lo
cus vel genus vitis. Et venerunt ad eam quinque
satrape phylistinorum dicentes. Disce ab
eo in quo habet vires. et quomodo valeamus eum vin
ctum affligere. et dabimus tibi singuli mille
c. argenteos. et blandita est dalida sansoni.
Qui respondit in dolo. Si septem nervis funibus
et adhuc humentibus ligatus fuero. ero sicut
ceteri homines. Quos iosephus palmites vinearum
recentes dicit. Et attulerunt ad eam septem
funes. quibus dormientem ebrium colligavit.
latentibus apud se philisteis. Et clama
vit mulier. phylistiim super te sanson.
Qui rupit vincla quasi stupea. Id ipsum factum
est secundo de septem novis funibus. Cum autem tertio
septem crines capitis eius circumligatos licio et
clavo terre infixisset. excitatus ab ea sanson
extraxit clavum cum crinibus et licio. Cumque
molesta ei esset dalila et deficeret anima eius
ad mortem. aperuit ei veritatem dicens. Na
zareus sum ab utero matris mee. Si ra
sum fuerit caput meum recedet a me for
titudo. Tunc dalila revocavit satrapas. qui
venerunt cum pecunia quam promiserant.
At illa dormire fecit eum super genua
sua. et per tonsorem rasit septem crines eius. i.
omnes. Ut quasi novacula ascendat super ca
put eius. et pro solis septem rasis dominus recessit
ab eo. Tunc abiecit eum mulier. Quem
cum apprehendissent philistiim. eruerunt
oculos eius. et circumduxerunt eum per terram. et apud
gazam clausum in carcere molere fe
cerunt. quasi opere servili eum affligentes.
Hebrei tamen tradunt. quod philistei coegerunt
eum dormire cum mulieribus robustis.
ut ex eo sobolem robustam susciperent.

Procedente tempore. cum capilli eius renasci cepissent. cum adesset publica sollempnitas. congregati sunt principes philistinorum ut immolarent magnifice dagon deo suo: qui tradiderat inimicum in manus eorum. Cumque letarentur conuiuantes. adductus est sanson: ut ante eos luderet. et illuderent. Stabat autem inter duas columpnas: quibus domus innitebatur. et ait puero regenti se. Sine me: ut tangam columpnas. et paululum requiescam. Et apprehendens utramque columpnam manibus: ait. Moriatur anima mea cum philistiim. Et concussis columpnis: cecidit domus super omnes. Et multo plures interfecit moriens: quam uiuus. Et preter conuiuas. circiter tria milia utriusque sexus. qui ludentem aspectabant de tecto. Tulitque eum uniuersa cognatio eius. et sepelierunt eum in sepulcro patris sui. Et iudicauit israel .xx. annis. Hactenus iudicum liber tempora signat. habens annos ducentos nonaginta nouem. et iudices .xii. Scide tia.

Eo tempore: ascanius albam condidit: secundus rex latinorum. Palefatus in libro incredibilium tradit ulixem in terram cyrenorum fugisse. Sillam spoliare hospites solitam. Syrenes quoque meretrices fuisse: que decipiebant nauigantes.

Sequitur historia De micha.

De ydolo miche. Hunc autem euentum. et alium de uxore leuite: dicit iosephus contigisse post mortem iosue. et ante othoniel. cum primum peccasset coram domino israel. et tradidisset eos dominus in manus chananeorum. Qui abstulerunt iude aschalonem et acharon. et multas urbes in campestribus. et ipsos danitas expulsos fugere in montes compulerunt. Eo tempore fuit uir de monte ephraim: nomine michas. Qui suscepit a matre sua mille .c. argenteos uotiuos. et fecit ex mandato matris ex eis ephod. et theraphim .i. uestem sacerdotalem. et ydola. et separauit eis edicula in domo sua. Et impleuit manum unius filiorum suorum. et factus est sacerdos. et induerunt eum de sacerdotio. per aliquid positum in manu eius. Vel impleuit manum eius .i. sepe obtulit ei. tanquam sacerdoti. In diebus illis non erat rex in israel: sed unusquisque quod sibi rectum uidebatur faciebat. Fuit autem alter adolescens bethleemita cognatus miche. et leuita: sed pauper. qui uoluit peregrinari ubicumque commodum repperisset. Cumque declinasset in domo miche: cognita uite eius causa constituit eum sibi sacerdotem. instituens ei per singulos annos .x. argenteos. et uestem duplicem preter uictum. In diebus illis tribus dan querebat possessionem. Et miserunt .v. uiros ut explorarent terram in qua possent habitare. Et intrantes domum miche: requieuerunt in diuersorio leuite. Cumque consuluissent uestem et ydola. abierunt et uenerunt lachis. Et uidentes locum uberem et magnarum opum. et habitantes in ea sine timore. et imbelles: reuersi sunt ad fratres suos. et dixerunt. Surgite et possideamus terram quam uidimus. Nullus erit labor. Et profecti de tribu dan sexcenti uiri armati. primo manserunt in cariathiarim iude. Qui locus ex eo tempore dictus est castra dan. Aliud eodem nomine dictus est. de quo diximus in sansone. Tertius nomine eodem dictus est: ubi ieroboam fabricauit uitulos. Cumque transissent iuxta domum miche: intrauerunt predicti quinque uiri. ut tollerent uestes et ydola. Cumque sacerdos acclamaret: dixerunt ei. Veni nobiscum. Melius est tibi ut sis pater in una tribu quam in domo unius uiri. Et abiit cum eis: ferens secum omnia. Cumque insequeretur eos michas cum

omni domo sua. uidens eos fortiores et mi-
nantes mortem: reuersus est. Illi uero cum mu-
lieribus et paruulis et iumentis et uniuersa
supellectili sua uenerunt ad oppidum lachis.
et percusserunt eos. et urbem incenderunt. et
struxerunt iterum ciuitatem. non procul a libano et
iuxta fontes iordanis. circa maximum
campum sidonis. in regione roob. et ap-
pellauerunt eam dan. que prius lachis uo-
cabatur. Posueruntque ibi in dan ydolum miche.
toto tempore quo fuit domus dei in sylo. Iona-
than uero filium gersan filii moysi et fili-
os eius: statuerunt sacerdotes in tribu dan. usque
ad diem captiuitatis sue. Et usque replicat
hystoria. in diebus illis non erat rex in
israel: uidetur consentire iosepho. qui dicit
hec facta. et quod sequitur: circa eadem tempora con-
tigisse. De uxore leuite.

Uir leuita habitans in latere mon-
tis ephraim. habuit uxorem de bethle-
em. que irata uiro suo rediit in domum
patris sui in bethleem. Secutus eam uir
suus cum puero et duobus asinis: re-
conciliata est uxor. Quarto autem die cum
regredi uellet: tenuit eum socer usque in
crastinum. Quinto die sumpto cibo cir-
ca meridiem egressus est. ducens secum duos
asinos onustos et concubinam. Sic enim
quandoque uxor dicitur. Et ut uidetur uelle iose-
phus: in ea quarta infaustum iter arripuit.
Cumque transirent iuxta iebus. die decli-
nante. noluit ingredi oppidum gentis alie-
ne: transiuit in gabaa. que est in tribu ben-
iamin. et nullo eum recipiente: sede-
bant in platea. Et ecce senex rediens
de agro. qui erat in monte ephraim et
aduena habitabat in gabaa. Qui in-
troduxit eos in domo sua. et cenantibus
illis: uenientes uiri ciuitatis. filii

belial: dixerunt ad dominum domus. Educ ui-
rum qui ingressus est ad te: ut abutamur eo.
Tamen iosephus dicit. non uenisse pro eo: sed ut rap-
erent uxorem eius. Cum autem obtulisset eis
senex filiam suam uirginem: et uxorem uiri pro
uiro: eduxerunt uxorem uiri. Qua cum tota
nocte abusi essent: dimiserunt eam mane.
Que rediens ad hospitium exspirauit ante
ianuam. Et ferens uir eius cadauer in asi-
no: rediit in domum suam. Et concidens
eam in partes .xii.: misit in omnes termi-
nos israel. Et conclamabant singuli.
Numquam sic factum est in israel: ex quo ascende-
runt patres nostri de egipto. Et egressi sunt omnes
quasi uir unus in masphat. quadringenta
milia pugnatorum: et dixerunt. Non re-
dibit quispiam in domum suam: donec
ulciscamur in gabaa. Et elegerunt uiros.
unum de .x. qui comportarent cybaria.
et miserunt ad omnem tribum beniamin:
dicentes. Tradite nobis flagitiosos de ga-
baa: ut moriantur. Qui noluerunt: immo de-
derunt eis in auxilium .xxv. milia de
beniamin. Erant autem in gabaa .dcc.
uiri: ita sinistra ut dextra preliantes et sic
fundis lapides ad certum iacientes. ut
capillum quoque possent percutere. Et ascen-
dens exercitus israel in sylo: consuluit do-
minum. Quis ascenderet certaminis princeps
contra beniamin: Et respondit dominus. Iu-
das. hoc forte uidetur facere pro iosepho:
de tempore huius cladis. Et ascendentes
inde: expugnabant gabaa. Et prima
die egressi filii beniamin de gabaa: pro-
strauerunt de israel .xxii. milia. Sequente uero die:
.xviii. milia. Tertia uero die per insi-
dias circumuenti: ceciderunt. Et incen-
derunt filii israel urbem. occidentes uiros
et mulieres et paruulos: et ipsum facien-

vel aliis civitatibus in beniamin. De omni
numero beniamin soli sexcenti reman
serunt. qui sederunt in petra remmon. et plan
xerunt planctu magno .iiii. mensibus. Et
iuraverunt filii israel in masphat. quod nul
lus eorum filias suas daret uxores filiis ben
iamin. Tandem penitentes de deletione
tribus unius: requisierunt qui de israel non ascenderat
cum eis: nec iuraverat. Et inventi sunt
iabes galaad non interfuisse certamini. et per
cusserunt eos a viro usque ad mulierem. solis
quadringentis virginibus reservatis. Et ad
vocantes sexcentos viros de petra remmon:
reddiderunt eis sortem beniamin. et qua
dringentas illas virgines dederunt eis in
uxores. Et consilio inito de dandis uxoribus
ducentis qui remanserant: dixerunt eis.
Ecce sollemnitas domini est in sylo. et ascen
dent filie israel ducentes choros. et vos
latentes in vineis exite. et rapite singu
li singulas uxores. Et factum est ita: et re
stituta est tribus beniamin. In diebus illis:
non erat rex in israel. sed unusquisque quod sibi rec
tum videbatur faciebat. Eadem clausula:
que et supra. Ideo forte videtur: quod circa idem
tempus utraque facta fuerint. De ruth.

Post sansonem: iudica
vit israel heli sacerdos. Qui non tam iu
dex. sed sacerdos. a digniori officio
agnominatus est. Et translato sacerdotio
a filiis eleazar. hic primus de filiis ytha
mar. accepit sacerdotium. In diebus eius
facta est fames in terra. Et surrexit heli
melech de bethleem effrathe. cum uxo
re sua noemi. cum duobus filiis suis ma
alon et chelion. et ingressus est regionem
moabitidem. ut pasceretur ibi. Quo mor
tuo: filii eius duxerunt uxores moabiti
das: orpham et ruth. Tamen iosephus dicit.

duxerunt

quod pater filiis suis accepit uxores: et man
serunt ibi .x. annis. et mortui sunt ambo sine
liberis. Noemi vero vidua et orbata filiis
surrexit ut rediret in patriam. Audie
rat enim quod dominus dederat populo suo escas.
Et comitabantur eam nurus sue. que ait
ad eas. Revertimini filie mee: in domo
matris vestre. Non enim ultra potestis sperare
viros ex utero meo. Et nota quod apud
moabitas servabatur lex de semine sus
citando. Et adquievit orpha: et reversa est.

Ruth vero: sequebatur eam. Cui noemi. du
vi filia. Non est deus noster. sicut dii gentium:
nec populus noster secundum ritum gentium vivit.
Expedit tibi: ut redeas ad populum tuum.
et ad deos tuos. Et ait ruth. Populus tuus.
populus meus: deus meus. deus tuus. Profecteque sunt si
mul. et venerunt in bethleem que prius dice
batur effrata: ab uxore caleph. Hec fu
it maria: soror moysi. secundum quosdam. et
translata est de heremo. Quia postquam per
cussa est lepra: agnominata est ephra
ta. id est furorem vidit. id est iram dei experimento
cognovit. Vel interpretatur speculum: quia pla
ga eius posita est omnibus in exemplum.
Sed et primo propter incredibilem ubertatem terre
redditam. cepit vocari bethleem. quod est
domus panis. Percrebuit fama in bet
leem: et dicebant. Hec est illa noemi.
Quibus illa, Ne vocetis me noemi. quod
est pulchra: sed vocate me mara. quod est a
mara. Egressa sum plena. et vacuam
reduxit me dominus: sed amaritudine
plenam. Et tunc primum ordea mete
bantur. Erat autem ibi vir potens et
opulentus booz: et sanguineus e
limelech. Intravit itaque ruth agros
illius: de voluntate noemi. et collige
bat spicas post metentes. Accidit autem.

ut egrederetur booz ad agrum: et ait messoribus. Dominus vobiscum. et quesivit: cuius esset hec puella. Et dixerunt. Hec est illa moabitis: que venit cum noemi. Et ait booz ad eam. Filia ne vadas in alterius agrum. nullus puerorum molestus erit tibi. Si sitis: vade ad sarcinulas et bibe. Hora vescendi. veni huc: et comede. et intinge buccellam in aceto. Reddat tibi deus vicem mercedem. quia confugisti sub alas eius. Pueris quoque suis dixit. Proicite de manipulis vestris de industria: ut absque rubore colligat. Cumque comedisset ruth ad latus messorum: congessit polentam. quam iosephus alphitam vocat: et conservabat eam socrui. In vespera quod collegerat virga excutiens: invenit ordei quasi ephi. id est modios tres. Cumque redisset ad socrum: indicavit ei. que fecerat sibi booz. Et ait noemi. Propinquus noster est homo. Benedictus sit a domino. Id ipsum fecit ruth sequentibus diebus: usque ad aree ventilationem. Mos erat in israel. quod in ventilatione aree dominus grande convivium parabat pueris suis et messoribus et dormiebat in area. et quasi sollempnizans abstinebat ab amplexibus. Id ipsum fiebat: in tonsione ovium. Sicut videmus fiebat: in lege. Et ait noemi ad ruth. Lavare filia et ungere et induere cultioribus vestimentis: et ascende in aream cum aliis. Non te videat homo: donec inebriatus fuerit. Cumque obdormierit: proicies te ad partem pedum eius et ibi iacebis. Et fecit omnia: que socrus sibi imperaverat. Et ecce media nocte evigilans homo: expavit dicens. Que es? Et illa. Ego sum ancilla tua. Expande pallium tuum super me: quia propinquus es. Cumque indicasset ei booz. in talibus de rogationibus castitatem esse servandam: addidit. Alius me propinquior est. Si te voluerit iure propinquitatis: bonum res acta est. Alioquin: ego te suscipiam. Vivit dominus. Surrexit itaque booz de loco ubi iacebat iuxta acervum manipulorum: antequam homines mutuo se cognoscerent. Et impleverunt palliolum illius ordeo. quasi sex modiis. et rediens ruth confessa ad socrum: indicavit ei que dixerat ei booz. Ascendit ergo booz ad portam et sedit cum iudicibus: et vocavit decem de senioribus civitatis. Et advocans propinquiorem illum de quo dixerat. ait ad eum. Partem agri fratris nostri elimelech. disposuit vendere noemi. Nos soli duo propinqui sumus: sed tu propinquior. Eme ergo si placet. At ille. Ego emam. Cui booz. Ergo non ex media parte oportet te legum habere memoriam. Habeas necesse est cum agro relictam maalon: ut suscites nomen propinqui. At ille ait. Cedo a iure propinquitatis. Tu utere privilegio meo. Et ait booz. Tolle ergo calciamentum tuum: ut firma sit concessio. Iosephus tamen dicit. Booz itaque testificans seniores: iussit mulierem ut eius calciamentum solveret secundum legem: et in faciem eius spueret. Iohannes quoque ait. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti solvere.

Ex hiis ergo conicitur quod secundum diversos casus quandoque ipse repudians solvebat sibi calciamentum. quandoque vero mulier solvebat ei: quandoque vir qui suscipiebat eam. Sed quandocumque non fieret: in obprobrium repudii contra legem. domus eius dicebat domus discalciati. Et ait booz astantibus. Huius rei testes estis?

qui dixerit. Testes sumus. Faciat dominus hanc
mulierem sicut rachel et liam: que edifi
cauerunt domum israel. Accepit itaque bo
oz ruth in uxorem: et post annum natus est
ei filius. quem posuit noemi in sinu suo.
nutricis et gerule fungens officio. Et
dixerunt ad eam uicine congratulantes. Ec
ce hic. qui nutriat senectutem tuam: et ser
uiat tibi plusquam septem filii. Ob hoc
uocauit nomen eius obeth: quod hebraice
interpretatur seruiens. Hic est pater ysai: pa
tris dauid. Explicit historia iudi
cum. Incipit hystoria regum.

Liber regum in quatuor
uoluminibus distinguitur apud nos. Se
cundum hebreos autem: in duobus. Et di
cunt primum samuel: a nomine auctoris.
Secundum uocant malachim: id est regum
a materia. Quidam uocant malachot.
quod sonat regnorum: sed uitiose. Agitur ta
men eo. de uno regno iudeorum tantum et de
regibus eius. licet in duo diuisum fuerit.

Scriptus est autem cronice liber iste sub
singulis regibus. qui compactus est in unum
a ieremia. Quod gamaliel pater. quia idem
finis est huius libri et ieremie. Ad commen
dationem autem samuelis premittitur commen
datio patris eius: in hunc modum. Fuit
uir unus de ramathaim sophim de
monte ephraim: et nomen eius helca
na ephrateus. Vir enim ponitur hic.
non pro sexu: sed pro uigore uirtutum. Et
unus. pro numero: sed pro singularitate
religionis pre aliis. Dicitur autem ciuitas
eius ramathaim. que in euangelio
dicitur arimathia. a ioseph dicitur ramath.
quia in excelso sita erat. Sophim
uero speculatio interpretatur. et est ibi ge
nitiuus casus. Ac si diceret: de rama

thaim speculationis: quia ex ea ciuitate tota re
gio longe uideri poterat. Sic tradit
ieronimus. Alii distinguunt sic. De ra
matha in sophim. Sequitur: de monte
ephraim. Non est mons ephraim
nomen montis: sed regionis. Unde in sequen
tibus. ubi legitur de xii. prefectis regionum.
qui ministrabant salomoni per singu
los menses. ponitur dechar prefectus mon
tis effraim.

Fuit autem helcana leuita. nonus
decimus a leui. descendens ab eo per
caath et ysuar et chore. Unde patet. quod
samuel non fuit aaronita. Et dicitur effra
teus: id est bethleemita. Fuit enim secundum ma
trem: de tribu iuda. Unde samuel post
ea posuit unum de filiis suis iudicem in
bethleem: tanquam inter contribules. Et nota
quod quidam tria nomina distinguunt
sic. Effrateus ab effraim. scribitur per
duo f. ephrateus. ab ephrata per ph. Eu
phrateus ab eufraten. quod est frugi
fer per eu. et est ut dicunt terminus iudee:
iuxta euphratam.

Habuit autem helcana duas uxores.
Nomen uni anna: et nomen secunde:
fenenna. Et cum debuit dicere alteri.
de duabus: dixit secunde: innuens quia licet
pares essent in nomine uxorio: tamen hec secunda
erat in amore uiri. Erat autem an
na pulchra. sed sterilis: fenenna uero fecunda.
Et ascendebat uir ille temporibus statutis diebus
secundum legem. in silo: ad adorandum deum.
Erant autem in sylo duo filii heli. ofni
et finees: sacerdotes. Cumque immolas
set helcana: dedit fenenne et filiis.
et filiabus eius partes. Anne autem dedit u
nam partem: tristis.

Quidam putant deum hoc esse de

f

h

q

uestibus nouis. quas distribuebat uxoribus
et filiis: in die festo. Sed magis putandum
est dictum esse de partibus sacrificiorum quae contingebant
offerentes. quas tamquam sacras leuite
ceteris distribuebant. Hebreus sermo ma
gis uidetur sonare. dedit anne missionem
unam duplicem: quia unam partem equipollentem
duabus. Porro anna tristis erat pro sterilitate:
et non sumebat cibum. Et egressa est ad fo
res tabernaculi ut oraret: heli sedente an
te postes. ut querentes consilium. paratum
eum inuenirent. Et flens anna: uo
uit domino. Domine deus exercituum. si dederis
mihi sexum uirilem: dabo eum tibi nazareum
omnibus diebus uite sue. Et attendens he
li motum labiorum uocemque non audiens: es
timans temulentam. ait. Digere paulisper
uinum: quo madens. Que respondit. Nequaquam
domine. Sed mulier infelix ego sum: usque
adhuc. Orans pro ancilla tua. Et intelli
gens eam hely sterilem: ait. Deus te deus israel
petitionem tuam. Hebreus tamen: habet. dabit.
Unde mulier ex promissione sacerdotali se
cura. abiit: uultusque illius non sunt amplius
in diuersa mutati. id est animus eius non est dein
ceps distractus in uarietates dubitatio

De ortu samuelis

Et factum est ut nis.
pareret filium et uocauit nomen eius
samuel. id est postulatio dei: quia a deo postu
latum susceperat. Et ascendit muli
er in sylo cum uiro: donec ablacta
ret filium et cum ablactatum duxit in
sylo cum tribus uitulis et tribus modiis fa
rine. Hebreus tamen habet et modio farine et
cum amphora uini. que est mensura trium
modiorum. Et attulit simila et uinum
ad libandum tamen: cum in libaminibus ui
tulorum pauciora sufficerent. presertim cum
non nisi unum uitulum obtulisset. Sed intelli
gendum est: quod residuum dedit domui
sacerdotum. Porro mirum uidetur esse: puerum
bimum qui nouiter ablactatum. adductum
esse ad ministrandum in tabernaculo. Propter
ea quidam dicunt. tres esse ablactationes. prima
est a lacte mamille. que fit tercio anno. secunda
a lacte infantie. que fit septimo. tertia a
lacte puericie. que fit duodecimo et sic amo
uetur puer a nutrice. a pedagogo. a ti
more. Dicunt ergo quidam. eum adductum post
secundam ablactationem: ad imbuendum
litteris. Unde in sequentibus legitur. quod per sin
gulos annos mittebat ei mater tuni
cam paruam. Alii dicunt. quod post terciam ablac
tationem: quia iam idoneum ad mini
strandum. Unde statim sequitur. Puer
autem erat minister: in conspectu domini.

Cumque obtulisset puerum hely:
ait anna. Viuit anima tua domine. Ego
sum mulier infelix pro qua orasti: et ecce
filius quem dedit mihi dominus. Genus erat
iurisiurandi: pro confirmatione. q. d. per
animam tuam domine. Quidam tamen. quemque per exe
crationem dici putant: ut ibi. Viuit
anima tua rex: si noui eum. q. d. Des
truat me uita tua: si noui eum. Et ora
uit anna ad dominum: et dixit. Exultauit
cor meum in domino: et cetera. Canticum tamen est
prophetie: non orationis. Et continet tria: hoc canticum.
Primum est gratiarum actio pro beneficiis sibi
prestitis. Secundo: est inuectio in superbos:
occasione fenenne. Ibi. Nolite multipli
care loqui. Tercio prophetat de regno christi.
Ibi. Dominus iudicabit fines terre. Quod autem
legitur in cantico. donec sterilis peperit
plurimos: et que multos habebat filios
infirmata est. hebreus habet pro plurimos.
septem: et pro infirmata est. secta est. Et tra
dit quod singulis anne filiis nascentibus:

singuli fenenne filii monebantur. Et
quinque filiis anne. duos filios samuhelis con-
numerat: ut sint septem. Rediit hel-
cana in domum suam: et samuel ministra-
bat ante heli. Et dicit eum iosephus anno .xii.
pleno prophetasse. De filiis heli.
Porro filii hely nescientes dominum: partem
sacerdotalem de sacrificiis antequam ado-
lerent adipem. tollebant ab offerentibus cru-
dam: ut lautius pararent eam. Et mittebat
puer sacerdotis fuscinulam in ollam. et quicquid
leuabat fuscinula. erat sacerdotis: quod non
erat portio. sed rapina. Samuel autem minis-
trabat. accinctus ephot lineo. non sacerdotali.
sed prophetico: et tunicam paruam afferebat ei
mater singulis annis. Et uisitauit dominus
annam. et habuit tres filios: et duas filias. He-
li autem: erat senex ualde. Et audiuit peccata
filiorum. qui dormiebant cum mulieribus ex-
cubantibus ad ostium tabernaculi: et eas que
uenerant ad purificandum polluebant.
Quidam tamen uolunt quod non miscebantur muli-
eribus. sed corrupti pecunia. dabant muli-
eribus licentiam commiscendi uiris suis. in-
fra dies purificationum. Unde et pater dixit
eis. Transgredi facitis populum domini. Itepide
Uenit autem uir dei: et arguebat eos.
ad hely. et ait ad eum. Loquens lo-
cutus sum. ut domus patris tui ministret
in sempiternum. Absit hoc a me. Sed hono-
rantes me glorificabo: et contempnentes abi-
ciam. Ecce precidam brachium domus patris
tui. id est auferam sacerdotium de domo tua.
pro quo debebatur ei armus dexter. et uidebis
emulum tuum in templo. Quod factum est in
diebus salomonis. cum sadoch qui fuit de
eleazar. factus est sacerdos. eiecto abyathar.
qui fuit de ythamar. Quidam tamen autumant
translatum esse sacerdotium ad samuelem.

qui non fuit aaronita. Sed neque legitur samuelem
fuisse sacerdotem. nec aaronitas amotos a sacer-
dotio: usque circa tempora machabeorum. Quod
autem addidit uir dei. magna pars domus tue
morietur: forte impletum est in proximo. quando
occubuerunt filii eius in bello. uel quando saul sacer-
dotes nobe interfecit. et in signum future uinta-
tis predixit ei. una die filios eius morituros.
Porro in diebus illis erat sermo domini precio-
sus. id est rarus. Quod tertio uocauit dominus sa-
muhelem.
Factum est autem. hely
iacebat in loco suo. et oculi eius caliga-
uerant: nec poterat uidere lucernam dei antequam
extingueretur. Quod mirum uidetur. Non
est enim aliquis adeo caligans. quin clarius uide-
at lucernam ardentem. quam extinctam: presertim
cum caligantes oculi clarius uideant
ad lucernam. quam ad diem. Quidam sic dis-
tinguunt. Nec poterat uidere: lucernam
dei. Antequam extingueretur samuel autem
dormiebat: et superhabundat autem. Hunc
sensum uidetur consentire hebreus: qui distin-
guit ibi. Nec poterat uidere: et subiun-
git. Lucerna domini nondum extinguebatur.
Et sic construe: sequitur. Samuel autem dormi-
ebat in templo domini. id est in thalamo iux-
ta tabernaculum: ubi solus cum hely sacer-
dote dormiebat. Unde: cum uocasset
eum dominus. cucurrit ad hely. dicens. Uo-
casti me. Falsum dixit: sed non est mentitus. Et ait
hely. Non uocaui te. Reuertere: et dor-
mi. Et factum est secundo: similiter. Nondum
enim samuel sciebat dominum: id est non habebat
consuetudinem audiendi dominum. Et cum uo-
casset eum dominus tertio: tamen abiit ad hely.
Et intellexit hely quod uocasset eum dominus:
et ait. Si deinceps uocauerit te: dices.
Loquere domine: quia audit seruus tuus.
usque uocasset eum dominus dormientem.

dixit. Loquere domine etc. Et indicavit ei eandem comminationem in domum hely: quam prius fecerat per virum dei. Non tamen putandum est irritam factam promissionem quam fecerat dominus aaron: de sacerdotio sempiterno. Promissionibus enim huiusmodi: semper addenda est conditio. quandoque posita. Si custodierint filii tui testamentum meum etc. Videtur iosephus velle. dominum ideo ter vocasse samuelem: ut prefiguraret tres ipsi dignitates futuras. Fuit enim propheta. quod ab hac vocatione dicit eum habuisse. Fuitque iudex. obtinuitque et sacerdos: eo quod parvulus esset ychabot. nepos hely. Mane advocavit hely samuelem. ut indicaret ei universum sermonem domini. Et indicavit ei omnia. Et ait hely. Dominus est. Quod bonum est in oculis suis faciat. Crevit autem samuel. et cognovit universus israel. quod fidelis propheta samuel esset domini. Et consuluit eum omnis populus: iuxta verbum domini. Preceperat enim dominus. ut abicerent divinos et ariolos et huiusmodi: et sciscitarentur a tribubus suis verbum domini.

De morte heli et filiorum eius.

Et factum est. convenerunt phylistiim in pugnam in affec: qui dicitur locus ponens ad iezrahel. quem vocat iosephus civitatem ampheolentis. Israel quoque egressus est in prelium. iuxta lapidem adiutorii. Quod per prolepsim dictum: postea patebit. Et victus est israel: et ceciderunt de eo quasi quattuor milia virorum. Et dixerunt seniores. Afferamus de sylo archam domini: sedentis super cherubin. Quod ideo dictum est. sicut et in psalmo qui sedes super cherubin: quia quandoque gloria domini apparebat ibi. Et tulerunt archam et ierunt cum ea duo filii hely. Ofni et finees iam fungebantur officio patris. Et acceperant mandatum ab hely. ne ad eum reverterentur sine archa. Et timuerunt philistiim: et acrius pugnaverunt. fugitque israel. et cesa sunt ex eo .xxx.ta milia peditum. et archa domini capta est. et duo filii heli mortui sunt. Cucurrit autem puer beniamita ex acie: et indicavit in sylo. quod factum erat. Hely autem sedebat contra viam que ducebat ad castra spectans: vel auscultans. Iam enim cecus erat ut tradunt hebrei: et non cecutiens. Qui audita strage populi et morte filiorum: quievit. Cum autem audisset archam captam. cecidit retrorsum: et fractis cervicibus expiravit. Nurus autem eius. uxor finees pregnans erat: et pre dolore incurvavit se et peperit filium septem mensium. ut dicit iosephus. et vocavit eum ychabot. id est inglorium dicens. Translata est gloria domini de israel. Porro hely iudicavit israel .xl. annis. Cui concordat iosephus. Septuaginta vero et paralipomenon: dicunt .xx. Potest dici. quod post sansonem fluxerunt .xx. anni sine iudice. quos aggregant sibi annis quibus iudicavit hely. Quidam tamen dicunt .xx. annos quibus iudicavit samuel. aggregandos annis hely magistri sui. Sed anni samuelis cum annis saulis ascribuntur. Sane potuit fieri. ut hely factus iudex transtulerit sacerdotium de domo eleazar. Eleazar quidem successit finees. Cui successit abiezer. Cui successit buzi. cui successit ozi. et translatum est sacerdotium. Incidentia.

In diebus hely fuit tercius rex latinorum silvius. postumus filius enee et lavinie. a quo deinceps latini reges. silvii denominati sunt. Hunc ascanius heredem

relīqt. adhuc parvulo filio suo iulo. aq̄
iulior̄ familia ⁊ originē traxit. et no
men. hectoris filii ilium receperunt. ex
pulsis posteris nestoris. **De remissiōe**
T
ulerūt autē philistiim **arche.**
archam dn̄i in azotum ⁊ statue
rūt eam iuxta dagon. q̄si tropheū. Et
surgentes diluculo: invenerūt dagon
pstratū in t̄ra ante archā ⁊ q̄si adorantē
ut dic̄ iose: et restituerūt eū in locū suū.
Rursum mane seq̄nti: invenerūt eū
pstratū. caput ū ⁊ man̄ eī: abscise a
trunco iacebant. s̄r līm. Ob h̄ nullus
ingrediens templū in azoto: calcat s̄r
līm usq; in hodiernū diē. Et aggra
vata ē manus dn̄i sup azotios ⁊ pcus
sit eos in secretiori parte natiū ⁊ com
putrescebant pminentes extales eor̄.
q̄d iosephus dicit fc̄m ex crudeli passi
one dissenterie: ita ut putrefacta e
gererent intestina ⁊ mures ebullien
tes de agr̄s. corrodebant extales eor̄. Et
convocatis satrapis: dixerūt ad eos. Q̄d
faciem̄ de archa? Q̄ dixerūt. Circum
ducat̄. Q̄cumq; aū circūducebat̄:
pcutiebat omīs in posterioribz. Et fece
rūt s̄ sedes pelliceas ⁊ convenientes p̄nci
pes .v. urbiū: tractabant q̄d facturi
eēnt. ⁊ erant q̄ dicerent: causā passio
num fc̄am p archā. alii p casū. alii p
corruptionē aeris ⁊ fructuū t̄re. dixe
runt aū sacerdotes ⁊ divini. Cur ag
gravatis cor v̄r̄m sic pharao ⁊ egip
tus? Remittite archam: s; n̄ vacuā.
Reponite tapsellā iuxta archā: q̄nq;
anos aureos ⁊ .v. mures aureos. p
n̄ro civitatū q̄ pcusse s̄r. Josephus t̄n
dicit .v. simulac̄ hoīum aurea. ⁊ po
netis archam s̄r plaustrū novū. cui
iungetis duas vaccas fetas. q̄bz n̄ ē im
positum iugū ⁊ vitulos eaz̄ recludetis
domi. ⁊ si recto itin̄e ascenderint contra
bethsames. ipā fecit nob̄ hoc malum.
Alioq̄n: casu fc̄m ē. Et ibant vacce mu
gientes in directū: nec declinantes ad
dexterā. nec ad sinistrā. p viā q̄ ducit
bethsames. ⁊ hec ē una sac̄dotaliū ci
vitatū: in t̄bu beniamin. ē altera
bethsames: in t̄bu neptalim. Porro
bethsamite: metebant t̄ticū. ⁊ venit
plaustrū in agrū iosue bethsamite:
⁊ stetit ibi. Et posuerūt archā sup la
pidē grandē. quē putant hebrei fuis
se arā: ab abraā edificatā ⁊ tapsellā q̄
erat iuxta eam. ⁊ conciderunt levite lig
na plaust̄ ⁊ vaccas posuerūt sup ea:
holocaustum dn̄o. Viri aū bethsa
mite obtulerunt holocausta ⁊ victi
mas: in die illa. **A**sserūt q̄dam .v.
t̄m ēē civitates philistiim ⁊ ideo mi
sisse t̄m .v. anos aureos ⁊ .v. mures: s;
in sequentibz legit̄ siceleth fuisse civi
tas philisteor̄. Vn̄ meli̇ videt̄ q̄d di
cit ysidor̄ .v. fuisse t̄m metropoles: ⁊ q̄
q; obtulit anū aureū ⁊ murē. Alie
solum mures obtulerunt. Usq; ad abel
magnū: s̄r quē posuerūt archā dn̄i. ⁊
videt̄ hec littera sonare: q̄d abel sit
nom̄ lapidis. s̄r quē posita fuit archa.
Alii assūunt civitatē q̄ t̄c bethsames
dicebat̄ postea dc̄am abel. q̄d int̄ptā
tur luct̄. ppt̄ luctū bethsamitar̄ qui
secut̄ ē. Et additum ē magnū. ad dif
fr̄am alterius abel. q̄ in sequentibz abe
la dr̄. ubi sapiens mulier exclama
vit ad ioab. Q̄ interrogant: introi
gerit in abela ⁊ sic leḡ. s̄r quē posu
erunt archam: i. iuxta q̄m. Et pcus

siste de bethsamitis .lxx. uiros 7 .l. milia plebis: eo quod uidissent archam. Credunt autem illi .lxx. deposuisse archam: cum non essent sacerdotes. Si queritur. cur ergo mortui non sunt philistei. qui tamen uiderunt archam: potest dici. quia non peccauerunt uidendo. quibus non erat prohibitum uidere. Ciuitates autem bethsamitę misserunt ad uiros cariathiarim: ut reducerent ad se archam. Qui reduxerunt eam: 7 intulerunt eam in domo aminadab uiri iusti. in gabaa 7 eleazarum filium eius sacerdotem instituerunt in custodiam arche. 7 fuit ibi .xx. annis. usque ad .vii. annum regni saulis. qui ipse intulit eam in castra. Manserat autem apud philisteos septem mensibus. 7 tunc quieuit omnis israel post dominum. Quod orante samuele uicit israel philistiim.

Quod attendens samuel 7 uidens eorum fiduciam in domino: ait. Ascendamus in masphat: ut orem pro uobis. Cumque ascendissent in masphat. effuderunt aquam coram domino: in qua maledicta coniecta erant. quoniam si bibebat ydolatra. labia eius adherebant sibi inseparabiliter. forte in signum federis: sicut fecit iosue. 7 iudicauit samuel ibi eos: id est docuit eos iudicia dei. Quidam tamen asserunt. samuelem quoddam ydolum redegisse in puluerem. et mixtum dedisse populo ad bibendum. 7 in barbis eorum indicasse reos ydolatrie. a non reis: sicut quondam fecit moyses. Et audierunt philistiim congregatum esse israel inermem: in masphat. 7 armati ascenderunt aduersus eos. 7 timens israel: dixit ad samuelem. Clama pro nobis ad dominum. 7 obtulit samuel agnum lactentem: in holocaustum. Et dum clamaret samuel ad dominum: initium est pluuie. 7 intonuit dominus fragore magno: super philisteos. 7 mota est terra: et per loca pandebat hiatus. 7 philistei in fugam uersi. cesi sunt a filiis israel. Qui percusserunt eos: usque ad terminos terre sue. Tulitque samuel lapidem: 7 posuit eum in terminis. 7 uocauit nomen loci illius. lapis adiutorii. Nec apposuerunt ultra philistiim. ut intrarent terminos israel: dum uiueret samuel. Iudicabat itaque samuel populum. in bethel 7 galgal. 7 masphat. circuiens per singulos annos: 7 reuertebatur in ramatha. 7 edificauit ibi altare. Sed et ibi iudicabat israelem. Tres ille ciuitates: famose erant. Bethel: propter somnium iacob. 7 galgal: propter circumcisionem secundam. 7 masphat: propter frequentiam iosue. Et ascendebat ad eas samuel uicissim in tribus sollempnitatibus celebrarius: 7 iudicabat ibi populum. Aliis diebus ascendebat ad eum populus in ramatha: ad iudicandum. Quod israel petiit regem.

Cum autem senuisset samuel: posuit filios suos. ioel 7 abiam. alterum in bethleem. alterum in bersabee: ut ibi sedentes iudicarent populum. Qui declinauerunt post auaritiam: et peruerterunt iudicia. Quod non ferens populus: dixit ad samuelem. Da nobis regem ut iudicet nos: sicut et cetere gentes habent. Quod grauiter tulit samuel propter inusitam sibi iniusticiam. 7 circa odium regis. Cumque consuluisset dominum: ait ei dominus. Audi uocem populi. Nec te tamen abiecerunt. sed me: ne regnem super eos. Veruntamen predic eis ius regis. Et ait samuel ad populum. Hoc erit ius regis. filios uestros faciet seruos suos. equites 7 precursores. 7 agricolas. 7 fabros armorum. filias uestras faciet unguentarias 7 cogstrias 7 panificas. Seruos uestros 7 ancillas. 7 iumenta: ponet in opere suo. Optima quoque uestra

dabit seruus suus: et uos eritis ei serui. Et
ait ppls. Non audiemus te. sed erit nob
rex: et pugnabit ante nos. ~~Et ait ppls.~~
~~Non audiemus te. sed erit nob rex: et~~
~~pugnabit ante nos.~~ Et ait samuel. Ite
ad pp̃a. Oportune uos euocabo: cum
cognouero a dño. quem datur sit uob re
gem. De unctione sa[…]uelis: et e
lectione.

Et erat uir de ben
iamin. noĩe cis: de stirpe gemi
ni: cui erat filius saul. et non erat uir me
lior illo: in isrl. Cumq; perissent asine
cys. dixit ad filium. Tolle unum de pue
ris: et quere asinas. Cumq; transissent per mon
tem effraim. et terram salim. et terram benia
min. et non inuenissent. et uenissent in ter
ram suph. que fuit patria samuelis: ait
saul ad puerum. Reuertamur: ne pater nis
sollicitus sit pro nob. Cui puer. Est uir dei
in ciuitate hac: qui absq; ambiguitate
loquitur. Eamus ad eum: si forte indicet no
bis de uia nra. Et ait saul. Quod feremus
ad eum: Panis defecit in sitarciis. et
sportulam non habemus. i. argentum in spor
tula. Errabat ut ioseph ait. putans
pphãm accepturum munera. Tamen nec
saul legitur obtulisse: nec ille accepisse.
Cui puer. Habeo in manu mea quartam
partem statis argenti. Et ascenderunt in
ramatha: in qua erat uir dei. Et dixit
puellis egredientib; ad aquam. Num quid
hic est uidens: ix. Est hic. Hodie sacri
ficatur est in excelso. Cumq; ambularent
in urbis medio: apparuit eis samu
el. Cui pridie dixerat dñs. Cras hac
hora: mittam ad te uirum de beniamin.
Quem unges: sr pplm meum. Cumq;
samuel aspexisset saul: dixit ei dñs.
Ecce uir: quem dixeram tibi. Et ait ad saul.

Ego sum uidens. Ascende: ut comedas
mecum. Cras dimittam te: et que sunt in corde tuo
indicabo tibi. Et de asinis non sis sollicitus: quia in
uente sunt. Posset uideri. saul habuisse sollici
tudinem pasinalis in corde: non hoc deuini
nasset pphã. Unde audiuit hebr: saulem uidis
se per somnium. se collocatum in uertice palme.
Quod: est signum regnaturi. Et inde: sollicitus
erat. Et ob hoc dixit ei samuel. Cuius erunt
optima queq; in isrl: Nonne tibi: Et ascen
derunt in excelsum. Ante templum enim: licebat
sacrificare in excelso. Cumq; recumberent
in triclinio: dedit ei samuel locum in ca
pite xxx. uirorum. qui fuerant inuitati: et po
suit ante eum armum. quem partem regalem. quam
de industria seruauerat ei. Cumq; mane
surrexissent. et egressi essent ciuitatem: dixit
samuel. Antecedat nos puer. et tu subsi
ste: ut indicem tibi uerbum dni. Tulit autem
samuel lenticulam olei. quod est uas fictile
quadragulum habens foramen in latere. et effu
dit sr caput eius. et osculatus est eum: et ait. Un
xit te dns in principem sr hereditatem suam.
Et hoc tibi signum. Cum recesseris a me: inue
nies duos uiros iuxta sepulchrum
rachel. qui dicent tibi. Inuente sunt asine.
Cumq; ueneris ad quercum thabor. et est tha
bor nomen hois. non montis: inuenient
ent te tres uiri. unus portans tres hedos.
alius tres tortas panis. et alius lagenam ui
ni. et accipies de manu eorum duos pa
nes. Post hec uenies ad locum qui dicitur
statio philistinorum: eo quod quondam ibi
philistei castra metati sunt. et habebis
obuiam cuneum pphãrum descendenti
um de colle dni. psallentium in in
strumentis. et pphãntium. et insiliet in te
spc dni. et pphãbis cum eis. Et nota
quod samuel primus instituit conuentus reli

gyrosorum. iugiter psallentium domino. et di
cebantur cuneus eorum cuneus. qui cuneus.
et dicebantur prophare. id est dominum iugiter lauda
re. et forte: quicumque aliquid cum eis prophabant. Et
addidit samuel. Cum uideris hec signa:
scias quod dominus tecum est. Et descendes ante
me in galgala. Ego quippe descendam ad
te: ut offeras oblationem septem diebus.
Hic est concessio iuris sacerdotis et regis. tot diebus fi
et oblatio: sed quidam [illegible] et addidit. Expec
tabis donec ueniam ad te: et ostendam tibi quid
facias. Tamen quidam septem dies refert ad
expectationem: ut sit sensus. Septem
diebus expectabis: donec ueniam. quod postea
explicabitur. Cumque uenisset saul ad
cuneum prophetarum: prophauit cum eis. Ai
unt hebrei. eum prophasse de gog et ma
gog. et de premiis iustorum. et penis ma
lorum. Et admirantes qui nouerant eum:
dixerunt. Numquid est saul inter prophetas?
et cis pater eius? quasi diceret. cum non sit de genere
prophetarum. Alia littera habet. et quis pater eius?
sub eodem sensu. Vel ita. Et quis pater eorum?
quasi diceret. Solus deus pater est prophetarum. et spiritus u
bi uult spirat. non tamen in filios prophetarum.
Ex tunc uersum est in prouerbium. Num et saul
inter prophetas? Quod forte de solo saule
dicebatur: uel de quocumque repente sub
limato. Et intrauit ad ner patruum
suum. Qui cum quesisset ab eo de uerbis
samuelis: de uerbo regni tacuit. cetera
indicauit.

Vocauit autem samuel populum in
masphat: et ait. State coram
domino et faciemus sortes per tribus et famili
as et capita. Et inuenit sors tribum
beniamin. et descendit usque ad saul
filium cys. et creditur samuel tempasse
sortes iuxta cor suum. Sciens autem

saul querendum: latuit quasi nolens suscipere
principatum. Quem inuentum. statuerunt
in medio populi. et fuit altior uniuersis.
ab humero et sursum. Et ait samuel.
Ecce quem elegit dominus. Non est ei similis
in omni populo. Et exclamauit omnis po
pulus. Viuat rex. Et scripsit samuel
legem regni: et legit uniuersa audiente
populo et rege. Et reposuit libellum in ta
bernaculo: quod adhuc erat in sylo cum
altari. et redierunt ad propria. et saul abiit in
domum suam in gabaa. Quidam uero des
pexerunt eum. et saul dissimulabat.

De naas. et secunda unctione saulis.

Factum est autem quasi post mensem: naas
amonites obsedit iabes galaad.
Cumque petissent obsessi ab eo fedus: ait.
In hoc feriam uobiscum fedus: ut eruam
uobis omnibus oculos dextros. Sic enim quos bello
capiebat: dextros oculos eruebat. ut si
nistros scutis celantes. ad bellum forent
inutiles. Et responderunt ei. Concede
nobis septem dies: et mittemus in omnes ter
minos israel. Et si non fuerit nobis defen
sor: egrediemur ad te. Venerunt ergo nun
tii: in gabaa saulis. Et cum nuntiassent
hec: fleuit populus. et ipse saul uenie
bat de agro. sequens boues. Et premisit
iabitis. se tertia die uenturum eis in
auxilium. et iussit aliquos eorum prouoca
tum minus sustinere. Et diuinitus inspira
tus: concidit utrumque bouem in frustra. et
comminatus est in omnes terminos israel: di
cens. Qui non exierit post saulem et samu
elem: sic fiet bobus eius. Et egressi sunt omnes quasi
uir unus. trecenta milia uirorum: et con
stituit saul populum in tres partes. Et
ingressus est castra in uigilia matuti
na: et percussit amon plaga grandi. et

ait ppls ad saul. Quis est qui dixit. non regna
bit saul super nos? Interficiatur. Et ait sa
ul. Non interficietur hodie quispiam: quia fe
cit dns salutem in isrl. Et ait samuel.
Eamus in galgala: et innouemus ibi reg
num. Et iunxerunt saul in regem secundo.
in galgala. Et ait samuel ad ppl'm. Ecce
rex graditur ante uos. Me abiecistis et
dnm. Et hoc uobis signum: quod dedit uobis
dns regem in ira. Ecce messis tritica est
hodie. inuocabo dnm: et dabit toni
trua. choruscationes. grandinem et plu
uiam. Et sic factum est statim: contra naturam
terre illius. Et timens ppls: ait. Ora pro ser
uis tuis. Addidimus enim peccatis nostris ma
lum: ut peteremus nobis regem. Et ait sa
muel. Peccastis. Nolite de incepto re
cedere a dno: et uiuetis. Alioquin peribi
tis uos: et rex uester. Quod samuel saulis p

Filius unius dicit de translatione regni.

anni erat saul. cum regnare
cepisset. id est humilis tamquam paruulus:
duobus autem annis regnauit super isrl. Hic
est iuste rexit ppl'm. In reliquis annis
regni: quasi tyrannus fuit et non rex. Quidam
hoc legunt de ysboseth filio eius. di
centes eum anniculum esse in principio
regni patris sui: et de eodem dicunt. quod du
obus annis regnauit in isrl. Quod autem
duobus annis regnauerit ysboseth: uerum
est. Quod autem anniculus esset. cum regnare
cepisset pater eius: stare non potest. Saul. xx.
circiter .xx. annos regnauit. Isboseth
non regnans post patrem: iam quadragena
rius erat. Quod tamen ipsi determinare conan
tur: dicentes saul cepisse regnare
post hely: et ponentes in regno saul an
nos samuelis. Hebreus: sic habet. filius
unius anni saul cum esset in reg
no et duobus annis regnauit. elegit tria
milia in isrl: id est cum regnasset per an
num et post per duos. quia post tres annos. ele
git tria milia uirorum. Et erant duo mi
lia cum saul in machmas: et in bethel.
Mille autem cum ionatha. in gabaa ben
iamin: que fuit urbs phinees. filii elea
zari. Et percussit ionathas stationem
philisteorum que erat in gabaa. id est locum
munitum. in quo posuerant philistei cu
stodes. tamquam dominantes in isrl. Et tunc
erexit se isrl aduersus philistiim. Quo
audito philistei: congregati sunt ad pug
nam contra isrl. xxx. milia curruum et sex equi
tum et uulgus innumerabile. Et as
cendens saul in galgala conuocauit
ppl'm et samuelem. ad consulendum dnm.
Et cum expectaret samuelem septem
diebus iuxta condictum: dilapsus est ab eo
ppls. Et timentes: absconderunt se in abdi
tis et speluncis. Hebrei quoque transierunt ior
danem. Quidam erant in isrl: sic ap
pellato uocabulo dicti. Qui pre timore
crediderunt descendisse in castra philistiim:
ad obsequendum eis.

xxxix

Cumque uidisset saul. moram fieri dap
nosam: septimo die optulit
holocaustum et pacifica. Cumque comples
set: ecce samuel ueniebat. Et arguens
saulem: ait. Quid fecisti? Respondit
saul. Ppls subterfugiebat: et tu non
uenias iuxta placitos dies et timui
ne hostes ascenderent ad nos. Precem
placare faciem dni et necessitate compulsus.
obtuli dno. Videtur saul peccasse. quia
sine samuele obtulit ad consulendum
dnm. Unde quidam dicunt ut supra dixi
mus. septem dies quos dixit samuel. non
esse expectationis sed oblationum in consec

tione regis: et nunquam offerendum esse sine eo ad consulendum. Verumptamen ut oblationes septem dierum fierent per sacerdotem legitur, per regem vero non memini me legisse. Ad hoc valde mirandum est. cum iam bis inunctus esset saul in regem: quod in neutra illarum talis facta fuerit oblatio pro rege. Et ideo dici potest. samuelem sic mandasse. ut cum vellet saul immolare ad consulendum dominum. citaret ipsum. ut ostenderet ei quid facturus esset: et post citationem. si moram faceret expectaret eum .vii. diebus. Saul vero diem citationis annumeravit in his septem: et non expectavit eum nisi sex diebus. Et addidit samuel. Nequaquam ultra regnum tuum consurget: sed quesivit sibi dominus virum iuxta cor suum. ut regat populum eius. Abiit samuel in gabaa beniamin. Et egressus est saul cum populo obviam philisteis: nec erant cum eo nisi sexcenti viri: et ionathas filius eius. Porro ferrarius faber non erat in israel. Caverant enim philistei. ne facerent hebrei gladium: aut lanceam. Et descendebat israel ad philistiim. ut exacueret acies omnium ferramentorum. usque ad stimulum corrigendum. id est emendandum. et exacuendum. Ut ita. ad stimulum quod est ad corrigendum. sub audi boves. Cumque venisset dies prelii. non invenitur ensis vel lancea in manu totius populi: excepto saul et ionatha. Et fecit saul archam domini afferri in castra: et achias filius achitob fratris ychaboth. portabat ephot.

De clade philistiim et fauo quem comedit ionathas.

Accidit ut quadam die exiret ionathas cum armigero suo. ut exploraret stationem philistinorum patre suo ignorante. et voluit transire ionathas ad philisteos per vallem preruptam. scopulis hinc inde eminentibus in modum dentium. et ait ionathas ad puerum. Cum apparuerimus eis: si dixerint manete donec veniamus ad vos. stemus. Quod si dixerint. ascendite ad nos. ascendamus: quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signum. Cumque dixissent philistiim. ascendite ad nos. ascendit ionathas reptans manibus et pedibus: et armiger post eum. Et exterruit eos dominus ante ionatham: et percussit ionathas ex eis cum puero .xx. viros in media parte iugeri. Et turbata sunt castra: et diffugiebant mutuo se percutientes. et indicaverunt speculatores saulis fugam hostium. Cumque quesisset. quis abiit ex nobis: repertum est ionathan abesse. et armigerum eius. et ait ad achiam. Applica id est prepara archam domini: ad consulendum dominum. Cumque tumultus crebresceret in castris: ait ad sacerdotem. Contrahe manum tuam. et exclamans saul cum populo: cepit persequi fugientes. Sed et hebrei qui transierant ad castra philistiim. reversi sunt: ut essent cum israel. Omnesque qui prius se absconderant. redierunt in prelium: et iam erant cum saul quasi .x. milia. Vidensque saul moram dampnosam si comederent: adiuravit populum dicens. Maledictus vir id est dignus erit morte. qui comedit panem usque ad vesperam: donec ulciscar de inimicis meis. Cumque transiret populus per saltum: apparuit mel fluens et nullus gustavit ex eo. Ionathas qui non audierat maledictum patris: tinxit virgam in favo. et cum gustasset. illuminati sunt oculi eius: id est facies exhilarata est. resum-

usuris. Dicunt quod tanta copia mellis ibi est in cavis arborum et cavernis petrarum et abditis terre: quod plerisque reperiantur favi super terram decidentes. Dicit Iosephus invenisse Ionatham apum cubilia in saltu: qui erat in sorte Effraim. Cumque indicasset ei quidam maledictum patris, edere cessavit: non approbans maledictum patris. Nam sumente populo cibum: maior plaga fuisset in hostibus. In vespera vero populus nimis fessus et pre fame moram non sustinens: pecora mactavit in terra et comedit cum sanguine. Hoc est quia cum occidit et coxit antequam sanguis bene dilueretur. nondum purgatis carnibus vescens. non secundum morem patrum guttura cultro laniavit et eliquavit sanguinem. Dicunt quidam quod de preda hostium nemini licebat edere: donec immolassent victimam domino. Aliter edens: qui cum sanguine edebat. Et ait Saul populo. Prevaricati estis. Volvite ad me: saxum grande et precepit ut omnes super illud saxum et coram ipso. secundum morem patrum pecudes laniarent: ne forte quis occulte aliter faceret. Tunc primum Saul edificavit altare domino. Unde patet. quod non sit recens altare iam bis obtulerat in Galgala. Putant tamen quidam eum quotienscumque obtulit: novum altare construxisse. Hoc vero dicitur primum: quia non plene iuxta placitum dei obtulit. Cumque nocte vellet irruere super hostes: ait sacerdos. Consulamus dominum. Sed consulenti non respondit dominus: in die illa. Hoc est: nec nocte nec die sequenti. Et ait Saul. Taciturnitas hec latentis est causa peccati. Per viventem dominum. si per Ionatham filium meum est: absque retractatione morietur. Et statuit populum in parte una: et se et Ionathan in altera. Et cecidit sors super Ionathan. Et ait Saul. Quid fecisti? Cui Ionathas. Nichil mihi conscius sum: nisi quod heri nesciens maledictum. mel comedi. Et ait Saul. Morte morieris Ionatha: quia si non hoc fecero. hec faciat mihi deus et hec addat. Et ait populus. Ergo Ionathas morietur. qui fecit salutem in Israel? Vivit dominus. id est per viventem dominum. vel sic. deus est vivens et non deus gentium: si ceciderit capillus de capite eius in terram. Apocopesis est. Vel legitur sic: per non. Et eripuerunt Ionathan a manibus patris: et redierunt ad propria. Saul vero confirmatus in regno: quocumque se verteret superabat hostes Israel. Et percussit Amalech. Prolempsis est. Ut forte prius percussit: quam deleret ex mandato domini. Filii Saul fuerunt Ionathas et Iessui et Melchisua. Quartum tacet Ysboseth. tanquam puerum et nondum militantem: vel tanquam ineptum. Filie vero. Merob et Michol: et uxor eius Achinoem et princeps militie Abner filius Ner: patruelis eius. Nam Cys et Ner. fratres fuerunt: filii Abiel. Legitur tamen in Paralipomenon: quod Ner fuit pater Cys. Quod per etatem dictum est: et quia nutrivit eum.

Quod Saul vicit Amalech.

Tunc ait Samuel ad Saul. Hec dicit dominus. Demolire Amalech et universa eius: quia restitit Israeli cum ascenderet de Egypto. Iumenta quoque voluit dominus interfici: ut nec in aliquo memoria Amalech superesset. Sunt qui dicant: illos maleficos fuisse. et in pecudes se vertendi habuisse peritiam et ideo ne sub forma pecudum evaderent. et pecudes perisse. Et recensuit Saul ducenta milia peditum: et decem milia virorum Iuda. Et nota quia fere ubique dicit viri Iuda: tanquam potiores ceteris. Unde alibi. Catulus leonis Iudas. Cumque intrasset

saul amalech: dixit cineo. Recede ab a
malech. ne inuoluā te cum eo: qr tu
fecisti misericordiā cum isrł. Jetro enī q̄ i ra
guel i cyn dcs ē: bonum ɔsiliū dedit
moysi. Cui᷒ domꝰ habitabat in amalech:
pt̄ filios obab. Et egressi s̄ cyneī: ⁊ deinceps
habitauerunt in isrł. Et ex his ortꝰ ē re
chab: ut in paralipomenon legitr̄. Hū sc̄
cynei: q̄ uenerūt de calore domꝰ pr̄is re
chab. Et pcussit saul amalech in ore
gladiī. i. in uastatiōe: q̄si deuoratiōe.
Vł ē locutio: i. in gladio. Et pepcit sa
ul agag regi amalech: ⁊ optimis ar
mētoꝝ. Et ait dn̄s ad samuel. Penitet
me qd̄ fecim saul regē. Et orauit p eo
samuel dn̄m: tota nocte. Cūq; acce
pisset qd̄ saul erexisset s̄ fornicē trium
phalē in carmelo. iuxta scīam genti
um. q̄ faciebant arcum de mirtis. ⁊
palmis. ⁊ oliuis. in signū uictorie: des
cendit ad eū in galgala. ⁊ occurrit ei
saul. Cumq; culpasset eū qd̄ q̄ppi
am seruasset de amalech: in excusati
oīe sui dicebat ppłm reseruasse op
tima. ad offerendū dn̄o in gr̄aꝝ ac
tiōe. Cui samuel. Melior ē obedien
tia q̄m uictime. Sī bonos delectatr̄
ds. ⁊ n̄ sup sacrificia: pcertum si obtu
lint q̄ decreuerat ds pire. ⁊ ait saul.
Peccaui. Sz hac uice porta pctm̄ me
um. i. ora ⁊ satis fac p me: uł dimit
te m̄. Cui samuel. Pitet te ds: ne sis
rex sr̄ isrł. Cumq; uellet abire samu
el: apphendit saul sūmitatē pallii
eī. Q̄ scissa ē. Et ait samuel. Sic sci
dit dn̄s regnū a te hodie: i. a tua po
testate. Cūq; simul adorassent dn̄m:
pcepit samuel adduci ad se gag re
gem. ⁊ oblatus ē ei: pinguis ⁊ tremens.

Et dixit samuel ad agag. Siccine sepa
rat amara mors? q. d. Mirū ē. qd̄ te
sic ɔcutit mors: ⁊ separauit animū tuū
a te. Q̄dam dnt̄ duas dictiones se pa
rat: ⁊ supplent. aduisum te. Vł scdm
aliam litterā: ⁊ dixit agag. Sic me se
pat amara mors? q. d. Mors que sepa
uat a me meos: amarissime sepat me
ab omībz. Et ɔcidit eū samuel in fru
stra: ⁊ abiit in ramatha. Saul ūo as
cendit in domū suā: in gabaa. ⁊ n̄ ui
dit samuel ultr̄ saulē: in habitu. s. re
gio. Nam in pphico pstea uidit.

De unctiōe dauid: in domo patris.

Samuel aūt lugebat saul. ⁊ ait
dn̄s. Vsq; luges saul. cum ego
pieccerim eū? Jmple cornu oleo. ⁊ ua
de ad domū ysai: ut inungas in re
gem unū de filiis eꝰ. Et qr timeś sa
ul: fer uitulū. q̄si ad imolandū. Cūq;
uenisset in bethleē: exierūt ad eū seni
ores. Pacificus ne ē ingressus tuus? Ti
mebant enī ne pp̄t aliquā correptio
nem misisset eum rex. Vł qd̄ forte of
fensus regi fugisset. ⁊ n̄ audierent
eū recipe. Q̄ cum dixisset. uenisse se
ad imolandū: scīficauit ysai ⁊ filios
eī. ⁊ statuit eos corā altari. Et uidens
eliab pmogenitū. pceruim ⁊ optimū:
extimauit futurū regē. Et ait dn̄s
ad eū. Ego n̄ corpis pulcritudinē. a
piciem facio regalē: s; animi uirtutē.
Jn eundē modū repbauit ds alios.
Statuerat enī ysai septē filios co
ram samuele. sex pos ⁊ nathan
adoptatū. filium samaā filii sui. ⁊
ait samuel ad eū. Nūq̄d cōpleti sūt
filii? Q̄ rn̄dit. Adhuc reliquus est
paruulꝰ: ⁊ pascit oues. Et iubnte

samuele adductus est dauid: rufus .i. rubicundus et pulcher. et unctus est: in medio fratrum. et directus est spiritus domini in dauid a die illa et deinceps: et recessit spiritus domini a saul. et exagitabat eum spiritus nequam a domino. Dicit ioseph. dauid tunc accepisse spiritum propheticum: sicut et ille qui prophetare cepit: sed super se spiritu ueniente. Sed quia dictum est spiritum recessisse a saul et directum in dauid: uidetur quod de eodem spiritu dicat .i. de gratia spiritus. qua hucusque saul uictor hostium extiterat. Et dixerunt ad saul: serui eius. Spiritus malus exagitat te. Adhibe tibi psaltem. peritum in cythara: et leuius feres. Tradunt physici. quod armonia letum reddat letiorem: et tristem tristiorem. Tradunt matematici. quod multi demones armoniam ferre non possunt: et quandoque nulli. Et indicatum est regi: quod dauid esset sciens psallere et uir bellicosus.

Cumque misisset rex ad ysai pro filio eius: tulit ysai asinum plenum panibus et uinum et hedum. et misit ea regi per manum dauid. Dicitur autem plenus: .i. sufficienter oneratus. Vel forte sicut ex boue et hirco fiunt utres: ita et de asino fiebant sacci ad aliqua ferenda. Igitur cum spiritus arripiebat saul. dauid psallebat in cythara. et leuius erat ei: et quandoque recedebat ab eo spiritus. Cumque aliquamdiu cessisset spiritus a saul: remissus est dauid ad patrem. De morte golie.

Factum est ut congregarentur philistiim ad aduersus israel in prelium. Porro saul et israel castra metati sunt in ualle terebinthi: sub qua iacob abscondit ydola. Et egressus est uir spurius de castris philisteorum golias getheus. de semine gyganteo: altitudinis sex cubitorum et palmo.

Iste spurius dictus est. quia de ignobili patre gentili et nobili matre .i. iudea natus erat. Spurius et hibrida dicitur ignobilis ex patre: sicut manzer et nothus. ex matre. Hic exprobrabat israel. quod serui essent philisteorum: et proponebat eis monomachiam. ita ut quorum uinceretur athleta. serui essent aliorum. Hebrei autem stupebant: et metuebant eum nimis. Sic dicebat golias: xl. diebus. Erant autem tres maiores fratres dauid: in exercitu. Et misit eis ysai. per manum dauid ephi polente et x. panes. et tribuno sub quo militabant x. formellas casei .i. x. paruos caseos. et recentes. Hebreus habet x. sectiones casei: hoc est x. genera et diuersitates casei. Et precepit ei ut secum afferret pignora fratrum: .i. libellos repudii. Mos erat euntibus ad prelium. ut libellos darent repudii uxoribus: ut si caperentur nec redirent usque ad annos tres. liceret uxoribus nubere. Cumque uenisset dauid ad locum certaminis. egrediebantur cum singulis diebus aliqui preliantes: ecce ascendebat golias. exprobrans ut heri et nudius tertius. et fugerunt israelite a facie eius. Et admirans dauid: audiuit a pluribus. Virum qui percusserit istum. ditabit rex: et filiam suam dabit ei.

Cumque audiret eum eliab frater eius talia sciscitantem: increpauit eum. timens ne pugnaret et occumberet. Et respondit dauid. Quid feci? Numquid non uerbum est. Supple. dignum increpatione? q.d. Cur pro solo uerbo increpas me? Vel ita. Verbum est tantum et non res: .i. non animo pugnandi hoc dico. sed ut rem sciam. Renuntiata sunt autem uerba dauid: ad saul. et ait ad regem. Ego seruus tuus pugnabo: aduersus philisteum. Cumque phi

bet eum saul. quia puer esset: addidit. Ego
seruus tuus: interfeci leonem et ursum. cum
inuasissent gregem. Erit ergo hic incircumcisus.
quasi unus ex eis: domino me liberante. Et in-
duit eum saul armis suis: et deposuit ea
dauid. quia non habebat armorum consuetudinem.
Et tulit in manu baculum pastoralem. et ele-
git de torrente .v. limpidissimos lapi-
des. id est planos et uolubiles. et misit eos in
peram pastoralem. id est uas quo lac mulge-
bat. uel ferebat panem. et fundam manu tu-
lit. et processit aduersus philisteum. Qui contem-
psit dauid. et ait. Numquid ego canis sum. quia tu
uenis ad me cum baculo? Cui respondit dauid.
Tu uenis ad me cum armis. ego autem ue-
nio ad te in nomine domini: ut sciat hodie
uniuersa ecclesia hec. quia non in gladio saluat
dominus. Cumque iecisset lapidem funda.
percussit eum in fronte. Secundo quoque et tertio
lapide percussit eum in eodem loco: et tertio
iactu deiecit eum. Et currens eduxit
gladium illius: et precidit caput eius. Hic fa-
bulantur quidam iudei. quod ferrum galee
et lorice. obsequium prestitit domino dauid lo-
cum lapidibus ut intraret ad hominem occi-
dendum: et ob hoc deinceps circumcisio
facta est cultello ferreo. que prius fiebat petrino.

Fugerunt itaque philistei: et israel per-
secutus est usque ad portas acharon.
Dauid autem caput et gladium posuit in ta-
bernaculo suo. Longo tempore post: tulit il-
la in ierusalem. Hebreus: non habet suo. Ob hoc
creditur. quod in tropheum posuit ea in taber-
naculo domini. Unde postea: ab abimelech ac-
cepit gladium. Cum autem redisset dauid a
prelio: ait saul ad abner. De qua stirpe
est hic adolescens? forsan uolens scire.
cui daturus esset filiam. Nec recognouit
eum saul. quia aliquamdiu absens fuerat.
et alteratus: et per exagitationem spiritus sensus erat
labilis memorie. Et respondit abner. Viuit
anima tua rex. si noui eum: id est per uitam tuam.
non noui eum. Uel per execrationem. hebrei enim
sepe nominant mala a contrariis eorum: ut ibi.
Benedic deo: et morere.

Cumque quesisset saul a dauid. quis esset:
ait. filius sum serui tui ysai: et tunc
anima ionathe conglutinata est anime dauid. et in-
ierunt fedus. Et dedit ionathas dauid uesti-
menta sua usque ad gladium et arcum. et
balteum. **Quod saul persecutus est dauid.**

Factum est cum redirent triumphantes de
prelio et dauid disponeret ferre caput go-
lie in ierusalem. nam ut ait iosephus. hoc secum ha-
bebat. sed hastam iam dicauerat deo: egre-
diebantur mulieres ex uniuersis urbibus.
et cum instrumentis precinebant mulieres.
saul percussit mille: et respondebant uir-
gines. et dauid .x. milia. Audiens saul cau-
sam uictorie attribui dauid. pocius quam sibi. do-
lens intra se ait. Quid ei superest. nisi solum
regnum? Et timebat ne a domo sua
regnum transferretur. et inuidebat dauid: nec
iam rectis oculis respiciebat. Post dies
inuasit spiritus malus saul: et quasi prophetabat.
et missa lancea quam tenebat: dauid psal-
lentem putauit configere parieti. Dauid
autem declinauit ab eo: secundo. Primo enim
recesserat: bello imminente. Et postea
statuit eum saul chiliarcham: et ait. fili-
am meam merob dabo tibi: tantummodo esto
uir fortis et preliare bella domini. Tractabat
autem apud se. Non sit manus mea in eum:
sed manus philisteorum. Cum autem de-
buit merob dari dauid: data est adriel
molatite. Diligit autem dauid micol et pla-
cuit saul: et ait ad eum. In duabus rebus
gener meus eris hodie. quod est: in duabus

filiabus meis. Nam alteram huic sponsasti: alteram habebis uxorem. Vel ita. pro duabus rebus. quod strauisti gigantem: et dabis .c. prepucia. Hoc enim significauit ei saul per seruos suos. Non habet rex necesse habere sponsalia. multa et donationem propter nuptias: nisi tantum .c. prepucia philisteorum. Et abiit dauid in acharon cum uiris. quorum erat tribunus: et percussit de philistiim ducentos uiros. Et afferens prepucia eorum: annumerauit ea regi. Iosephus tamen dicit. Abscidens sexcenta capita uenit ad regem: et nuptias exigebat. Et dedit ei saul filiam suam: licet inuitus. Cumque uideret eum apud dominum et homines approbari: timuit et tractabat de morte eius. Nec iam metum celare ualens. dixit ionathe et seruis suis: ut occiderent dd. Quod indicauit ionathas dd: dicens. Absconde usque mane. Cras loquar patri pro te. In crastinum: locutus est ionathas ad patrem. Cur peccas in sanguine innoxio? Quid fecit dauid. qui fecit salutem in israel. et cuius opera ualde sunt necessaria. et cuius morte filia tua uidua uexabitur: et placatus saul: iurauit. Viuit dominus: quod non occidetur. Et introduxit ionathas dd ad regem: et stetit coram eo sicut prius.

Quod micol deposuit dd per fenestram.

Rursum inito certamine percussit dd philisteos: plaga magna. Et inuadit saul et tamen demon exagitabat eum: et dd psallentem uoluit sicut prius perforare. Et fugit dd: in domum suam. Misit autem saul satellites nocte circa domum: ut mane egredientem occiderent. Quod cum persensisset micol: deposuit eum per fenestram et aufugit. Micol autem strauit lectulum cuiusdam egrotantis. in quo posuit statuam et pellem caprinam ad caput eius. similitudinem capillorum gementis: et sagis supposuit iecur capre spirans. gementis hanelantem. Cumque saul deprehendisset se illusum: dixit ad micol. Cur dimisisti inimicum meum? Que respondit. Timui. Dixit enim mihi. Dimitte me. Alioquin interficiam te. Dauid autem fugiens: uenit ad samuelem. in ramatha. et indicauit ei omnia que fecerat ei rex. et abierunt ambo in nabaioth. quod est collis in ramatha: ubi erat cuneus prophetarum. Quod cum accepisset saul. misit lictores in nabaioth: ut raperent dd. Qui cum uidissent prophetas et samuel stantem super eos: factus est spiritus domini in illis: et prophetabant. Misitque saul secundos. et tertios. qui et ipsi prophetauerunt. Et iratus saul abiit post eos. Et antequam ueniret in nabaioth: ingrediens prophetabat. et quasi amens factus est. Et exutus ueste regia. tota die et nocte canebat cum ceteris: dauid et samuele clam uidentibus. Fugit autem dd inde. et uenit ad ionathan: et conquerebatur. Cui ionathas. Non morieris. Nichil grande uel paruum faciet pater: quod non indicet mihi. Cui dd. Scit pater tuus. quod diligis me: et dicet. Nesciat hoc ionathas. Viuit anima anima tua: quia uno tantum ut ita dicam gradu. ego et mors diuidimur. Gradum unum dixit. parietem domus sue: quo interposito. euaserat manum apparitorum. Hebreus habet: uno tantum passu. Et est sensus. Minimum interuallum fuit: inter me et mortem. Fac igitur obsecro quod dicam. Cras est kalende: et ego abscondar in agro usque ad uesperam tercie diei. Si requisierit me rex. quod conueniam sedere iuxta eum ad uescendum:

9

xiii

dicens ei. Rogauit me dd̃. ut iret in beth
leem. q2 uictime sollempnes ibi omni
b9 contribulib3 ei9. forte erat neomenia a
liqua sollempnis: p̃ triduũ. Q̃d si dixerit
t̃ rex. bene: pax erit seruo tuo. Si
autẽ fuerit irat9: completa ẽ in me
malicia ei9. Et ait iona. Egrediam̃
in agrum. Cũq; exirent egressi: iura
uit ei ionathas. q̃d q̃cq̃d boni t̃ ma
li inuenirent ap̃ p̃rem. indicaret ei.
7 iurarẽt s̃ mutuo fed9. int̃ se 7 semẽ
suũ. Et addidit ẽ iona. deierare: i.
plimũ iurare. Q̃d aũ inp̃positũ ẽ.
7 req̃sivit dñs de manu inimicor
dd̃. hoc de suo addidit sc̃ptor. in
sp̃u. 7 addidit iona. In die qua opa
ri licet. i. p̃die kl̃ar. ut q̃dã uoluñt.
s; meli9 ẽ. ut de sequenti die intelliga
tur: egredieris 7 sedebis latens iux
ta lapidem ezel. 7 ueniens ad te
p9 sollennitatẽ. iaciã tres sagittas
iuxta eum. q̃si exercens me ad signũ.
Si dixero puero q̃ tollet eas. ecce sa
gitte iuxta te sc̃: pax t̃ ẽ ueni ad
me. Q̃d si dixero. sagitte ult̃ te sc̃:
uade. Dñs sit int̃ me 7 te: usq; in
sempiternum. Porro p̃ma die sol
lennitatis apparuit locus dauid
uacuus. Et siluit saul: estimans
dd̃ nõdum purificatũ. Alta die re
quisitũ a rege. excusauit eũ iona
thas. 7 irat9 saul: dixit ad eũ. fili
mulieris. uirũ ultro rapientis:
scio q2 in confusionẽ tuam dilig̃s
filiũ ysai. Non stabilieris eo ui
uente: tu neq; regnũ tuũ. Ad duc
eũ ad me: q2 fili9 mortis ẽ. 7 ait io
nat. Q̃re morietur? Et arripuit sa
ul lanceã: ut pcuteret eũ. Et decli

nauit iona. ab eo cõstat9: nec comedit
panem in die illa. Et egressus in a
grum: fecit scd̃m q̃d condixerat dd̃.
Et cum dixisset puero. ult̃ te s̃ sagitte:
remisit puerũ in ciuitatẽ. cum arcu
7 sagittis. Et surgens dd̃ de latibulo:
adorauit t̃cio. dñm. s. t̃ ip̃m ionathã.
7 fleuerũt ualde. Et ait iona. Q̃cũq;
iurauim9 stent in sempiternum: int̃
nos 7 semẽ nr̃m. Vade in pace. De

Et fugit fuga dd̃ in nobe.
dd̃ in nobe. ad achimelech sac̃
dotem. f̃rem achie. Q̃i cum miraret̃.
q̃d q̃i solus uenisset gener regis: ait
ad eum dd̃. Sectus sermo regis ur
gebat me: 7 condixi p̃uis illũ 7 illũ
locum. Nũc siq̃d h̃s ad manũ: sal
tem .v. panes da m̃. forte ex nũo pa
num: intellig̃ nũs sociorum. Nec ẽ m̃
timus dd̃. Non enĩ aĩo fallendi: hoc
dixit. 7 r̃ndit sac̃dos. Non habeo pa
nes laicos ad manũ. s; tm̃ panem
scm̃: panes s. p̃positionis. Si mundi
sc̃ p̃ui. 7 maxime a mulierib3: mã
ducent. q. d. Necessitas: ñ h̃t legem. Si
tñ inmundi s̃p tori: nec in necessita
te dabo eis. Et ait dd̃ ad eum. Con
tinuim9 nos abheri 7 nudiũterci. et
fuerũt uasa puerorum sc̃a. i. corpa: in
q̃b3 continentur aĩe: t̃ ipsi p̃ui. Porro
hec uia polluta ẽ: s; ipsa sc̃ificabit̃
hodie in uasis. q. d. forte in uia hac
aliq̃d inmundicie cõtraxim9: s; mundi
cia corpm sufficit ad eã mundan
dam. Hebrei h̃t: sc̃ uasa pueror sc̃a.
7 dicit: de uasis ad edendũ. q. d. In
uasis mundis licet t̃ ponere panes
mundos. Sec̃r. Porro uia h. laica
ẽ. i. intrógo uia laicat ẽ. q. d. Lic̃

queris de mundicia. cum et si mundi
essent. vesci non deberent? Sed et ipsa sanctificabi-
tur hodie in vasis. i. in conscientiis nostris.
Scimus enim quod necessitas excusat nos: et qui
sanctificat. Et dedit ei panes propositionis: qui sublati
fuerant. ut ponerentur calidi. Ex hoc per-
penditur quod sabbatum erat. Cumque quae-
sisset ab eo david arma: dedit ei gladi-
um golie. Josephus dicit lanceam. que erat
involuta pallio in tabernaculo: erat
enim ibi tunc archa. cum aliquo suo
tabernaculo. Et considerauit hec omnia doech
ydumeus. potentissimus pastorum saul:
qui erat ad orandum obligatus voto.

De fuga david ad achis.

Fugit david in die illa ad achis: regem
geth. Et indicaverunt servi sui regi:
quod qui rex erat in israel quia latebat apud eum.
et de vicino hostem reciperet. si salvum
eum servaret. Et timuit david: persertim quia
miserat saul ad achis. ut redderet ei
servum suum fugitivum. Cumque traheretur
ad regem: simulavit furorem et impin-
gebat in ostia porte. quasi per clausam por-
tam ingredi volens: et que furiosi sunt age-
bat. ut regi fidem vere passionis osten-
deret. Et ait rex. Non ingredietur hic
arrepticius domum meam. Et dimisit eum.
et abiit inde david: et latuit in spelun-
ca odolla. Non tamen stetit: sed postea venit
ad naas regem ammonitarum. ut dicit
ieronimus in sequentibus. in quadam glosa.
Et convenit ibi ad david: omnis cognatio eius.
Sed et alii quibus aut odium aut timor sa-
ul erat. vel qui ere premebantur alieno: conve-
nerunt ad eum. Et fuerunt cum david: qua-
dringenti armati et profectus est david cum
eis in masphat: que est moab. Est enim
altera: in iuda et deposuit apud regem
moab: patrem et matrem suam. Et manserunt
apud illum. quamdiu david fuit in presidio. i.
in expeditione: in qua querebat munitione
ad manendum.

De interitu achimelech et monente et sacerdotum.

Et propheta gad ut inde recederet et iret in
terram iuda: venit in saltum areth. Et au-
divit saul quod apparuisset david. Et cum
saul in nemore. quod est in rama: tenens
hastam. ait ad servos suos. Nunquid di-
tabit vos omnes filius iemini. filius ysai:
Non est ex vobis qui doleat vicem meam. Et
ait doech ydumeus. Vidi eum in nobe.
apud achimelech filium achitob: qui consu-
luit pro eo dominum et dedit ei cibaria et gla-
dium golie. Et iratus rex convocavit achi-
melech et omnes sacerdotes qui erant in no-
be. Et ait ad eum. Cur iurasti adver-
sum me. cum filio ysai: Dedisti ei pa-
nes et gladium. Qui respondit. Absit hoc a
me. Non fuit res huiusmodi: vel minima do-
mino patris mei. Nesciui quod a te fugisset.
Et ait rex emissariis. Irruite in sacer-
dotes. Qui noluerunt extendere manum: in
christos domini. Et ait rex ad doech. Irrue
in eos. Et trucidavit in die illa.
lxxxv. viros: vestitos ephot lineo.

Forte tunc erant induti: ut per ha-
bitum religionis. moverent animum
regis. Aiunt hebrei. non omnes fuisse
sacerdotes. nec indui ephot: sed omnes dig-
nos esse. Percussit quoque saul nobe civi-
tatem sacerdotum. et mulieres. et viros. et
iumenta: secundum quod dominus heli sacerdoti pre-
phetaverat. prolem eius radicitus evellen-
dam. Solus abiathar sacerdos filius achi-
melech evasit. et fuit. et fugit ad david.
ferens ephot secum quod fecit moyses:
et declaravit ei interitum patris et suorum.

Et ait david. Ego sum reus omnium animarum patris tui. Mane mecum. Qui quesierit animam tuam: queret et meam. Et annuntiatum est david. quod philistiim oppugnarent ceyla. et diriperent areas. id est annonam de areis: ut quod vastarent segetes. Consuluit ergo david dominum. Vadam et percutiam philisteos? Et ait dominus. Vade et percuties: et salvabis ceyla. Cumque timerent viri eius ire cum eo: rursum consuluit dominum. Et accepit responsum ab eo: quod et prius. Et abiit david: et percussit philisteos plaga magna. Et intravit ceyla. Quod audiens saul: ait. Conclusus est david in urbe. Et congregabat exercitum. ut obsideret david et viros eius. Quod cum audisset david. consuluit dominum per abiathar. Descendet huc saul. et viri ceyle tradent me in manus eius? Et ait dominus. Descendet: et tradent. q. d. Hec est voluntas regis et illorum: que dominum latere non poterat. Et egressus est david et viri cum eo. quasi sexcenti: et vagabantur incerti. Quod cum accepisset saul: dissimulavit exire. Transivit autem david. in montem solitudinis ziph. Et abiit ionathas. ad eum. in locum silve qui vocatur nava. Et confortavit manum eius in deo: et ait. Tu regnabis in israel: et ego ero tibi secundus: sed et pater meus scit hoc. Et innovaverunt iusiurandum fedus inter se: coram domino. id est coram gad propheta et abiathar.

De zipheis et quod david latuit in spelunca.

Ascenderunt autem ziphei ad saul in gabaa: dicentes. David latet apud nos: in colle achile. Veni: et tradem eum in manus tuas. Et benedixit eis saul: et ait. Considerate curiosius ubi sit pes eius. et renuntiate michi. et sequar vos. David autem et viri eius: erant in deserto maon. Cumque egressus esset saul ad querendum eum. ascendit david ad petram. locum scilicet munitissimum. ut dicit ier: ubi quasi erant omnia reposita. Et versabatur david in deserto maon: in monte opaco. Porro viri saul: in modum corone cingebant montem. Cumque desperaret david. se posse evadere: venit nuntius ad saul. Recede festinus: quia infuderunt se philistiim super terram. Et desiit saul persequi david: pergens in occursum philisteorum. Ob hoc vocaverunt locum illum. petram dividentem: eo quod ibi separatus esset saul a david.

Ascendit ergo david inde: et habitavit in locis tutissimis engaddi. Hoc est oppidum: in quo erat vinea balsami. Assumens autem saul tria milia electorum: insequebatur david et super abruptissimas petras. que solis ibicibus pervie. Et intravit saul speluncam: ut purgaret ventrem. Porro david et viri eius in interiori parte spelunce latebant. Et dixerunt servi david. Tradidit eum dominus in manus tuas. Et precidit david horam clamidis saul silenter. Et rediens ad viros percussit cor suum. methonomicos. id est pectus suum. in quo continetur cor. vel momordit eum conscientia sua. de eo quod fecerat. Cumque murmurarent socii adversus eum: timens ne irruerent in saul. ait. Vivit dominus. quia nisi dominus percusserit eum aut in obitu. aut in prelio: apoiopesis est. i. e. De cetero non parcam ei. Propicius sit michi dominus. ut hanc misericordiam faciat michi: ut non mittam manum meam in christum domini. Et confregit viros suos: his sermonibus. Porro saul egressus: ibat cepto itinere. Et egressus david post eum: clamavit. Domine mi rex. Cumque respexisset saul. adoravit david

in terram: et ait. Quare audis dicentes. david querit malum adversum te? Cognosce horam clamidis tue in manu mea: quam cum preciderem. peperci tibi oculis meis. Quem persequeris? Canem mortuum et pulicem unum? His auditis flevit saul: et ait. Iustior me es. Reddat tibi dominus. Scio quod regnaturus sis. Iura michi in domino: ne deleas semen meum. Et iuravit david sauli. Abiit ergo saul in domum suam. David autem ascendit ad tutiora loca: in angustias masphath.

De morte samuhel et nabal.

Eo tempore mortuus est samuel et flevit eum universus israel. singuli tamquam proprium lugentes: et sepelierunt eum in ramatha. Certum est itaque quod ab hoc loco usque ad finem secundi libri: non scripserit samuel. Cur ergo eius nomine intitulantur hii duo libri? Quia reliqua scripsit unus prophetarum de discipulis eius: cuius opus ascribitur magistro. Quidam tamen dicunt: nathan scripsisse sequentia. Descendit autem david in desertum pharan. Oppidum est in arabia. Erat autem vir in civitate aman in solitudine maon: et possessio eius erat in carmelo. Mons est: in sorte iude. Alter carmelus: est in confinio palestine et fenicis: ubi helyas occidit prophetas baal. Et hic: erat de genere caleph. In paralipomenon: ita legitur. Caleph genuit artan. artan genuit gezem. Hic est ut iudei putant: nabal. Cum ergo audisset david quod nabal ascendisset ad tondendos greges. misit ad eum x. iuvenes. ut mitteret ei aliquam benedictionem: in die bona. Exultabant enim et epulabantur iudei in tonsione ovium. ob memoriam primorum suorum: qui fuerant pastores ovium. Et ait nabal nuntiis david. Non mittam. Quis est filius ysai? Hodie increverunt servi fugitivi. Nescio eos. Cumque audisset david quod improperaverat ei nabal. accinctus est gladio. cum quadringentis viris: et ait. Hec faciat dominus inimicis meis et hec addat: si reliquero de omnibus que ad eum pertinent. mingentem ad parietem. id est canem. vel infirmum. Porro abigail uxor nabal. formosa et prudens. hec ignorabat. Et indicaverunt ei custodes ovium. quomodo predicta tulisset ei david: in deserto.

Festinavit ergo abigail et tulit in occursum david panes et vinum et arietes coctos. sata polente et ligaturas uve passe. et massas caricarum: et adorans david ait. In me sit domine mi hec iniquitas: id est condona michi hanc iniquitatem viri. Vel ita. Si putas esse iniquitatem. non deleas eum quem iurasti: michi imputetur. Porro fecit iuxta nomen suum. Nabal enim: stultus interpretatur. Constituet te dominus ducem super israel: non debes fundere sanguinem innoxium. Hic enim tibi nocuit: sed sua tibi non dedit. et erit anima tua custodita quasi in fasciculo viventium. Hebreus habet in vinculo vite. quod idem est. id est in collegio sanctorum. Alia litera habet: in fasciculo vinum. quod domino. Sic custodiet dominus animam tuam ad multiplicandum. sicut custoditur fasciculus uvarum in aqua. ad transplantandum. Et benedixit david. Benedictus deus qui misit te hodie: in occursum meum. Vade in pace. Audivi vocem tuam: iniuriam scilicet remittendo et honoravi faciem tuam: xenia de manu tua recipiendo. Cum ergo indicasset abigail omnia hec viro suo: emortuum est cor eius pre timore. Timuit enim ne forte david vellet deterare: et mortuus est post x. dies. Quod audi-

xxiiii

to dd: ait. Benedictus deus qui custodivit
manus meas a sanguine: et reddidit ma
litiam nabal in caput eius. Et vocavit a
bigail: et duxit eam in uxorem. Accepit quoque
dd terciam uxorem: achinoem de iezrael.
tm sm De fuga dd ad achis.

Indicaverunt ziphei: ad saul. Ecce dd abs
conditus est in colle achile. Et abiit saul
post eum. cum tribus milibus electorum. Et des
cendit dd nocte. ad castra saulis. du
cens secum abysai filium sarvie sororis
sue. Huius fuerunt tres filii. ioab et abysai.
et azael: nepotes dd. Cumque clam intras
sent tentorium regis cunctis dormienti
bus: dixit abysai. Perfodiam saul lancea:
in terra. Et prohibuit dd: dicens. Quis ex
tendet manum suam in xpm dni et erit
innocens? Sed tolle hastam que est ad ca
put eius fixa in terra et vas aque: et eamus.
Et egressi sunt nullo evigilante: quia so
por dni irruerat super eos. Cumque
transissent torrentem et stetissent in ver
tice montis. unde possent audiri: excla
mavit dd ad abner et ad populum. filii
mortis vos estis: quia non custodistis dnm
vestrum xpm dni. Ingressus est quidam: ut
interficeret regem. Videte ubi sit hasta
regis et cyphus aque. Et agnoscens sa
ul negligentiam suorum et beneficium dd:
exclamavit. Num vox tua est hec. fili
mi dd? Qui respondit. Cur persequitur dns ser
vum suum? Quid feci? Si dns incitat
te adversum me: odoretur sacrificium. id est pla
care eum oportet sacrificio et prece: ut os
tendat nobis super hoc quod velit. Vel ita.
Tu ipse occidas me: et erit quasi sacrifici
um deo in odorem suavitatis. Quidam
ita legunt. Odoretur sacrificium. si dns in
citat te adversum me: id est sacrificantes
prohibemus iudicio dei. si dns hoc facit. Si
autem filii hominum incitant te. male
dicti sunt qui cogunt me transire ad ydolatriam:
ne serviam deo israel. Et ait saul. Peccavi.
Revertere fili mi: non ultra malefaciam tibi. Et re
spondit dd. Iudicet dns inter nos. Ecce hasta
regis. Veniat: qui tollat eam. Cui saul.
Benedictus tu: fili mi. Et quidem faciens fa
cies: et potens poteris. Et saul reversus est
in locum suum. Et dixit dd in corde suo.
Aliquando incidam in una die: in manus
saul. Melius est: ut salver inter phili
steos. Abiit ergo dd et .dc. viri cum eo:
ad achis filium mahoc. regem geth. Iste
fuit filius supradicti achis. cuius mater dice
batur maoch. Et erant cum dd due eius
uxores: achinoem et abigail. Saul enim de
derat michol: falti de gallim. Et dixit dd ad
achis. Nolo esse onerosus regi. Det mihi rex
locum: in quo habitem. Et dedit ei achis
siceleg. Quare: exin facta est regnum iuda. Et
habitavit david in ea. iiii. mensibus: et
.xx. diebus. Et agebat dd predas de vicis
philisteorum circumstantibus. qui non erant
sub potestate achis. Virum et mulierem
non adducebat captivum: ne forte loquere
tur adversus eum. Cumque quereret achis
quos percusserat: aiebat se depopulatum esse
habitantes ad austrum iude et in cam
pestribus. De suscitatione samuhelis.

Factum est eo tempore. congregati sunt phi
listei ad prelium: contra israel. Et ait
achis ad dd. Mecum egredieris tu:
et viri tui. Ego custodem capitis mei
te pono: pre cunctis. Congregavit et
saul universum israel: et venit in gel
boe. Samuel autem: mortuus erat. Et h
ideo repetitur hic. ut ostendatur angu
stia saulis. in qua plurimum esset ei neces

Liber uero regum. in hoc loco ponit prelium dd contra goliam: in hunc modum. In quo percussit adeodatus filius saltus. polimitarius. bethleemites: goliath getheum. His quatuor nominibus exprimitur dd: et dicitur adeodatus quia ad liberationem israel. a deo datus est in regem. Filius saltus: quia de pascuis et saltu assumptus est. Polimitarius: quia de genere beseleel polimitarii fuit mater eius. uel quia multis modis ampliauit cultum dei. Bethleemites dictus est: a patria. Memoratur quoque et aliud prelium. in quo ionathas filius semmaa fratris dd percussit uirum habentem senos digitos in pedibus et manibus.

Expeditus itaque dd a preliis. locutus est domino uerba carminis huius. in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu saul: et ait. Dominus petra mea: et cetera. In psalmis: secundum translationem nostram ita legitur. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meum et cetera. Cui titulum supposuit esdras: ex uerbis superpositis. In die qua liberauit

cum: 7c. Ioseph9 hic dicit. q̄d cum dd̄
pace altissima frueret̄: cantica 7 ym
nos cōposuit. alios trimetros. alios pen
tametros. diuisa faciens organa. in q̄b;
leuite p sabbata 7 alias sollennitates.
ymnos dicerent. 7 poni dixitam iose.
int̄ [hole] psalterium 7 nablū. Et ē psal
teri[hole]um. canora cythara: x. cor
dis [hole] coaptata. q̄ cū plectro pcu
titur. Nabulum ūo xii. sonos hn̄s.
digitis tangitur. Post carm̄ sup̄
dcm: addidit dd. loquens de se. tam
q̄m de alio. H̄ st̄ ūba nouissima q̄
dix̄ filius ysai. Dixit uir cui 9sti
tutum ē. i. p missio f̄ca ē: de xp̄o
dei iacob. Hebre9: h̄t ita. Dix̄ uir
leuatus sup̄. xp̄c dī iacob. i. x̄ sup ali
os exaltatus. 7 unctus a deo. Ppt̄ h
ūba q̄dam dn̄t p̄dictum psm̄ no
uissime sc̄ptum a dd. S; tutius ē
ut dicam9 nouissima ūba dd q̄ se
cuntur. sp̄c dn̄i locutus ē p me. 7 cet̄a.
7 ē forte psalm9 nouissime sc̄pt9: nec
aliūs. c. quinq̄ginta annumeratus.

Catholog9 fortium dd.

Porro c̄ca regem erant om̄s for
tissimi: quo4 insigniores fue
runt. xxx. vi. Insignior t̄n cet̄is erat
dauid. sedens in cathedra. sapien
tissim9. 7 ita erant. xxx. vii: annu
merato dd̄. Porro de illis sex p9 dd.
q̄ erant sup̄. xxx. t̄c erant fortissimi.
alii tres. n̄ adeo fortes. s; t̄n fortiores
reliq̄s. xxx. ut q̄i dc̄e possim9. Trigin
ta erant fortes. t̄c ū fortiores eis: t̄c
ū reliq̄ fortissimi. Et sc̄dm hanc
expositionē. cathalog9. xxx. sex fortiu
um: incipit ibi. Princeps inter t̄s.
ipse ē q̄i tenerrimus ligni ūmiculus:
qui octingentos interfecit impetu u
no. Iose. dicit ū gentos. palipomeno4
trecentos. Iste ū noiatur hic: ab histo
ria. Paralipomenon uocat eū gesbo
am: iose. eusebiū. Nec legit̄ ubi hoc
factum fuit: ū quantū hic 9memo
atur. Post hunc erat eleazar. fili9 pa
trui dd̄. qui pcussit philisteos donec
deficeret manus ei9: 7 obrigesceret cū
gladio. Post h̄c erat semmaa araꝛi
tes: que iose. semeia uocat. Q9 cum
fugisset pp̄ls. solus stetit in ag9 lentis.
7 pcussit philisteos: 7 fecit salute in isrl̄.
His t̄b; iose. attribuit delationem
aque: de cisterna bethleem. Histori
a uero regum refert illud ad tres se
quentes: quos fortiores dixim9. Quo
rum prim9 erat abisai: f̄r ioab. Ip̄e
ē q̄ leuauit hastam suā 9t̄. ccc: q̄s in
terfecit: optim9 quidē. s; usq; ad t̄s
p̄mos ū puenit. Post h̄c erat
banaias qui p cussit duos leones
moab. i. p̄ncipes: q̄s palipomenon
dīc arietes. Ip̄e q̄; interfecit uiru egip
tium: i. imitatorē egiptii blasphemant
tis dn̄m. quem interfecit moyses. H̄c
dn̄t hebrei fuisse semei: que p9 interfe
cit sub salomone. Alium q̄; uirum
egiptiū interfecit dignū spectac̄lo. al
titudinis. v. cubito4: hn̄tem in ma
nu hastā. Ad quē uenit banaias in
ūga: 7 extorsit hastam de manu ei9.
7 occidit eum hasta sua. Ier9 t̄n dicit.
hoc q̄d diximus de alio egiptio. de se
mei: qui hūit hastā in manu. i. le
gem dī. Quam si meditat9 fuisset.
pmanendo in ierl̄m: ū periret. Item
occidit leonē: in h̄c modū. T̄pore ni
uis: lapsus est leo in cisternam. Qui

cum

nullum uidens egressum. orificium enim cisterne, in qua dampnatus erat: rugiebat. Quem audiens banaias, dum iter ageret, descendit ad eum in baculo manus: eumque prostrauit. Tertium de fortioribus, nec regum nec iosephus ponit hic: sed recurrendum est ad sobochai, de quo in proximo dictum est. Isti tres fecerunt opus magnificum: quod sequitur. Philistei quondam castra posuerant in ualle raphaim, usque ad ciuitatem bethleem: et erat penuria aque in ierusalem. Dauid autem ascenderat in arcem: ad consulendum dominum. et commendabat coram astantibus aquam de bethleem: et precipue eam que erat in puteo iuxta portam. Tunc isti tres per medium hostium iter facientes: uenerunt ad bethleem. Et haurientes aquam, denuo ad regem per eorum castra reuersi sunt: ita ut palestini fiduciam eorum obstupescentes, a dimicatione cessarent. Delata siquidem aqua noluit rex bibere: dicens. Absit ut sanguinem istorum et animarum periculum bibam. Et effudit eam tanquam libamen domino: de salute uirorum gratias agens. Ab hac enumeratione fortium hebreus dissentit. numerans tantum xxxvi. fortes et in tribus primis quos fortissimos diximus. numerat ipsum dauid: sic. Dauid sedens in cathedra sapientissimus. princeps inter tres: ipse est quasi tenerrimus ligni uermiculus: et cetera que non mutantur. Et dicit eum multos occidisse impetu uno: quia per peccatum quod impetuose fecit in bersabee, multi occisi sunt. Comparatur autem dauid uermiculo ligni quod teredo uel terebella dicitur: qui mollis durum lignum perforat. Dum tangitur: nichil mollius illo. Quando tangit: nichil durius. Sic et dauid in pressuris et domi et ita subiectos: mansuetior fuit ceteris. In throno et contra hostes: nullus eo acutior. Et commendatur hic dauid: in tribus. In sapientia: in humilitate et fortitudine. Porro reliqui xxx. quos fortes diximus: postea enumerantur. Inter quos non enumeratur ioab: uel quia [illegible] princeps est aliorum. uel quia indignum propter [illegible] mortem abner et amase.

Factum est autem post famem prius inmissam a domino: addidit furor domini irasci contra israel. Furorem domini uidetur quasi exponere paralipomenon: dicens. Consurrexit sathan aduersus israel: et incitauit dauid ut numeraret. Et ait rex ad ioab. Perambula omnes tribus israel: et numera populum ut sciam numerum eius. Intelligens autem ioab quod de elatione hoc diceret: ait. Adaugeat dominus populum suum. Sed quid sibi uult dominus rex in hac re? quasi diceret. Uide ne offendas dominum. Cumque nollet rex mutare propositum: egressus ioab et principes militum numerauerunt populum et redierunt post .ix. menses et .xx. dies in ierusalem. cum descriptione redacta in scriptis. Et inuenta sunt de israel .c. milia uirorum: et de iuda quinquaginta milia pugnatorum. In paralipomenon longe plura leguntur milia. Et creditur ioab subticuisse regi partem. Peccauit autem dauid in duobus: quia superbe numerauit: et quia quisque numeratorum non reddidit pecuniam domino: sicut scriptum erat in lege moysi. Quod attendens dauid: ait ad dominum. Obsecro domine. transfer iniquitatem serui tui: quia peccaui nimis. Diluculo misit ad eum dominus gad prophetam: tres supplicii conditiones por-

tantem. Qui ait. Aut .vii. annis ueniet
t fames in regno tuo. aut tribus mensibus
fugies adversarios tuos. aut tribus diebus erit
pestilentia in populo tuo. Et ait dd. Coar
tor nimis. q. d. Si famem eligo. pauperum e
rit suppliciu: et non diuturnum. Si uictoriam
hostium: suppliciu erit exercitus et non meum.
qui circumuallabor fortissimis. Eligam ergo
plagam: commune regi et plebi. Melius est
enim ut incidam in manus domini misericordis
quam in manus hominis. Misit ergo dominus pe
stilentiam in israel. de mane usque ad tempus
constitutum .i. usque ad horam prandii secundum
iosephum. l. usque ad horam sacrificii uespertini secundum
alios. Et mortui sunt de populo extra ierusalem.
.lxx. milia uirorum. In paralipomenon legitur fere
.ccc. milia. Et aiunt hebrei ibi positum
numerum plebis: hic autem numerum nobilium.
Porro cum extendisset angelus percussor
manum suam ad ierusalem. ut disperderet eam:
et staret iuxta aream areuna iebusei. quod et
ornam dicitur: uidit eum dd. stantem euagi
nato gladio: et clamauit. Ego sum qui
peccaui. Isti qui oues sunt. quid fecerunt? Ver
tatur obsecro manus tua contra me: et contra
domum patris mei. Et misertus dominus: ait ad
angelum. Sufficit. Contine manum tuam.
In die illa dixit gad ad dd. Construe al
tare domino: in area areuna iebusei. Et
ascendens dd: dixit ad areunam. Vende
mihi aream tuam: ut edificem ibi altare
domino et cesset interfectio. Qui respondit. Accipi
at eam dominus meus gratis. habeat quoque boues
in holocaustum: et plaustrum et iuga boum
in usum lignorum. Et ait rex. Nequa
quam: sed emam precio: et non offeram domino
holocausta gratuita. Emit ergo dd
aream sexcentis siclis auri. ut in para
lipomenon legitur: et boues argenti siclis quin

quaginta: et edificauit ibi altare domino.
et obtulit holocausta et pacifica. Et
propitiatus est dominus terre. Hic est mons mo
ria ut aiunt hebrei: in quo abraham
uoluit offerre filium: et obtulit arietem
pro eo. Ea tempestate: tabernaculum et al
tare quod fecerat moyses. erant in ex
celso gabaon: licet archa esset in ierusalem.
Cumque prophetasset gad. templum ibi fu
turum: decreuit dauid ut locus ille uoca
retur area populi.

De unctione salomonis in regem.

Incipit Malachias
secundum hebreos. quod sonat regum: quia licet
in precedenti opere actum sit de duobus re
gibus hebreorum. non simul regnantibus. tamen
quia in isto opere agitur de regibus qui si
mul regnauerunt in iuda et israel: nomine re
gum dicitur. Et rex dd senuerat. Cumque
operiretur uestibus: non calefiebat. Et inue
nerunt ei abisac sunamitem. puellam
pulchram nimis. que dormiebat cum rege.
et calefaciebat eum: et ministrabat ei. Rex
uero non cognouit eam. Adonias autem quartus fi
lius dd. cum esset primogenitus inter
superstites filios dauid. fiduciam habuit reg
nandi: et fecit sibi currum et equites. nec cor
ripuit eum pater: et sermo eius erat cum
ioab: et abiathar sacerdote. Alii uero mini
steriales regis: et robur exercitus: non erat
cum eo. Preparauit autem adonias sollem
ne conuiuium ut epulum in orto regali.
iuxta fontem rogel: et uocauit filios
regis et seruos. Robustos autem sibi non fauen
tes et salomonem: non uocauit. Nathan
autem monuit bersabee: ut intraret ad
regem. et posuit uerba sua: in ore eius. Que
ingressa ad regem: ait. Domine mi tu iura
sti mihi ancille tue. salomon filius tuus
regnabit post me: et ecce nunc adonias

Lib. 3?

cl

regnat te ignorante. Cumq; aliis uo
catis ad conuiuium. filiũ meum ñ uoca
uerit: scio qz cum dormieris cũ prib;
tuis. ego 7 filius mẽs erimus peccores: i. iu
dicabimur morte digni. ego ut adultã.
ille ut adulterẽ filius. Adhuc ea loquẽte.
intrauit nathan: 7 ait. Dñe mi rex
dixisti tu. adonias regnet p me: 7 ñ in
dicasti m. seruo tuo? Et ait rex ad b
sabeẽ. Viuit dñs qui eruit aĩam
meã de omni angustia. qz sicut iura
ui t. sic faciam hodie. 7 dixit ad sadoch
et nathan 7 banaiã. Tollite uobcum
seruos dñi uri 7 imponite salomo
nẽ filium meũ sup mulã meã: 7 un
guant eũ in regem sadoch 7 nathã
ad fontẽ gyon. 7 canentes ponite eũ
sup soliũ meum. Et redit banaias.
aũ. Sumpsit q; sadoch cornu olei
de tabnaclo: et iunxit eũ. Et ceci
nũnt buccina. Et dixit omis ppls.
Viuat rex salomon. Et insonuit t
ra: a clamore eorum. Et sedente salo
mone sup thronum: adorauit dd
in lectulo suo. dñm: qui dedãt ei seden
tem in solio in oclis suis. Porro
adonias: 7 inuitati ab eo. cum estima
rent tumultũ ortum in ciuitate: oc
currit ad eos ionathas filius abiathar.
indicans eis q facta fuãt. Et abiit
unusqsq; in domum suã. Adonias
aũ timens salomonẽ. abiit in tab
naclm: 7 tenuit cornu altaris thi
miamatis. dicens se ñ egssurum. ñ rex
iuraret ei: de uita conseruanda. 7
iurauit ei salomon dicens. Vade
in domum tuam.

Volens aũ dd̃ ostendẽ pplo regẽ
se filium fecisse: conuocauit
in ierlm principes uniusos. sacerdotes 7 leui
tas. 7 inuncto itm salomone 7 confirma
to ab omib; regno salomonis. coram
omib; precepit salomoni de legũ custo
dia 7 iusticia 7 pietate. 7 precepit ut edi
ficaret templũ deo. dicens se iã pparasse
auri. x. milia talenta. argenti uero. c.
milia. ferri ũ et eris sup num. lapidũ
quoq; 7 lignorum maximã copiã. Leuitas
quoq; diuisit in tres ordines. In aaro
nitas. moysetas 7 leuitas. Aaronitas
quoq; diuisit: p generationes. 7 inuenit
de eleazar. xvi: 7 de ythamar. viii. Et
elegit ex unaquaq; earum unum ponti
ficem: precipiens ut singli ministrarent
a sabbato in sabbatum: sadoch tñ 7
abiathar preẽnt uniusis. Et preterea
sortes coram rege: de ebdõadib; ordinã
dis. De leuitis ũ: instituit curatores fa
brice templi. xxiiii. milia. Hũ dicti sũt
nathinnei. Judices aũ ppli 7 scribas: vi.
milia. Janitores aũ domi dñi: iiii. mili
a: 7 totid qui ymnos dicerẽt. Post
h diuisit exercitũ: in cohortes. xii. Ha
bebat autẽ cohors. xxiiii. milia. quas
precepit obseruare salomonẽ. p tricenos
dies. Moysetas ũ aliqñtulũ honora
uit. Fecit enim eos custodes thesaurorum
dñi: 7 uasorum que reges dño dicare conti
geret. Et collecte ecclie omnẽ dispo
nem suã indicauit: deposcens filios
suos ut ñ grauitẽ ferrent minimũ
int eos sublimatũ. qz ds sic manda
uat: sic 7 ipse minimus int frs. inunc
tus fuiat. Descriptionẽ ũ omnẽ 7 consti
tutionẽ edificii templi. omnib; suatẽ
tib; salomoni tradidit. Sz 7 tũ obla
tionis primitias faciens: iii. milia ta
lentorum auri obtulit. ad aditũ 7 cur

rum domini faciendum. quo ⁊ cherubin es-
sent. sub quos constituerent archam.
Principes uero ⁊ sacerdotes. leuite ⁊ seniores
populi. obtulerunt auri talenta .v. milia.
et stateres .x. milia: argenti uero .x. milia ⁊
lapides preciosos plures. quorum custodiam
habuit prepositus moysi iabus. **De morte**
Appropinquaue- **dauid.**
runt autem dies dauid ut more-
retur: ⁊ mandauit salomoni
mandata de cultu dei ⁊
lege seruanda ⁊ pietate ⁊ iusticia circa
suos. memorans promissionem dei factam sibi.
de semine suo iugiter regnaturo. si cus-
todierint filii testamentum eius ⁊ testimonia
que doceret eos. Tria uero super addidit de
ioab ⁊ filiis berzalai ⁊ de semei: dicens.
Nosti que fecerit ioab per inuidiam abner.
et amase ⁊ effudit sanguinem belli in
pace .i. sanguinem qui non debet fundi nisi in
bello. fudit tempore pacis ⁊ eorum cum quibus
habebat pacem ⁊ posuit cruorem prelii in
baltheo suo ⁊ in calciamento suo .i. cruor
non est respersus super arma ipsius. quia cum eis
non dimicabat: sed super uestes eius quasi paci-
fice eis loquebatur. Et est sensus. Non in: sed
dolo occidit eos. Vel aliter. Viri bella-
tores in signa operum suorum in armis suis
describebant: ad ostentationem glorie. Sed
cum ioab hec. tanquam facinora osten-
tare publice non auderet: saltem in baltheo
et in calciamento descripsit. Et addidit
dauid. facies ei iuxta sapientiam tuam: ne des-
cendat pacifice ad inferos. Sed ⁊ filiis
berzalai reddes gratiam: ⁊ erunt comme-
sales tui. Semei quoque iemineum qui
maledixit mihi: non patieris esse innoxium.
Et mortuus est dauid ⁊ sepultus in ciuita-
te dauid: cum regnasset .xl. annis. Et in
catumulum eius fecit salomon octo locu-
los thesaurorum. quorum unum post mille ⁊
trecentos annos aperuit hircanus ponti-
fex ⁊ alium herodes: sicut infra dicemus.
Alii uero nondum manifestati sunt: mecha-
nico modo reconditi. **Incidentia.**
In diebus dauid carthago condita est. ut quidam
uolunt a karthedone tyrio: ut uero a-
lii uolunt. a filia eius didone. Quintus lati-
norum rex: siluius latinus. Prophetauerunt
autem sub eo: gad nathan. asaph.

De morte ioab. adonie ⁊ semei.

Sedit salomon super thronum patris
sui. Et procedente tempore. adonias
supplicauit bersabee. ut impetraret a
rege sibi dari abisag sunamitem: in uxo-
rem. Que cum ingressa esset ad regem:
positus est thronus ad dexteram regis. Et
ait. Paruulam petitionem deprecor a te:
ne confundas faciem meam. Detur abisag
sunamites adonie fratri tuo: uxor. Et
indignatus rex: ait. Quare postulas
hoc mater? Postula ei ⁊ regnum. Ipse
enim frater meus est maior ⁊ habet secum poten-
tes. abiathar ⁊ ioab: et abisag est quasi regi-
na ⁊ potens. Contra animam suam locutus
est adonias: ⁊ in opprobrium patris. Viuit
dominus: quia hodie occidetur. Et interfecit eum
per manum banaie filii ioiade. Abia-
thar quoque sacerdoti: dixit rex. Vade
in agrum tuum: nec amplius ad faciem
meam ingrediaris. Vir mortis es: sed hoc
te liberat. quia cum patre meo sepe labo-
rasti ⁊ portasti archam coram eo.
Abiecto igitur abiathar: translatum est
sacerdotium ad sadoch. de domo ytha-
mar ad domum eleazar: sicut samuel he-
li predixerat. fuerat autem post phinees fili-
um eleazari. priuati sacerdotio .v. Io-

sep: qui genuit ioatham. Qui marcoth. qui asophi. qui achitobi. Achitobi autem genuit sadoch. Porro ioab fugit in tabernaculum domini: et apprehendit cornu altaris. Et misit rex banaiam: ut auocaret eum. Et ait ioab. Non egrediar: sed moriar hic. Quod cum renuntiasset banaias regi: dixit ei rex. Fac ei sicut locutus est. Et interfecit banaias ad cornu altaris: et sepultus est in domo sua in deserto. Et constituit rex banaiam pro eo super exercitum. Vocauit quoque rex semei et ait. Habita in ierusalem: et non egrederis. In quacumque die transgrederis torrentem cedron: scito te interficiendum. Qui ait. Bonus est sermo regis. Sic faciam. Et habitauit in ierusalem tribus annis. Factum est autem post hec. ut fugerent serui semei ad achis: regem geth. Et descendit semei in geth: et reduxit eos. Quod cum nuntiatum est salomoni: dixit ad eum. Cur spreuisti iusiurandum regis et mandatum eius transgressus es? Reddidit dominus maliciam quam fecisti patri meo in caput tuum. Et interfecit eum rex per manum banaie. Et confirmatum est regnum in manu salomonis.

De somnio salomonis.

Porro salomon duxit in uxorem filiam pharaonis regis egypti. de qua ut aiunt hebrei filium genuit qui rex natura cum ipse adhuc ageret undecimum annum: et induxit eam in ciuitatem dauid. Nondum enim perfecerat domum. Porro tria proposuerat se facturum. domum domino. et domum sibi. et ambire ierusalem muro triplici. ut in primo ambitu esset templum. et mansiones ebdomadariorum. Domus quoque regia: cum mansionibus domesticorum. In secundo: habitarent potentes uiri: et prophete. Deinde et infra legis de prophetissa: quod habitaret in secunda. In tertio: opifices. Post hec ascendit salomon in gabaon. ut immolaret ibi in excelso. Et creditur gabaon non esse proprium nomen loci. sed appellatiuum et interpretatur collis excelsus. Iosephus enim dicit eum ascendisse in hebron. Et optulit mille hostias in holocaustum super altare. quod fecerat moyses. et apparuit ei dominus in nocte per somnium: dicens. Postula quod uis ut dem tibi. Qui ait. Domine deus. ego sum puer paruulus: et ignorans ingressum et egressum meum. Da ergo cor docibile seruo tuo. ut possim iudicare populum tuum: et discernere inter bonum et malum. Et placuit sermo coram domino: et ait ad eum. Quia non postulasti iuxta uerbum hominum dies multos: et diuitias et animam inimicorum tuorum: feci tibi secundum sermones tuos. Dedi tibi cor sapiens: ita ut nullus ante te similis tui fuerit. Sed et hec que non postulasti dedi tibi: si tamen ambulaueris in uiis meis sicut pater tuus. Et euigilans salomon: intellexit quod esset somnium et reuelatio facta per somnium. Et reuersus in ierusalem coram archa domini: gratias agens optulit holocausta et pacifica.

De iudicio meretricum.

Tunc uenerunt due mulieres meretrices ad regem. Quarum una ait. Ego et mulier hec sole habitauimus in domo una. Cumque peperissem: tertia die post partum peperit et hec. Mortuus est autem filius eius. Quem noctis silentio posuit in sinu meo: et filium meum uiuentem collocauit in sinu suo. Mane diligentius intuens. deprehendi illum non esse meum: qui mortuus fuerat. Respondit altera. Non est ita. Sed

filius tuus mortuus est: meus autem uiuit.
Cumque mens omnium in huius rei discrimi-
ne hesitaret: rex soluit eam inopinate.
Et allato gladio. ut ait Iosephus. precepit
utrumque infantem diuidi: ut utraque
medietatem uiui et mortui acciperet. Quod
audiens mater uiuentis: commota sunt uis-
cera eius super filio suo. et ait. Obsecro domine.
date illi infantem uiuum. Sufficit
michi si uideam eum uiuere. Altera dicebat.
Nec michi nec tibi: sed diuidatur. Et cognoscens rex.
uocem utriusque de uero cordis fonte pro-
latam: ait. Date huic infantem uiuum.
Hec est mater eius. Et audiens omnis
israel diuinam in rege esse sapientiam: timu-
erunt eum. Et ammirati sunt assesso-
res eius: qui prius sententiam eius quasi ab adolescen-
te prolatam deridebant. Porro banai-
as erat super exercitum. Sadoch autem sa-
cerdos. Azarias filius nathan: super
custodes regis. Zabud filius nathan:
sacerdos regis. id est cancellarius. Et ysaar:
prepositus domus. id est procurator. Et aduram:
super tributa. De prefectis salomonis.
et inuentione exorcismorum.

Habebat autem salomon duode-
cim prefectos super omnem israel. qui per
singulos menses singuli prebebant necessaria
regi: et domui eius. Quorum unus reliquis pre-
uidebat. scilicet achimaas habens basemath fili-
am salomonis in uxorem. licet et unus de
reliquis. aliam haberet filiam salomonis
in uxorem. Erat autem cibus salomonis
per dies singulos. xxx. choros simile. et
lx. choros farine. x. boues pingues.
et xx. boues paschuales. et c. arietes.
excepta uenatione ceruorum. caprearum.
bubalorum. et auium altilium. Sed et pisces
cotidie ab alienigenis portabantur.

et erat summa pax in terra. Et habe-
bat salomon. xl. milia equorum curruli-
um. et xii. equestrium: quorum medie-
tas regi in ierusalem obsequebatur. Reliqua
uero per uicos regios dispersi manebant.

Prefectus uero ille qui ministrabat
expensas mense: etiam equis et ordeum
paleam ministrabat. deferens omnia
ad locum ubi rex morabatur. Et precellebat
rex sapientia omnes orientales. et egyptios. et
hebreos. etiam .iiii. filios moab nota-
tissimos. eman. et ethan. calcal. et dorda.
et scripsit librum de canticis. et modulatis
omnibus in numero quinque milium.
Parabolarum quoque scripsit .iii. milia. Et dis-
putauit de natura arborum. et herba-
rum: a cedro usque ad ysopum. De
natura quoque omnium animantium philo-
sophatus est: per unumquodque genus pa-
rabolam dicens. Excogitauit etiam
adiurationes: quibus egritudines solent
mitigari. Alias quoque quibus demones
excitentur. et alias quibus obstricti non redi-
rent. Excogitauit etiam caracteres quos in-
scribebant gemmis. que posite in
naribus arrepticii cum radice salo-
moni monstrata: statim eum a demo-
nibus liberabant. Hec scientia plurimum
ualuit in gente hebreorum. et maxi-
me necessaria erat. Ante aduen-
tum enim christi sepius homines a demo-
nibus uexabantur. Iosephus quoque testatur se
uidisse quendam eleazarum exorcistam:
coram uespasiano et filiis eius tribunis.
in hunc predictum modum curantem
uexatos a demonibus. Et ut probaret
eis demonem egressum preparatis tum
spiritu hanelantis: uas aque pone-
bat in medio et imperabat demo-

in egresso ut illud exiret in argumen
tum sue egressionis: et ita fiebat. **De opa**
Misit autem salo **ris templi.**
mon ad hiram regem tyri: dicens.
Volo edificare templum domino: sicut locutus
est patri meo. Precipe ergo servis tuis. ut pre
cidant michi cedros de libano. et mercedem
eorum dabo tibi quam petieris. Et rescripsit
ei hyram dicens. Servi mei deponent
ligna de libano. ad mare: et deferent
in ratibus. usque ad locum quem signa
veris michi. et tu de portu tolles ea. prebebisque
necessaria in cibos domui mee. Itaque hy
ram dabat salomoni ligna cedrina
et abiegna: quibus habundant sidonii.
Salomon autem: supplebat inopiam illo
rum in cibis. prebens hyram singulis
annis choros tritici. xx. milia. et totidem
batos olei. eandemque unam mensuram.
Porro salomon elegit operarios de israel
preselectos. De israelitis enim: neminem
fecit servire. Et erat in dilectu. xxx.
milia virorum: id est summa eorum quibus hoc
indicebatur. Ut forte indictio est deter
minata hominum collectio: sicut choros.
et legio. Et mittebat eos in libano.
cum servis yram. x. milia per singulos
menses vicissim. ut duobus mensibus
revertentes ad propria. requiescerent: ut
quarto mense priores ad laborem de
nuo remearent. Et preerat aduram
huic indictioni. Statuit salomon et
.lxxx. milia latomorum. id est lapidicesorum
in monte: quibus prefecit de israelitis tria
milia et trecentos. qui precipiebant opa
riis. Porro latomi in lapidicina la
pides grandes et preciosos. id est marmoreos
scopolabant et quadrabant. Qui adeo
grandes fuerunt in fundamento ut dicit

iosephus: quod multi ex eis habebant in lon
gitudine cubitos. xx. in latitudine
.x. in altitudine. v. Quadratos quidem
lapides dolaverunt cementarii salomo
nis: et cementarii hyram. Dolatos vero prepa
raverunt biblii. polientes et sculpentes
non solum lapides. sed et ligna. Est autem
biblos civitas phenicis: de qua ieze
chiel. Senes biblii et prudentes eius.
Et sic omnia extra urbem dedolata et
perfecta sunt. quod malleus et securis et omne
ferramentum non sunt audita in domo
domini cum edificaretur. Fuerunt autem qui onera
portabant septuaginta milia. Fabulantur
hebrei. ad erudiendos lapides celerius.
habuisse salomonem sanguinem ver
miculi. qui thamir dicitur: quo aspersa mar
mora facile secabantur. Quem invenit
hoc modo. Erat salomoni strutio habens
pullum. Et inclusus est pullus: sub
vase vitreo. Quem cum videret stru
tio. sed habere non posset. de deserto tulit ver
miculum. cuius sanguine linivit vi
trum: et confractum est. Videns autem salomon
cacumen montis moria angustum. dele
cit illud: et in aream spaciis ampli
oribus diffudit. **De edificatione templi.**
Factum est igitur post quadrin
gentos et octoginta annos egres
sionis israel de egipto. anno quarto
regni salomonis. mense secundo qui
zius appellatur apud hebreos. apud nos
maius: cepit salomon edificare do
mum domino. de marmore candido quod
parium dicitur. Iosephus tamen dicit anno quin
gentesimo secundo. egressionis de egipto.
describens etiam annos etatum precedenti
um. dicens ab abraam fluxisse an
nos mille viginti. a diluvio mille

quadringentos. ab adam tamen milia .c.
et duos. Habebat autem domus in longi-
tudine cubitos .lx. In latitudine uero
.xx. Pars quidem anterior que sancta dicitur et
erat ab oriente: .xl. erat cubitorum. in lon-
gitudine. Reliqua pars ad occidentem
.xx. cubitorum erat: et dicebatur sancta sanctorum.
Porro in altitudine .xxx. cubitos ha-
bebat. usque ad primum tabulatum. super
quod secunda mansio erigebatur .xxx. cubitis
usque ad secundum tabulatum. Tertia uero man-
sio erat .lx. cubitorum: usque ad tertium ta-
bulatum. quod erat tectum domus. Et
sic tota templi altitudo: in .c.xx. cubi-
tos ascendebat. Iosephus tamen mentionem
non facit nisi de duabus mansionibus: u-
tramque .lx. cubitos ascribens. Sed duas
inferiores: sub una comprehendit. Et erat
porticus ante faciem templi. longitudi-
nem habens iuxta templi mensuram. et lati-
tudinem .x. cubitorum: surgens in al-
tum ut dicit iose. usque ad celsitudi-
nem templi. Et fenestras fecit in tem-
plum obliquas .i. exterius angustas. et in-
terius obliquitudo diffusas. Has excogita-
uit salomon. Trabes autem posuit in
domo per circuitum. per tria loca. in summi-
tatibus trium mansionum. a deo lon-
gas ut forinsecus capita earum prominerent
ex utraque parte. et edificauit super ca-
pita forinsecus prominentia. tria tabu-
lata. ad deambulandum circa tem-
plum. que in euangelio pinna-
cula templi dicuntur. que quomodo facta essent
in utroque latere. satis elucet. Quomodo
autem fuerint in fronte orientali et occiden-
tali: non memini me legisse. Nec
super hoc in sommare aut liber.
aut licet: sed quod ibi fuerint creditur.

Quod uidetur uelle iose: cum agit de edificatione
templi. Latitudo uero tabulatorum: differens
erat. Tabulatum enim quod erat subterius: quinque
cubitos habebat latitudinis. et medium.
.vi. cubitos. et tertium .vii. Quod ad literam
quidam tradunt factum: ut in superioribus ta-
bulatis manentes non impedirentur ad
despiciendum inferius. per obstaculum inferiorum.
Hebreus tamen dicit. tria tabulata parem
habuisse latitudinem. ut si a summo usque
ad imum plumbata centenarium dimittere-
tur: eorum perpenderetur equalitas. Verum per
tamen inferius tabulatum .v. cubitorum erat:
latum. Medium uero .vi. quia murus superior
arctior fuerat: qui per cubitum retractus erat.
Ultimum uero tabulatum .vii. cubitos
habebat: per retractionem muri superioris si-
militer facta. Fuerunt qui dicerent. inferius
tabulatum .vii. fuisse cubitorum et medi-
um .vi. ut ascendendo artarentur ta-
bulata. sicut et murus. et corrigunt litteram.
per subterius ponendo superius. Vel etiam legunt
subterius: decernentes. tabulatum quod subterius e-
rat: non loco sed numero. Sicut enim altum
dicitur et profundum supremum: sic et subterius dicitur
loco. quod infra positum est. subterius uero numero.
ad quod ascenditur numerando. Hec autem
tabulata sic erant adiuncta muro
ut ei non hererent .i. muro infixa non
essent. Porro in extremitatibus cuiusque ta-
bulati. ut deambulantes ab inim-
ria lapsus defenderentur. edificauit
loriculas. tanquam apodiationes. que
in regum latera uocantur. in paralipome-
non cancelli. De quorum altitudine
nescimus. nisi de supremo: quod habuit in
altitudine .v. cubitos. De ornatu
interioris domus .s.

Porro mu-
rus inferioris mansionis:

intrinsecus operatus undique: erat tabulis
cedrinis. Trabibus vero solarii affixa erant
laquearia cedrina. Pavimentum vero domus
tectum erat tabulis abiegnis. Tabulata
vero latera et laquearia trabium et pavimentum:
tabulis aureis operiebantur. cum clavis
aureis. quorum singulus erat .l. siclorum.
Nichilque erat in illa in inferiori par-
te templi. quod auro non tegeretur: ut mul-
tis ingredientium faceret auri lumine

Porro in iunctura splendide.
tabularum fecit anaglipha .i. cela-
turas in iuncturis fabrefactas: ne locus
iuncture deprehendi posset. In medio
vero tabule erant imagines prominen-
tes. cherubin et palme. Hec quidem
in tabulis cedrinis celata erant. sed
auro tecta: ut in ipsis tabulis aureis.
Oraculum autem. quod dicitur sancta sanctorum. habe-
bat .xx. cubitos longitudinis. et .xx.
latitudinis et .xxx. in altitudine.
In littera tamen habetur et .xx. cubitos
altitudinis: quod intelligendum est de
pariete interposito. inter sancta et oraculum.
Sicut autem in tabernaculo columne interpo-
site fuerant. quibus appendebatur velum:
sic in templo interpositus est paries ce-
drinus. non ascendens in altum. nisi per .xx.
cubitos. x. cubitos qui superant
usque ad laquearia intactos relin-
quens. ut fumus aromatum ascendens
de altari. per aperturam superiorem libere
intraret in oraculum. Erat autem
totus paries tectus auro. habens ana-
glipha cherubin et palmas: ad
modum parietum. Huic parieti ap-
pensum erat velum de quatuor co-
loribus: cui intexta erant cherubin.
tante tenuitatis ut parietis non prohi-
beret aspectum. quod totum parietem operiens.
forte usque ad laquearia ascendebat.
quod legitur in evangelio scissum fuisse
a summo usque deorsum. De interiori sche-
mate superiorum mansionum. non legitur ni-
si quod dum consummaret edificium positus est
lapis in angulo superiori. non sine gran-
di omnium admiratione. Cum enim edi-
ficantes et in fundamento et in muro
eum locare niterentur: non est inventus lo-
cus ei donec in angulo superiori et pos-
tremus omnium convenientissime positus est, sicut
quod proposuerat deus. Lapidem quem reproba-
verunt edificantes. hic factus est in caput
anguli: etc. In summitate vero mu-
ri per gyrum affixa erant aurea ĩua.
ad hominis magnitudinem propter aves abi-
gendas: ut de longe aspicientibus quasi
silva aurea videretur. Per gyrum vero mu-
ri erat labium exterius. a quo depende-
bant grandes uve auree. cum pampi-
nis aureis. adeo fabrefactis ut sur-
sum aspicientibus. qui ad auream sepe
viderentur moveri. Porro iuxta tertiam.
ostium lateris medium in pariete erat
domus dextre .i. meridiane et per cocleam as-
cendebant in medium cenaculum et a
medio in tertium. hoc est per ascensum tor-
tuosum. qui vulgo dicitur vitis. qui
factus est ad similitudinem coclee testudinis.
Josephus tamen describit. ascensum factum per me-
dium muri absconditum. facilem et
securum. in parte muri exterioris suf-
ficienter fenestratum. Ostiolum vero ascen-
sus. dicitur fuisse iuxta terram. in an-
gulis anterioribus utriusque muri. Fecit
autem in introitu templi postes de lig-
nis olivarum quadrangulos et duo
ostia de lignis abiegnis altrinsecus et u-

tumq; ostium duplex erat. & se inuicē
tenens aperiebatur. & sculpsit in eis che
rubin & palmas. & celaturas ualde emi
nentes. & operuit omīa laminis aureis.
opere quadro ad reglam. fores iste tan
te uenustatis erant. ut etiā dōs pphās
de templi destructione eas nōiatim
expsserit: dicens. Excidunt ianuas
eius. & ait iose. nō erat in eis lignū mar
palmo. qđ forte notat̄ in regum cum
dr̄: opere quadro ad regulā. Et erat
altitudo eaꝝ. xxx. cubitis. secđm alti
tudinē inferioris cenaculi. Sꝫ qđ di
cit latitudinē eaꝝ. xx. cubitoꝝ. uidr̄
falsū ēē: q2 tanta erat latitudo tēpli.
Ergo ab oriente nō erat murꝰ. Sꝫ in
regum ē determinatio: ubi dr̄. Ostium
duplex erat: & se inuicē tenens aperie
batur. Erat quidē latitudo muri
x. cubitoꝝ: et apertura in qua fores
erant similiter. x. Et ita in muro
orientali altrinsecus: superant. v. cu
biti. In apertura uō erant. iiiior. fores.
due extrinsecꝰ. & due intrinsecꝰ. quaꝝ u
naqueq; habebat latitudinē. v. cu
bitoꝝ. Et erāt sic artificiose posite.
ut clause qsi continuum parietē fa
cerent intus & extra. Aperte: uō in medio
muri obuiabant & totā eius latitu
dinem tegebant. & sic artificiose
adhibant: ut qn claudebant̄ exteri
ores. claudebant̄ insimul interiores.
Nullus enim in tēplo nocte rema
nebat: qui clauderet eas intus. Cūq;
aperiebant̄ exteriores: aperiebant̄ simul
& interiores. Propterea dcm̄ ē. ostiū duplex
erat: & se inuicē tenens aperiebatur.
Porro in pariete oracli fecit duo
ostiola de lignis oliuaꝝ. & postes

angulorū qinq. ut in qinto angulo medio
cardines affixi starent. circa quos ostiola
mouebantur. Et erant in ostiolis ana
glipha. cherubin & palme. Quidam tn̄
dicūt: postes angulorum. quinq; sub auch
cubitoꝝ erant. In oraclo aūt erat ar
cha & ppiciatoriū. & cherubin. que fece
rat moyses in deserto. Fecit aūt salo
mon duos cherubin de lignis oliuaꝝ
x. cubitoꝝ altitudinis stantes sup
pauimentum. in latib; arche. & hntes
pedes obliquatos. qsi ad iubilandū.
& eleuatos. opertos auro purissimo.
hntes alas aureas. singulas. v. cu
bitoꝝ. quaꝝ due extendebantur
sup archam. & obuiam sibi uenientes.
coniungebant̄ sup eam. tegentes
sciarium infra se positum. Alias
aūt duas extendebant altrinsecus ad
parietes ita ut ala uniꝰ tangeret pa
rietē. & ala alterius. parietē alterm.

Porro extra parietē in scā. posuit
mensam ad aquilonē. & candelabrū
ad austrū. Inter que: mediū erat
altare aureū. qđ fecerat moyses in
deserto. Sꝫ preter illud candelabrū.
posuit alia candelabra aurea eiusd
schematis. sꝫ maioris quantitatis: quinq
q; hinc. & quinq; inde. Similiter cum
mensa quā fecerat moyses. posu
it alias. x. mensas. eiusd schematis. sed
maioris quantitatis: quinq; hinc. & quin
q; inde. Inter hec aūt: posuit altare thi
miamatis. & uestiuit illud cedro.
qđ etiā dr̄ altare oracli. i. corā ora
clo. Per hoc intelligitur fuisse aliud
altare: quam qđ edificauit moyses.
Illud enī erat de lignis sethim:
circum tectū ex omi parte auro. Is

intro autem: erat vestitum cedro. Puto vero intel
ligi hoc altare fuisse de lapidibus quos
ferrum non tetigit: et erat opertum picturis
tabulis cedrinis. Sed et ille operte erant ex
omni parte: laminis aureis. Cuius quanti
tatem non memini me legisse.
Illud vero modicum altare quod fecit moy
ses in deserto. forte repositum erat in sancta
sanctorum. non ad usus cotidianos thimiama
tis. sed ad aliquos usus singulares. quo se
mel in anno ingrediebatur sacerdos cum
sanguine. Hoc autem inde potest perpendi: quod
dicit apostolus in sancta sanctorum fuisse aureum
thuribulum. Et hic erat ornatus templi:
interioribus. De porticu.
In facie vero templi erat porticus que
in evangelio dicitur vestibulum templi. habens
columnas ereas: in longitudine sui
dispositas. In medio quarum: erant
due mirabiliores ceteris. posite ante
fores templi. habentes in medio spacium
x. cubitorum: secundum latitudinem porte
templi. Quarum: talis erat compositio.
Stilus vel stipes columne. habebat x. et
viii. cubitos altitudinis. non planus. sed
valliculatas. habens in circuitu canales
cavationis quatuor digitorum: et erat fu
silis: et linea .xii. cubitorum ambiebat il
lum: siquis vellet rotunditatem cinge
re. Vel forte in medio columne: line
a opere fusili circumducta erat.
Epistilium vero columne. super quod lo
candum erat capitellum: latius
erat stipite et rotundum. opere reticula
to celatum. Capitellum autem suppositum
epistilio. fusile erat: et quinque cubito
rum altitudinis. In suprema autem
parte: erat liliatum. Latera vero ipsius:
ex omni parte. in modum retis et cathe
narum erant contexta. adeo artificiose. ut
retia et cathene magis viderentur apposi
ta. quam insculpta. Vel quia solida non erant:
perforata undique fusa sunt. ut congeriones
retis formam exprimerent. Septena vero
reticula erant in capitello uno. id est septem
ordines. habentes caudas celaturarum: totum
circuitum capitelli per gyrum occupan
tes. Vel ab inferiori parte capitelli
usque ad supremum erant isti septem
ordines dispositi: ascendendo. Super
capitellum vero erat quasi funiculus: super
quem in duobus ordinibus positum erat re
naculum. tegens eius summitatem et descen
dens aliquantulum circa latera capi
telli in circuitu. In cuius extremitate de
pendebant ducenta malogranata.
In epistilio quoque columne. super quod
sedebat capitellum. dependebant ma
logranata. Legitur enim: quod capitella erant
super summitatem malogranatorum. Eius
dem compositionis erat: altera colump
na. De compositione vero basium: non legi.
Hee due columne: propriis nominibus
vocabantur. tum propter sui magnificen
tiam. tum propter futurorum multam prefi
gurationem. Dextera dicebatur iachim:
id est firmitas. Iosephus vocat eam thala
mum iachim. Sinistra dicta est bo
oth. vel bez: quod sonat robur. vel in ro
bore. De reliquis columnis vestibuli
modicum agit historia: dicens. Capi
tella autem que erant super capita co
lumnarum. quasi opere lilii fabricata erant
in porticu: quatuor cubitorum. Et rur
sum alia capitella in summitate co
lumnarum: desuper iuxta mensuram
columne contra reticula. Porro de compositio
ne columnarum tacet. Capitella vero e

arum minora dicit cubito uno prior-
ibus capitellis. De schemate eorum tamen dicit.
quod erant liliata: et habebant retiacula
supposita. Quod autem sequitur. malogranatorum
ducenti ordines erant in circuitu ca-
pitelli secundi: ambiguum est. utrum hoc
dictum sit de capitellis minoribus. an re-
capitulando dictum sit de capitellis
prioribus. Has columnas fudit yram
tyrius. plenus sapientia ad faciendum omne
opus ex ere: filius mulieris uidue de
tribu neptalim. patre uero tyrio. Sed et omnia
utensilia templi erea et quicquid in eo
de ere factum est. fudit yram in campestri
regione iordanis. in terra argillosa.
inter socoth et sarthan. Nec te moue-
at. quod aliquando de ere. aliquando de aurical-
co dicuntur facta: quia idem est. cuius
splendor et pulcritudo similis erat
auro: ut dicit iose. In hoc uestibulum
ascendebatur ab atrio sacerdotum .xii. gra-
dibus: secundum iosephum. quidam tamen dicunt
.vii.: secundum uisionem ezechielis. Dum enim
in multis concordare compositionem templi
machinatur. cum compositione templi spiritualis: quod
uidit ezechiel. De cubiculis et cenaculis

Edificauit autem ebdomadariorum.
salomon in circuitu templi preter
uestibulum .xxx. paruulas domos: que in
circuitione totum templi spacium extrinse-
cus ambiebant. Harum singule ha-
bebant .v. cubitos latitudinis: et tantun-
dem longitudinis: et .xv. in altitudi-
ne. Singulisque earum ita fecit adiuncte:
ut ex alia ingrederetur in aliam. aliquo
spacio interposito. Si enim exterior
longitudo templi fuit tantum .lx. cubito-
rum. latitudo .xx. tantum: et ambitus
terium murorum. habuit tamen .c.xl. cubitos.
Ad quem ambiendum sufficerent domun-
cule .xxviii.: quia quinquies .xxviii. faciunt
.c.xl. Credendum est autem quod predicta quanti-
tas templi: fuit inter muros intrinsecus. Et
murus habuit .x. cubitos latitudinis
Ergo longitudo exterior fuit .lxx. cubi-
torum hinc et inde. latitudo continebat .xl.: que
faciunt .c. octoginta. Ad quos implen-
dos necessarie essent .xxx. sex domuncule:
si continue essent.

Et super eas edificate erant alie.
equales eis et mensuris et numero: ita
ut latera templi tota per circuitum tegerent
domunculis. usque ad primum tabulatum
exterius. Reliqua uero pars templi superi-
or. circum edificata non erat: sed libere
uideri poterat. Non fuerunt hee do-
muncule pastoforia. ut quidam. ut quidam
putant. de [alibi] pastoforia dicemus: sed fuerunt cu-
bilia et cenacula ebdomadariorum: et ga-
zophilatia uasorum et uestium templi.

Et edificauit atrium interius ordi-
nibus tribus la- De atrio sacerdotum.
pidum politorum: et uno ordine lig-
norum cedri. Porro plura fuerunt atria
circa templum: ut in psalmo legitur.
Qui statis in domo domini: in atriis domus dei nostri.
De duobus tantum atriis: mentio fit in re-
gum. De eodem et de secundo: tractat iose.
Sed preter hec duo: etiam fuerunt alia duo.
Igitur atrium interius erat platea grandis.
ex omni parte circa templum diffusa per
quadrum: que a foribus templi ad orien-
tem plurimum extendebatur. quia ibi
erat altare ereum et luteres: et ibi mini-
strabant leuite et sacerdotes coram domino.
Circa utrumque uero latus templi non adeo
diffusa erat: ab occidente uero strictior.
Pauimentum cuius: uario marmore

stratum erat et diversis imaginibus variatum. Hoc atrium cingebat murus: in altitudine trium cubitorum. Et erat cubitus unius lapidum unius coloris: secundus lapidum alterius coloris: et tertius tertii coloris. Interius autem erat vestitus cedro: et positus erat pergirum in extremitate huius atrii. ut ceteros a ministris ab ingressu atrii prohiberet. Ad hunc se appodiabant psallentes: et versi ad populum super inclinati loquebantur. Iuxta quod muro stabant columne: equis intervallis disposite. populum extra stantem ad legem sanctimonie premonentes. alie litteris hebreis. alie grecis. alie latinis: et ne in locum sanctum transirent prohibentes. Hic ambitus muri. hebraico nomine vocatur baagion: latine vero cancellus. Unum solum habebat introitum ab oriente contra portam templi: huius aperturam xxv. cubitorum sine foribus. Usque ad hunc introitum ascendebant viri et mulieres. deferentes oblationes suas ad ministros sibi occurrentes. nec licebat eis ulterius transire. nisi in quibusdam casibus. Et ascendebant ad ipsum per xiiii. gradus. Hoc atrium dicebatur atrium interius: vel atrium sacerdotum. Quod etiam illi qui erant aaronite. sed propter maculam aliquam offerre non poterant. non intrabant: licet de partibus sacrificiorum alerentur.

De atrio mundorum.

Post istud atrium et infra ipsum in declivi montis late positum erat secundum atrium: quod dicebatur sanctum. Quod iosephus vocat aulam: ut basilicam grandem. Erat autem diffusum per circuitum circa atrium interius. longe tamen maius eo. et pavimentatum vario marmore. Erat que circumseptum muro. in altitudine xxv. cubitorum interius. exterius vero altitudinis xl. cubitorum. secundum declivitatem collis. Et licet sic esset altus: non ascendebat tamen usque ad fabricam templi. nec ipsius aspectum prohibebat. Erat autem murus iste ad occidentem simplex: et nullam habens portam. In utroque vero latere et in fronte orientali. habebat porticus circumvacantes instar claustri monachorum: in quibus erant columne singulorum lapidum diversi colores. cum basibus argenteis. Camera vero porticuum. id est laquearia: cedrina erant. Latitudo vero porticus: xxx. cubitorum. In latere vero meridiano erant quattuor porte. duplices valvas habentes: que laminis aureis et argenteis. miro opere erant decorate. Eiusdem numeri et eiusdem schematis erant porte: in latere septentrionali. In his sedebant ianitores: ut arcerent immundos ab ingressu huius atrii. Porro in orientali fronte erat porta. que dicebatur speciosa: huius valvas de ere corinthio fecit. In angulis huius frontis. erant due porte modice: per quas ascendebant mulieres ad offerendum. Vel forte ministri descendebant in occursum earum ibi: ad suscipiendas earum oblationes. Per has portas quas diximus. ascendebant undique viri mundi in atrium secundum. ut orarent sub divo tempore serenitatis: sub porticibus tempore tempestatis. In platea huius atrii orientali. vendebantur animalia et volucres ad offerendum: et mense nummulariorum stabant ibi. quas evertit dominus. In porticibus autem circa portas stabant galophilatia diversi generis: ad recipiendas oblationes ingredientium. In porticibus latum erant pasto-

sona .i. loca separata ad comedendum: in quibus sacrificantes de partibus sacrificiorum que eos contingebant vescebantur coram domino. Quidam tamen volunt quod ibi tantum a fonis venientes de finibus israel comedebant: et ob hoc dici pastosona. In eisdem porticibus erant cathedre et sinedre et exedre .i. tria genera sedilium: ut ait ysidorus. In cathedris sedebant doctores: in gignasio. In sinedris sedebant auditores in consistorio: et dicebantur sinedre quasi consessus. In exedris sedebant assessores cum iudice quando secretum aliquid tractabant: quasi in locutorio. Et dicebantur exedre quasi assessus: licet exedra inpresentiarum legatur pro thalamo. Hoc atrium secundum sepe in euangelio dicitur templum: ubi dicitur quod oves et animalia uendebantur in templo: et quod ihesus docebat in templo: et quod filii israel orabant in templo. et cetera: in hunc modum.

Porro sub De atrio mulierum.

hoc atrio erat atrium tertium. similiter in decliuo latere montis positum. edificiis positis cum sedilibus: et si non tante uenustatis. nec tam preciosis ornatu. In hoc orabant mulieres: munde tamen. De atrio inmundorum. Iuxta istud atrium erat et quartum. Doctorum. in quo orabant uiri inmundi et mulieres et gentiles. Et murus exterior in radice collis positus erat: et ascendebat .ccc. cubitis usque ad uerticem collis. in quo situm erat templum. Et ita muri atriorum in illo prohibebant aspectum templi: nec eorum qui ministrabant in atrio interiori.

Porro De altari et mari eneo.

in atrio interiori erat altare ereum factum ex lapidibus impolitis. circumtectum ex omni parte ere. longe maioris quantitatis. quam illud portatile. quod factum fuit in deserto: .x. cubitorum longitudinis. et totidem latitudinis. et decem altitudinis. Et erat sub eo fovea grandis. in quam per foramen in medio altaris positum. cineres defluebant: et sanguis qui ad crepidinem altaris fundebatur

fovea: per fenestram que erat ad orientem. Altare uero quod fecerat moyses: propter reuerentiam sui in aliqua parte atrii reseruatum est. Quod quidam tradunt ibi permansisse: usque ad euersionem templi. factam per romanos. Immo etiam postea cum gentiles habitauerunt ierusalem: fecerunt ex eo horologium sibi. De loco uero huius altaris et quomodo inmolantes ad latus eius inmolarent coram domino: supra satis dictum est. Porro in eodem atrio posuit salomon mare eneum fusile. quod nos lauatorium dicere possumus: ut in eo sacerdotes ministraturi ablueret pedes et manus. Quod iosephus uocat cantarum ingentem: in schemate hemisperii factum. Cuius latitudo .x. cubitorum erat per diametrum: a labio usque ad labium. Altitudo uero erat .v. cubitorum. a labio scilicet usque ad fundum. Spissitudo uero: trium digitorum. In superiori parte adeo latum erat. quod resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. sed paulatim in descensu angustius fiebat. adeo ut circa fundum resticula .x. cubitorum ambiret illud. Supremum labium eius repansum erat: ad modum lilii. In lateribus autem eius exterioribus duo ordines erant sculpturarum hystoriatarum: .i. hystorias aliquas habentium. Capiebat autem duo milia batos: .i. tria milia metretas. Batus enim capit: metretam et dimidiam. et est batus. mensura trium modiorum: eidem capacitatis.

cauus et ephi. Sed batus est mensura liquidorum: ephi uero aridorum. Porro basis super quam stabat: habebat .xii. boues eneos et fusiles. Ex quibus tres respiciebant ad aquilonem. tres ad occidentem: tres ad meridiem. tres ad orientem. Quorum anteriora tantum: prominebant sub mari. Posteriora uero: intus latitabant. De luteribus.

Fecit quoque salomon .x. luteres eneos et fusiles: altitudinis .iiii. cubitorum. Erat autem in summitate luteris os recuruatum intrinsecus: et adeo angustum. ut unius cubiti esset eius latitudo. Fundus uero eiusdem erat latitudinis cubiti et dimidii: iuxta quantitatem basis. super quam sedebat. Quadraginta batos capiebat: luter unus. In eis abluebantur intestina: et pedes holocaustorum. Et erant omnes eiusdem facture: sicut et bases quibus insidebant. Erat autem basis in inferiori parte. in longitudine et latitudine habens .iiii. cubitos per quadrum: in altitudine uero trium cubitorum: et ascendendo paulatim angustata. usque ad cubitum et dimidium. iuxta quantitatem fundi ipsius luteris. Eratque composita ex .iiii. tabulis. quibus quarta erat supposita quadrata et ex omni parte aliquantulum excedens summitates aliarum. Huius in medio sui eminentem concauitatem rotundam in qua sedebat luter. Ipsum opus basis: interrasile erat. Et in iuncturis tabularum per quatuor angulos erant sculpture eminentes ad modum columnarum: quas dicunt quidam uocari. media inter columnia quadrata. Tamen quidam legunt ibi. media inter columnia quadrata: uocantes columnam. mediam tabulam inter .iiii. tabulas suppositam. Latera uero basis a media parte sursum. in sculptas habebant columnas et plectas: et in medio earum. leones et boues et cherubin. Et super colla leonum et boum et subtus: erant lora ex ere dependentia quibus ligati uidebantur. Et summitate uero .iiii. columnarum angularium erant humeri expansi in similitudine manus humane: et pedes aquilini: super quos tabula ferens luterem ita erat coaptata. ut naturaliter inserta uideretur. Et habebant ille columne per se celaturas: homines. arbores et aues. Porro altera media pars basis. que erat circa terram. habebat per gyrum rotas eminentes. cubiti et dimidii: et ea que in rota fieri solent. axes et radios. cantos. et modiolos: omnia fusilia. Et circa eas: posite erant uarie celature. Et hec omnia. adeo fabrefacta erant. ut non celata. sed quasi apposita per circuitum uiderentur: et basis quasi rotis circumstantibus uehi uideretur. Vna erat fusura et mensura et sculptura: .x. basium et luterum. De sculptura tamen luterum: non memini me legisse. Horum quinque in atrio templi steterunt ad dexteram. quinque ad sinistram: ad hunc usum. Ysa thinnei prius lauabant membra hostiarum in probatica piscina: et lota tradebant sacerdotibus. Qui ne quid intimum sordis eis adhesisset. luteribus ea intingebant: ut resinciata supponerent altari. Porro lauatoria hec in hunc modum posita erant. ut ingredientibus atrium sacerdotale. primo occurreret ad meridiem mare eneum. ad abluendum manus. postea progredientibus occurrebant .x. luteres. ad intingenda membra hostiarum. Rursusque progredientibus occurrebat

altare eneum similiter ad iiii. dierum: positis
que hostiis super altare: redibant offerentes
ad mare eneum: et abluebant ibi pedes et
manus: ut sic loti consummarent sacrificia
id est intrent in templum cum prunis et thi-
miamate ad adolendum illud super alta-
re in odorem domino. De uasis altaris.

Utensilia uero altaris enei fecit yram
ex ere. lebetas ad suscipiendos ci-
neres et prunas altaris. ollas quoque et calda-
rias ad coquendas carnes: et hamulas
id est fuscinulas ad extrahendas carnes et
disponendas: et arpagiones id est furcas
ad componendum ignem et membra hostiarum
desuper disponenda: et scutras. uasa scilicet eque-
lis amplitudinis in ore et fundo. ad ca-
lefaciendum. Iosephus addit et trullas:
forte ad congregandos cineres uel eruen-
dos. uel ad uertendum panniculum. Porro:
utensilia templi aurea erant uel argen-
tea. Utensilia candelabrorum: aurea erant.
De quibus in exodo legitur. Numerum
autem utensilium. que fecit salomon tem-
pore precedente. ponit iosephus: mensas scilicet super
quas iacebant phiale et patere et morta-
riola et patene ad offerendam similam et
cratere in quibus simila cum oleo misce-
batur: et assarones in quibus libamina men-
surabantur. thuribula quoque quibus ferebantur thi-
miama. et alia thuribula in quibus fereba-
tur ignis a maiori altari ad minus. Hec
omnia optulit salomon aurea: et alia
similiter argentea. sed in duplum. Quorum
numerum secundum iosephum ponere timuimus. ne
incredibile uideatur: presertim cum uitium
scriptorum ita numeros plurimum inueniatur.

Anno De dedicatione templi
quarto regni salomo-
nis fundata est domus domini et in
anno undecimo. mense ebul id est octobri
consummata est in omni opere suo et in uni-
uersis utensilibus: que in ministerium e-
rant necessaria. Post dedicationem enim
plura fuerunt fabricata: et supra dicta. Et e-
dificauit eam septem annis: et septem men-
sibus. Et conuocauit salomon in anno
undecimo. maiores natu in israel et princi-
pes tribuum et duces familiarum. ad dedi-
cationem templi: et ad deferendam archam
in illud. Et conuenerunt omnes. mense septi-
mo id est septima lunatione que interue-
rat octobrem et erat dies sollempnis: de-
cimus scilicet dies quo fiebat expiatio. Potest
tamen dici. templum in septembri dicatum.
quia tunc fere est sollempnis. rege accelerante:
et post dedicationem fecisse aliqua uten-
silia. que deerant: mense octauo. Et sic
utrumque uerum est: et quod mense viii. perfecta
est domus in omni opere et utensilibus: et tamen mense
vii. dedicata. Et tulerunt sacerdotes et le-
uite de ciuitate dauid archam domini et omnia
uasa eius: et uox iubilantium ut ait iosephus.
a longe remotis audiebatur.

Rex uero et uniuersa multitudo. gra-
diebantur ante archam: et immola-
bant hostias absque estimatione et nu-
mero. Et aromatum fumum a longe positi
sentiebant. Et intulerunt sacerdotes ar-
cham domini in locum suum in oraculum.
subter alas cherubin: quibus quasi quodam
eburneo tegebatur. Capita quoque uectium.
super humeros portantium a populo retro
posito uidebantur: donec archa repo-
sita. subtracti sunt aurilibus hominum in
sempiternum. Archa uero tecta erat:
ne uideretur. In archa autem nichil erat a-
liud: quam due tabule testamenti lapidee.
Supplendum est autem et urna aurea ple-

na manna: et virga aaron. Nec enim te-
statur apostolus fuisse in ea.

Factum est autem cum exissent sacerdo-
tes de oraculo, nebula implevit do-
mum domini: non metuenda, sed temperata et
fulgens. Et obumbravit facies sacerdotum,
ita ut se invicem videre non possent: nec
ministrare. Et ait salomon. Dominus dixit:
ut inhabitaret in nebula. Hucusque non hoc
dominus legitur dixisse. Sed quia in monte syna
apparuit in nebula, et precessit israel in
nube, et ante moysen positum in caverna
petre transivit in nebula: ideo salomon po-
suit dictum pro opere. Et est sensus. Dixit dominus.
id est opere monstravit. Subiit autem omnes
quedam opinio phantastica: dominum
localiter descendisse in templum. Quam
amovit salomon: dicens. Numquid
vere. quia fabricasti tibi domum perpetuam: ce-
lum et terram simul et mare. Et flexo utro-
que genu in terram coram omni ecclesia: utram-
que manum levavit ad dominum, gratias agens
de permissione domini impleta, quam promise-
rat david domum edificandam per manum
filii eius. Oravit quoque ut quicumque iudeus
vel gentilis ascenderet ad hanc domum sup-
plicans pro peccatis vel clamans ad dominum pro
aliqua tribulatione, exaudiretur a domino
in his que iuste postularet. Et sur-
gens ab oratione: stans benedixit u-
niverso populo. Et dedicatum est templum cum
utensilibus suis: die illa. Et deinceps
in eadem die quotannis fiebat festum: scilicet festum
dedicationis. Nec te moveat quod di-
ximus eum flexisse genua super terram:
cum in paralipomenon dicatur quod fecit salo-
mon basem eneam quatuor cubitis altam,
quam posuit in medio basilice: et stans
super eam benedixit populo. Potuit enim
utrumque fecisse. Vel sicut supra eodem accipitur: in-
telligendum est eum flexisse genua
super terram, id est super locum in quo stabat.
Et immolavit salomon hostias pacifi-
cas: boum xxii milia et ovium c.xx. mi-
lia. Et quia altare eneum ad suscipienda
holocausta et adipes pacificorum minus
erat: sanctificavit rex medium atrium inte-
rius, ut super illud cremarentur que super alta-
re cremari non poterant. Fecit ergo salo-
mon festivitatem dedicationis, et omnis israel
cum eo: xiiii diebus. Quod sic intelligen-
dum est. Quinque diebus continuis: celebra-
ta est dedicatio. In vi. vero die que fuit quin-
tadecima mensis, occurrit scenophegia:
que instituta est septem diebus. Qua terminata:
tamen celebrata est dedicatio per duos dies qui
intermissi fuerant, et in die octavo, id est post duos
septenarios dimisit rex populum. Vel de-
dicatio continuis vii diebus facta est, et post septi-
madecima die inchoata est scenophe-
gia: et terminata in vicesima tertia. Et in
octava scenophegie: post collectam dimi-
sit populum. Et apparuit dominus secundo salomo-
ni per somnium: dicens. Exaudivi orationem
tuam. sanctificavi domum hanc, et erunt oculi mei
cunctis diebus super eam, et super te, et super po-
pulum israel: si custodieritis mandata
que proposui vobis. Alioquin auferam vos
de terra quam dedi vobis, et templum hoc proici-
am a conspectu meo: et erit erumne
universe fabule narrantium. De domo saltus.

Factum est autem post fabricam
templi cepit salomon construere
edificium domorum regalium: quod tredecim
annis vix implevit. Non enim tanta
eas a deo fervens erat studium populi: sicut
circa templum. Sed nec ad eas opulentia fu-
erat ei a patre preparata. Fecit autem tres do-

mos. domum. sibi. domum uxori sue fili
e pharaonis: et domum salomonis. De domo
regis: hoc solum dicitur in regum. Domum
suam edificavit salomon tredecim annis:
et ad perfectum usque perduxit. Et paulopost.
Porticum quoque solii in qua etiam tribunal est:
fecit. Et vocavit porticum: ipsam do
mum in qua erat solium et tribunal. Est
autem solium regis: tribunal iudicis. Et erat
in eadem domuncula in qua sedebat ad
iudicandum: id est in qua cum assessoribus tra
ctabat de sententia. De huius domus compo
sitione: tacet liber regum. Forte: quia eadem e
rat que et in domo salomonis. quam plenius descri
bit. De domo regine dicitur in regum. quod
eam tali opere fecit: qualem et domum regiam.

Porro domus salomonis duplex erat: et ex
duplici materia. Pars inferior erat la
pidea et dicebatur nechota. id est pigmentaria.
in qua reponebantur aromata et pigmen
ta. ad usus templi et domus regie. ut exhibi
tio ture et murra diu vigerent quasi recentia.
Superior pars domus lignea erat: de lig
nis libani facta. Unde et dicta est domus salomonis. vel
domus libani. vel domus saltus libani. Quidam tamen
putant eam ob hoc sic vocatam. quia circumquaque
consita erat arboribus et viridariis mi
re recreationis. iuxta densitatem saltus li
bani. In ea reponebantur arma: ut bene
ficio lignorum rubiginem non sentirent. Nec
solum arma ad pugnandum: sed etiam
ad decorem et ostentationem regum fastus.
Fecit enim rex salomon cc. scuta aurea. Sex
centi sicli erant: in unoquoque scuto.
In paralipomenon additur: de tonide lance
is aureis. Fecit et ccc. peltas aureas. quarum
quedam rotunde erant: alie instar se
micicli facte. His utebantur custodes regis:
ante ostium domus excubantes. Et cum rex
egrediebatur. precedebant eum equitantes: et
ferentes huiusmodi arma iuvenes flavi. et
usque in equorum sessionem diffundentes
cesariem: comis suis adicientes auri
tincturam. ut eorum capita sole percussa
radiarent. Hos sequebatur rex vectus in cur
ru. et ad locum quendam solitus erat exire. qui
ab ierosolimis aberat duobus miliaribus: et di
cebatur ortus eden. id est deliciarum. Porro pars
illa superior. que dicebatur domus salomonis. habe
bat longitudinem. c. cubitorum. et in lati
tudine. l. et in altitudine. xxx. cuius ca
mera tota vestiebatur tabulatis cedri
nis. Sustentabatur vero tribus ordinibus colum
narum. Unusquisque ordo: habebat colum
nas. xv. e regione se respicientes. et pa
ri intervallo a se distantes. et ita inter muros et
tres ordines columnarum: erant. iiii. deam
bulatoria. Pro foribus autem domus. fecit por
ticum columnarum: l. cubitorum longi
tudinis. et xxx. latitudinis. De compo
sitione inferioris partis domus lapidee:
tacet liber regum. forte quia eadem compositio
nis erat: cuius et superior. De basilica.

E regione et domo regine.

E stabat regia domus gaudii in media
cente viridario. eiusdem longitudinis.
latitudinis et altitudinis: et similiter intus
columnata. Verumptamen simplex erat:
et unius mansionis. Muri eius altitu
do. iiii. habebat distinctiones: quarum
tres diversis variabantur coloribus. Quar
ta vero superior: celaturis erat orna
ta. Erant ibi arbores sculpte diversi
generis. foliis et pomis obumbrate: ita
ut propter miraculum subtilitatis agita
ri quodam motu putarentur. In medio
eiusdem amplitudinis. erat domuncula
habens latitudinem. xxx. cubitorum. et in

ea erat solum ualidis columnis extensum:
in quo sedens rex iudicia pferebat. In po
stiori fronte domus laquearia et parietes ue
stiti erant auro. Ite fecit rex thronum de
ebore grandem et uestiuit eum auro: cui as
census facilis erat. p .vi. grad et de mar
more porphirio fcs. Duodecim leunculi sta
bant sup .vi. grad: hinc et inde. Reclina
tio throni posterior: rotunda erat. sedens
sup uitulum. respicientem et due manus
hinc atque inde tenebant eum et duo leones
stabant iuxta manus singulas. Non fu
it tale opus in uniuersis regnis. Fecit et cir
ca domum reliqua habitacula et sedilia. ubi p
causas explicitas residebant: strata omnia
marmore et tabulis cedrinis. Fecit do
mum regine in latere descendentem: mar
more. cedro. auro et argento opulentis
sime decoratam. Fecit et utensilia utriusque
domus pclara. nectare et uasa quecumque sunt
epulis oportuna: omnia ex auro fecit.

Perfecit itaque salomon .xx. annis tem
plum et domos regias. cum omni suppel
lectili sua. yram rege tyri pbente sibi tu
auxilium: in lignis et auro. **De oppidis da**

Tunc dedit salomon **tis yram.**
yram .xx. oppida in terra galilee:
in sorte neptalim maritima. Sed non pla
cuerunt regi tyrio: licet a tyro non paul
ecent posita. Et appellauit ea terram ca
bul: quod lingua phenicum sonat dis
plicere. Et tunc primum terra illa uoca
ta est galilea gentium: non quod ibi gens habi
taret: sed quia in ditione regis gentilis e
rat. Refert iosephus menandrum phe
nicem historiographum scripsisse. quod salo
mon et yram mutuo sibi scripserunt
enigmata et figuras: que qui non solue
ret. certam daret alteri pensionem.

Cumque artaretur yram in solutione. con
sulebat tyrium iuuenem abdimum:
abdomonis filium. Qui omnia de facili
explicabat. **De operibus salomonis.**

Porro conuertit animum salomon ad
muros ciuitatis construendos:
quos miro robore amplauit. Viasque
regias que ierosolimam ducerent: nigro
lapide strauit. In pluribus uero locis: rui
nas ciuitatum reparauit. Sed et nouas
ciuitates: p oportunitate locorum fun
dauit. quasdam ad usus cauma estiuum.
quasdam et ueris et autumpni mutabi
litatem. In timinis uero terre edificauit
urbes tabernaculorum. Immo ultra fines
terre promissionis. plurimas urbes occu
pauit. socero suo pharaone rege egip
ti. pbente ei auxilium: qui ut ait iose. ulti
mus regum egipti dictus est pharao. quod inter
pretatur regnans. Qui cum admiraretur
opera salomonis: precipue laudabat do
mum salomonis et sacrificia et frequentiam le
uitarum circa ea. Porro de filiis israel nul
lum fecit salomon seruum: sed erant ui
ri bellatores et ministri eius. et quibus erant
sup omnia opera salomonis prepositi: quin
genti quinquaginta. Chananeos
autem de monte libani usque ad ciuitatem
amathi: fecit ibi seruos tributarios. Clas
sem quoque fecit rex salomon in insula quo
dam egiptiaca rubri maris que dicitur
asyongabel: et nauigabant cum ser
uis salomonis uiri nautici de tyro que
tunc insula erat. Et deferebant de op
phir aurum multum: et circueuntes in
diam et libiam. post elapsum triennium re
ferebant salomoni aurum quadringen
torum uiginti talentorum et argentum.
et dentes elephantorum et simias et pauos.

quasdam et hiemis in tempore

et gemmas. et ligna thimina multa nimis. que erant similia lignis sethim. et odorifera de quibus fecit rex fulcra et sedilia domus domini et domus regie. et cytharas et lyras cantoribus. Has cynaras et nabla et electro construxit. Quia nullius precii erat argentum in diebus eius. Nam et sedilia pro fontibus domorum plurima in ierusalem argentea erant. Sed et ligna cedrina que sichomori ligna habundabant in ea.

De regina Saba.

Auditam incredibilem opinionem regina sabba excitata venit temptare eum in enigmatibus. Et ingressa est ierusalem cum comitatu multo et divitiis inestimabilibus. Est autem saba cognomen regionis. sed hic est civitas regalis ethiopie. Huius nominis significationes apud hebreos distinguuntur per apices litterarum sin et samech. Herodotus dicit post mineum qui memphim condidit fuisse reges egipti dictos pharones. quod sonat regnantes. quibus successit nicaula regina egipti et ethiopie quam putat iosephus venisse ad salomonem. Locuta est universa que habebat in corde suo. Nec fuit sermo qui regem lateret. sed docuit eam in omnibus his que proposuerat. Et ammirans non habebat ultra spiritum. dicens famam regis minorem esse veritate. Verumtamen tria precipue ammirabatur. domum salomonis. etiam supra templi fabricam. ordinem quoque et frequentiam ministrantium in templo. Tertio vero ordinem et distinctionem servientium regi in mensa. Nam et pincerne simili cultu et distinctione ab aliis ornabantur. Similiter et panum latores et dapiferi. ut in tanta multitudine ministrorum nullus dubitaret quis cuius rei ministerio fungeretur. Dedit autem regi munera. cxx. talenta auri. et gemmas preciosas et aromata. quanta et qualia non fuerant visa in ierusalem. Dicit etiam iosephus eam dedisse regi radicem balsami. unde propagate sunt in engaddi vinee balsamite. Cui etiam salomon multa redonavit. nichil quoque fuit quod postulanti non preberet. Que regina gratis suscipiens ad propria remeavit. Tradunt quidam eam recepisse salomoni quod presentialiter ei dicere timuit. se vidisse scilicet quoddam lignum in domo saltus in quo suspendendus erat quidam per cuius mortem regnum iudeorum periret et ideo [?] indicium illud regi indicavit. Quod timens salomon in profundissimis terre visceribus occultavit illud. Sed quoniam circa tempora christi in probatica piscina superenatavit. inditium est et creditur hoc lignum fuisse crucis dominice.

Regina saba venit ad salomonem.

De adversariis salomonis et morte eius.

Procedente vero tempore amavit rex salomon mulieres alienigenas preter legem et posuit maculam in gloria sua et scisma in gente suo. Fueruntque ei uxores quasi regine septingente. Iosephus tamen dicit septuaginta. Et concubine trecente. Que averterunt cor eius cum iam senex esset. Et secutus est deos alienos ne delicias suas substraheret. Et edificavit in excelsis circa ierusalem phana ydolorum. unum astarthe dee sydoniorum. que [?] dicitur. secundum chamos ydolo moabitarum. tertium moloch ydolo amonitarum. Cuius phanum statuit in monte oliveti e regione templi. Quod plurimum deo displicuit. Unde et postea locus ille dictus est locus

cxiiii

offensionis. Venit ergo ad eum propheta missus
a deo nathan. vel alius: dicens. Hec dicit
dominus. Quia scidisti pactum meum. scindam
regnum tuum. et dabo illud seruo tuo: non
tamen totum. sed tribum unam preter tribum iuda da
bo filio tuo propter seruum meum dauid. Propter
quem etiam non faciam hoc: in diebus tuis. Porro
cum uixisset salomon in summa pace. cir
ca finem uite suscitauit ei deus aduersari
um adad ydumeum: de semine regio.
Qui in tempestate illa quando deleuit io
ab ydumeos: puer fugit in egip
tum. Cui postea rex egipti dedit ux
orem. sororem uxoris sue: que peperit ei fi
lium genebath. Cumque audisset adad
dauid et ioab mortuos esse. et salomonem
infatuatum: egressus de egipto. infe
stabat israel. Suscitauitque ei deus alium
aduersarium zaron principem latro
num: in damasco. Jeroboam quoque filius
nabath effrateus de sareda. seruiens
salomonis. leuauit manum suam
contra regem: hoc modo. Salomon edificabat
mello. muros a radice uoraginis ex
tollens: ut coequaret eos ciuitati
dauid. Uidensque salomon ieroboam
bone indolis et industrium: statuit e
um prefectum operis. Et deinde constituit e
um super uectigalia uniuerse domus
ioseph. Quadam die dum egrederetur
ieroboam de ierusalem. inuenit eum in uia
achias propheta silonites: opertus pallio no
uo. Quod scidit in .xii. partes: et ait ad
ieroboam. Tolle tibi .x. scissuras. Hec enim
dicit dominus. Dabo tibi .x. tribus et eris rex
super israel: filio autem salomonis dabo
unam. ut remaneat lucerna dauid coram
me in ierusalem. quam elegi ut esset nomen
meum ibi. Quo audito ieroboam:

intumescens suadebat populo. ut rece
deret a salomone. Quamobrem salomon
uoluit eum interficere. Tunc ieroboam fugit
in egiptum ad susac regem egipti: usque
ad mortem salomonis. Reliquum
uerborum salomonis. et omnia que fecit.
scripta sunt in libro uerborum: uel in libro di
erum salomonis. Hunc librum quidam
estimant esse paralipomenon. Sed quia in eo non
scripta sunt reliqua opera salomonis: ue
rius putandum est. hunc librum non superesse. Dor
miuitque salomon cum patribus suis. et se
pultus est in ciuitate dauid: cum regnasset
in ierusalem super omnem israel .xl. annis. Que
ritur autem qua ratione dicatur salomon
senex fuisse: cum modicum ultra .l. an
nos uixisse legatur. Roboam enim mor
tuo patre: .xl. et unius anni erat. quem sa
lomon cum .xi. esset annorum: genuisse
perhibetur. Plenius ergo super hunc locum dicit
iosephus. Mortuus est salomon: ual
de longeuus. Qui regnauit annis octogin
ta: uixit autem nonaginta quatuor. Sed
diuina scriptura eos tantum annos exprimit:
quibus regnauit antequam preuaricaretur.
In diebus salomonis fuit rex sextus la
tinorum. siluius alba: siluius enee filius.

De roboam: et diuisione regni.

Post mortem salomonis. succes
sit ei roboam: et erat mater eius
naama amonites. Porro ieroboam
audita morte salomonis. reuersus est
de egipto: et uenit in sychem ad ro
boam cum omni multitudine israel. que uo
cauerat eum. Cumque uellent roboam consti
tuere regem: dixerunt ad eum. Imminue pau
lulum de graui iugo quod imposuit nobis
pater tuus: et seruiemus tibi. Hec est intelli
gendum de iugo tributi. sed uectigalium

in exspectas. Vnde dixit. Ite et redite ad me
in diem tercium. Interim consuluit senes.
sadoch scilicet et banaiam et ioiadam et
reliquos principes salomonis. Qui dixerunt.
Si hodie audieris eos. lenis eis loquens:
servient tibi in eternum. Post hec consuluit
adolescentes: non etate. tantum scilicet moribus. Qui
dixerunt. Impiose loquere populo et commina-
do: et timentes servient tibi. Et redeunte
populo initium diei: dixit ad eos. Digitus
meus minimus: grossior est humero patris mei.
Pater meus cecidit vos flagellis: ego
cedam vos scorpionibus. quasi diceret. Ego sum
potentior patre: et maiora faciam super
vos. Est autem scorpio virga aculeata. vel
flagellum virgarum nodosum. vel scutica
habens in summitate glandes plumbeas.
Et indignatus populus: ait. Que nobis pars
in david. vel que hereditas in filio ysai. quasi diceret. Que-
que tribus: portionem suam hereditariam habet a
domino. que necessitas est ut ex una eligatur
qui regat alias. Quelibet tribus: regat he-
reditatem suam. Et recesserunt decem tribus ab
eo. Ipse vero misit post eos aduram. qui erat
super tributa: et lapidaverunt eum. Tunc
timens roboam: fugit in ierusalem. Decem
vero tribus: constituerunt ieroboam regem su-
per se. Iudas vero et beniamin: secute sunt ro-
boam. Et fuerunt cum eis levite: propter tem-
plum quod erat in ierusalem. Et tunc separata
est monarchia regni hebreorum in duo
regna: nec amplius rediit ad unita-
tem. Et dictum est regnum decem tribuum
regnum israel: pro multitudine sui. no-
men iacob patris sui sibi reservans.
Dictum est etiam effraim. quia ieroboam
qui de effraim. primus eis imperavit: quasi tunc
primum impleta esset benedictio super
effraim. Alterum vero regnum duorum est reg-
num iuda: ob dignitatem tribus regie.
De utroque regno prosequitur historia. quasi
in intercalari: et incisive nunc de hoc lo-
quitur. nunc de illo. Quod diligens lector de fa-
cili deprehendet.

De roboam et ieroboam et abdo et vitulis.

Porro roboam collegit exercitum
centum octoginta mili-
a electorum: ut pugna-
ret contra israel. Et misit
ad eum dominus semeiam
prophetam: dicentem. Hec dicit dominus. Non
pugnabitis contra fratres vestros. A me enim factum
est verbum hoc. quod de scismate regnorum
intelligendum est. Et quieverunt a prelio.
Ieroboam autem dixit in corde suo. Si ascen-
dit populus iste in ierusalem ter in anno. con-
vertetur cor eius ad dominum suum roboam: et
interficient me. Et excogitato consili-
o. fecit duos vitulos aureos. quas iose-
phus vitulas vocat: et constituit utrumque pha-
num. alterum in dan. alterum in bethel.
Et dixit ad populum. Ecce dii tui israel: qui
eduxerunt te de terra egipti. quasi diceret. Omnis
locus habet deum. Non habetis necesse. ut
ascendatis ad hostium civitatem: ut
ibi queratis deum. feci vobis vitulos equi-
vocos deo: ut in eis adoretis deum. Et con-
stituam ex vobis sacerdotes et ministros: ne
filiis levi egeatis. Cumque immi-
neret scenophegia. constituit eis diem sol-
lempnem in mense octavo: quintadeci-
ma die mensis. forte transtulit festum
de mense septimo: in octavum. Vt lu-
natio septembris: descendat in octo-
brem. Et ascendit cum populo in be-
thel: ad diem festum. Dominus autem
misit prophetam de iuda in bethel:
qui in paralipomenon nominatur abdo. Hic

a quibusdam creditur fuisse gad. Qui rege stante super altare ad immolandum: exclamauit. Altare altare: hec dicit dominus. Nascetur filius domui dauid. iosias nomine: qui comburet super te ossa sacerdotum tuorum eruta de tumulis suis. Et ad populum ait. Dabo uobis signum: quod locutus sit in me dominus. Ecce altare scindetur: et effundetur oblatio que est in eo. Tunc rex extendit manum suam: precipiens eum apprehendi. Et statim aruit manus eius: cum bracchio. Altare quoque scissum est: et effusa sunt que erant in eo. Et timens rex: ait ad prophetam. Ora pro me: ut restituatur manus mea michi. Quo orante: reuersa est manus eius ad eum.

Cumque dixisset ei rex. ueni ut prandeas mecum: et dabo tibi munera: respondit. Non possum. Sic enim precepit michi dominus. Non comedes panem. neque bibes aquam: neque reuerteris per uiam qua incedis. Egressus itaque de bethel: reuertebatur in ierusalem per aliam uiam. Erat autem in bethel propheta quidam senex: et iacens in lecto. Cui cum indicassent filii sui que uiderant et audierant: dixit eis. Sternite michi asinum. Et ascendens abiit post uirum dei: et ait ad eum. Redi mecum: ut comedas. Qui respondit. Non possum: quia prohibuit dominus. At ille. Propheta sum sicut et tu: et dixit dominus michi. Reduc eum tecum: ut comedat. Et ita seduxit eum: et reduxit. Cumque sederent ad mensam: factus est sermo domini ad prophetam qui reduxerat eum. Et ait in spiritu. Quia non custodisti mandatum domini: non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Et nota quod per iniustum. iuste locutus est spiritus: ut ex eodem ore propheta penam acciperet. unde et culpam acceperat.

Cumque rediret uir dei post prandium: occidit eum leo in uia. Asinus autem stabat iuxta illum: et leo custodiebat cadauer: nec asinum tangens. nec illud. Quod cum accepisset ille senex propheta. retulit cadauer eius: et posuit illud in sepulcro suo. dicens filiis suis. Cum mortuus fuero. ponite ossa mea. iuxta ossa eius. ut parcatur ossibus meis per eo: quia fiet uerbum domini de crematione ossium super altare. Ieroboam autem: non est reuersus a uia sua pessima. Nam senex ille propheta persuadebat ei. non fuisse uerum prophetam. quem dominus occiderat: et dexteram ipsius pre labore sacrificandi obstupuisse: et cum requieuisset ad naturam propriam remeasse. Altare uero pre onus impositorum: ruptum fuisse aiebat. De morte ieroboam.

In diebus illis egrotauit abia filius ieroboam. Et ait rex: uxori sue. Commuta habitum tuum ne cognoscaris uxor mea: et uade in sylo ad achiam prophetam: qui michi quondam locutus est de regno. Ipse indicabit tibi: quod euenturum sit puero huic. Et ascendit mulier ad achiam. Qui uidere non poterat pre senectute: sed preinstructus a domino. ait. Ingredere uxor ieroboam. Quare te aliam simulas? Vade: et dic ieroboam. Hec dicit dominus. Exaltaui te: de medio populi. Tu autem proiecisti me post tergum tuum: et fecisti tibi deos alienos et conflatiles. Et ego percutiam de ieroboam mingentem ad parietem et clausum. id est incarceratum. et nouissimum in israel: id est delebo de domo eius etiam uilissima. que pre sui uilitate neglegenda putantur: et dabo cadauera eorum

canibus et feris. Tu autem revertere et in introitu tuo morietur puer: qui solus de domo ieroboam inferetur in sepulcro. Et rediit mulier in tersa. Et mortuus est puer: et sepelierunt eum. Reliqua ieroboam: scripta sunt in libro verborum dierum regum israel. Et mortuus est ieroboam: cum regnasset viginti et duobus annis.

De morte roboam.

Porro roboam regnavit in iuda. Quadraginta et unius anni erat cum regnare cepisset: et decem et septem annis regnavit in ierusalem. Sed et iudas peccavit coram domino et fecit sibi aras. statuas et lucos super excelsa. Sed et effeminati fuerunt in terra, id est cultores cybeles. eviratis natura vel actu: sicut legitur de ierophantis. Offensusque dominus suscitavit contra iudam susac regem egipti: anno quinto regni roboam. Qui ingrediens ierusalem pactis precedentibus federa non servavit. sed diripuit thesauros domus domini et domus regie. Scuta quoque aurea que fecerat salomon: pro quibus rex roboam fecit scuta erea. Habuit autem roboam uxores decem et octo: concubinas vero triginta. Et nati sunt ei filii viginti octo. filie vero lx. Reliqua roboam: scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda. Opera eius prima et novissima: scripsit semeias propheta. Et mortuus est roboam: et sepultus in civitate david. Et regnavit pro eo: filius eius abia.

In diebus roboam. septimus rex latinorum fuit silvius athis: sive silvius egiptus.

Refert herodotus. susac regem egipti multas gentes sibi subiugasse: et quasdam sine prelio cepisse. In subsannationem quarum: in statuis earum que triumphanti preferebantur. genitalia mulierum insculpsit. Refert quoque: ethiopas et phenices ab egiptiis didicisse circumcisionem.

De abia.

Igitur in octavodecimo anno regni ieroboam: regnavit abia super iudam tribus annis in ierusalem. Nomen matris eius maacha: filia thamar filie absalon. Et ambulavit in omnibus peccatis patris sui. Et bellum est plurimum inter ieroboam et abiam: in loco qui vocatur mons amorreorum. Et habuit abias contra spem victoriam inestimabilem. Et mortuus est abia: et sepelierunt eum in civitate david. Et regnavit asa filius eius pro eo. In anno vicesimo ieroboam. regnavit asa super iudam: et quadraginta et uno anno regnavit in ierusalem. Nomen matris eius, id est avie: maacha. Et nota quod roboam et ieroboam dicuntur conregnasse xvii. annis. Et postea abia conregnavit ieroboam tribus annis et sic impleti sunt viginti anni ieroboam. Non ergo in vicesimo anno ieroboam cepit regnare asa. ut dictum est: sed potius ut in vicesimo primo: quod sinedochice dictum est. Dicitur enim abia regnasse tribus annis: eo quod regnavit duobus annis et in parte quadam tercii. Et in reliqua parte eiusdem tercii anni. cepit regnare filius eius asa: id est in xxi. anno regni ieroboam. Huiusmodi contrarietates sepe occurrent in sequentibus. Quarum quedam determinantur per sinedochen. et quia congregaverunt quandoque filii patribus: ut predictum. Que vero determinari non possunt: vicio scriptorum ascribuntur.

De asa et regibus israel nadab. basa et hela.

Igit̃ asa fecit rectum coram dn̄o. sic̃ dd̄
pater eius: ⁊ abstulit effeminatos de
t̃ra. ⁊ sordes ydoloꝝ. ⁊ maacham m̃trem
suā amouit. ne ēēt p̃nceps in sac̃s papi:
⁊ subũtit specū eius. ⁊ simulac̃r turpe
ↄbussit in torrente cedron. Excelsa tñ ñ
abstulit. Porro nadab fili⁹ ieroboā reg-
nauit sup isrł: anno scd̃o asa. regis iu-
da. Hic patet q̃ ieroboā in p̃ncipio.
xxii. anni regni sui mortuus ē. Hic
erit anni⁹: scd̃s fuit regni asa. Et reg-
nauit sup isrł. duob; annis: i. uno
anno. ⁊ aliqua parte alti⁹ anni. Nā
pars anni uocat̃ annus p sinedocen.
Sicut in euangelio dr̃ xp̃c p̃dicasse
trib; annis ⁊ dimidio: ũ pars dimidiũ
anni. uocat̃ dimidi⁹ annus. Sepe
etiā fit ēēt. ut tota sūma temporis.
noīe partis uocet̃ p synedocen: ut
ibi. Noe cum q̃ngentoꝝ ēēt annoꝝ
genuit sem: cum tñ ēēt noe q̃ngẽ-
toꝝ et duoꝝ annoꝝ. H̃ duplex sine
doche plurimum occurrit in seq̃ntib;:
s; hic dicta sufficiat. Nadab ũ am-
bulauit in uiis p̃ris sui: q̃b; pecca-
re fec̃ isrł. Q̃ cum obsideret iebeto.
urbem philistinoꝝ: insidiat⁹ ē ei
baasa. ⁊ regnauit p eo. anno t̃tio
asa regis iuda. ⁊ p cussit omnē do-
mum ieroboā. iuxta ũbū achie
sylonitis. Et regnauit in tersa.
xxiiii. annis: non tñ completis.
Et erat bellum inter asa ⁊ baasa:
cunctis dieb; eoꝝ. Porro asa xv.
anno regni sui p cussit zariā regẽ
ethiopie plaga g̃ndi: qui irrue-
rat in t̃ram iuda. Et redeunti a-
sa de uictoria. occurrit azarias
p̃pha: dicens uictoriā sibi a deo ↄ-

cessam. q̃a legitima ei⁹ seruabat. Tc̃
sc̃psit asa in omnē p uinciā: ut om̃s
legitima diligenter seruarent. Baa-
sa uero rex isrł peccauit corā dn̄o: am-
bulans in uiis ieroboā ⁊ ult̃. Et ue-
nit ad eū iheu p̃pha. fili⁹ anani: di-
cens. H̃ dicit dn̄s. Exaltaui te de pul-
ue. Tu aũ ambulasti in uiis ieroboā:
et in multis peccare fecisti populum
meū. ⁊ ideo demetā posteriora tua. ⁊
faciam domū tuam sic̃ domū iero-
boam. Plus tñ ñ quieuit baasa: s;
ascendit in iudam. ⁊ edificauit ra-
ma xl. stadiis a ierłm. Cumq; uideret
asa rex iuda se artatū: tollens au-
rum ⁊ argentū de domo dn̄i ⁊ do-
mo regia. misit illđ p seruos suos
ad benadab regem syrie. in damas-
co: dicens. Fed⁹ fuit int̃ p̃rem meū.
⁊ p̃rem tuum: et int̃ me ⁊ te. Peto
ut irritū facias fed⁹ q̃d h̃s cū baasa:
ut recedat a me. Et adquiescens be-
nadab misit exercitū in ciuitates
isrł. Q̃d audiens baasa. intermisit
edificare rama: ⁊ reũsus ē in thersa.
Rex aũ asa: misit in omnē iudam:
dicens. Nemo sit excusat⁹. Et tule-
runt lapides ⁊ ligna de rama. Et
muniuit de eisdem rex asa. gaba-
a ⁊ maspha. Et uenit ad eū hieu
p̃pha. ut ut quidā uolunt anani
pater hieu: arguens eū q̃d relicto
dn̄o spem posuerat in regẽ syrie.
Et misit eum rex in neruum. Prop-
ter q̃d: in t̃pore senectutis sue dolu-
it pedes. Et mortuus ē ⁊ sepult⁹ in ci-
uitate dd̄. Et regnauit iosaphat:
filius ei⁹ p eo. Incidentia.
Sub asa fuit octauius rex latino-

rum: filiuus capis. Verumptn̄ eo ad
huc uiuēte. descendit sedm̄ q̄sdam
hieu pp̄ha ad baasa regē isrl arguendū:
7 occidit eū baasa. Mortuus ē g̃ baasa:
7 sepult᷒ in thersa. Occisus aū ut dicit
iose: a creone 7 militone suo. Et regna
uit p eo in thersa fili᷒ ei᷒ hela: anno xx.
vi. asa regis iuda. Et regnauit sup
isrl duob; annis: i. anno 7 parte an
ni. Q̃ dum recūberet in domo arsa p̄
fecti sui: pcussit eū temulentū zam
ri seruus ei᷒. dux medie partis exc̄tū.
P cussit q; omnē domū baasa: iuxta
uerbum hieu pp̄he. De zamri 7 amri.

Anno xxvii. asa
regis iuda. regnauī zam
ri in thersa: vii. dieb; .
Porro exercit᷒ isrl obside
bat iebeton. Q̃ cum au
disset zamri occidisse regem. cstitu
it sibi regem. amri q̃ erat princeps
milicie in castris: anno xx. vii. asa.
Ascendit g̃ amri 7 omīs isrl cum eo:
7 obsidebat thersa. Timens aū zārī.
fugit in domū regiā: 7 incendit se
cum ea. Tc diuisus ē pp̄ls isrl. Medi
a pars sequebat̃ thecni: 7 media pars
amri. Et durauit h̄ contentio: iiii.
annis 7 plus. Tn̄ amri iā q̃i regna
bat. 7 p̄ualuit amri: 7 interfectus ē theb.

Anno .xxx.i. asa regis iuda. sini.
regnauit amri plene sup isrl:
7 xii. annis regnauit. a p̄ma electio
ne sua. In thersa regnauit vi. an
nis: 7 emit a somer duob; talentis
argenti partē montis. in qua erat
ciuitas mareon: 7 reparauit eā 7 im
posuit nom̄ somareon. q̃i a somer.
7 mareon: q̃ gtc dr̄ samaria 7 in
ea posuit sedem regni. que p̄us fuerat
in thersa. Et fecit amri malum coram
dn̄o. sup om̄s qui fuer̃t ante eū: 7 mor
tuus ē 7 sepultus in samaria. Et regna
uit achab filius ei᷒ p eo: anno xxxviii.
asa regis iuda. Hic forte patet: uiciū
sc̄ptoris. Regnauit enī amri pat̃ achab
xii. annis ut dc̄m ē: et cepit regnare
anno xxxi. asa. qui regnau̅ xl. 7 uno
anno: 7 ita asa mortuus ē. adhuc am
ri uiuente. Vm̄ ē autē q̃d dicit iose.
q̃d iam regnante iosaphat filio asa.
cepit regnare achab. Tam̄ determinati
onem q̃ hic fieri solet: in fine regū po
nemus. De achab 7 iezabel 7 helia.

Et regnauit achab sup
isrl: xx. 7 duob; annis. Tn̄ iose.
dicit: xx. annis 7 duob; m̄sib; . Nec
suffecit achab ut ambularet in uiis
ieroboam. s; introduxit ydola genti
um in isrl 7 duxit uxorē iezabel filiā
methabal regis sydonior: 7 edificau̅
in samaria phanū 7 altare baal. 7
adorauit eum. In dieb; ei᷒ reedificau̅
ahiel de bethel iericho. Cūq; poneret
fundam̄ta ei᷒: mortuus ē abirā p̄mo
genitus ei᷒. Cūq; portas muniret.
mortuus ē segub nouissim᷒ filius ei᷒:
iuxta imp̄cationē iosue. Et misit
dn̄s heliam thesbiten de habitatori
b; galaad: ad achab. Q̃ ait ad regē.
Viuit dn̄s d̄s isrl. in cuius cspectu
sto. si erit annis his ros 7 pluuia: n̄i
iuxta oris mei u̅ba. Apocopesis ē. ut
ponit̃ si: p n̄. Et q̃rebat achab ani
mā helye. Q̃ fugit ex p̄cepto dn̄i:
7 latuit in torrente carib. q̃ ē cōtra ior
danē. Corui aū deferebant ei panē
7 carnes mane 7 uespe: 7 bibebat de

cxAm

torrente. Post dies autem siccatus est torrens.
Non enim pluerat super terram. Et ait
dominus ad heliam. Vade in sarepta sydo-
niorum. Precepi enim ibi mulieri vidue:
ut pascat te. Et erat sarepta urbs mo-
dica: inter tyrum et sydonem. Sed et silva
iuxta urbem: sarepta dicebatur. Cumque
venisset helias ad portam civitatis. ap-
paruit ei mulier vidua colligens lig-
na. Cumque quesisset ab ea poculum aque:
addidit etiam ut afferret ei buccellam
panis. Que respondit se non habere nisi pugillum
farine in ydria et paululum olei quo
conspersserat eam et panem ex ea facere ut co-
mederet cum filio suo: sed pre deficiente
cibo tabescerent. Ad quam helias ait. No-
li timere. fac primum subcinericium panem.
et filio tuo facies postea. Hec enim dixit
dominus. Hydria farine non deficiet. nec
lechitus olei minuetur: donec pluat super
terram. Fuitque helias apud viduam: tempo-
re aliquo. Post hoc mortuus est filius
mulieris. Et dixit ad heliam. Cur ingres-
sus ad me vir dei. ut memorarentur
iniquitates mee. id est magis apparerent ex
contrario equitatis tue. et ideo interfice-
retur filius meus? Et posuit helias pue-
rum super lectum suum. in cenaculo superi-
ori: et expandit se super eum tribus vicibus.
et clamavit ad dominum et revixit puer.
Quem recipiens mulier: ait. Nunc
cognovi. quoniam vir dei es tu. Hunc pu-
erum tradunt hebrei fuisse ionam prophetam.

De sacerdotibus quos interfecit helias.

Post tercium annum ariditatis et
famis: dixit dominus ad heliam. Va-
de. ostende te achab: ut dem plu-
viam super terram. Erat autem fames ve-
hemens in samaria. Cuius etiam me-
minit menander: in gestis sydoniorum.
Et habebat achab prelatorem domus
sue abdiam: qui cum interficeret iezabel
prophetas domini. abscondit. c. prophetas in du-
abus speluncis quinquagenos et pavit eos
pane et aqua. Propter quod: spiritu prophetie postea
donatus est. Ad quem dixit achab. Descenda-
mus ad convalles: et circuimus pabula equis et
mulis. et diviserunt sibi regiones. Occurrit
autem helias abdie in via: dicens. Vade.
dic domino tuo. Adest elias. At ille. Quid
peccavi? Cum nunciabo achab. adesse eliam.
spiritus domini asportabit te in locum quem ig-
noro. et non inveniens te achab: interficiet
me. Servus autem tuus timet dominum: ab
infantia sua. Et respondit elias. Vi-
vit dominus: quia hodie apparebo achab. Et
vocatus achab per abdiam: occurrit helie. et
ait. Tu ne es ille qui conturbas israel? Qui
respondit. Non ego turbavi. sed tu et domus patris
tui: qui relinquentes dominum. secuti estis ba-
al. Verumptamen congrega ad me omnem israel.
in monte carmeli: et prophetas baal quadrin-
gentos quinquaginta: et prophetas lucorum quadrin-
gentos. qui comedunt de mensa iezabel. Et
congregati sunt populus et prophete: in monte
carmeli. Et ait helias ad populum. Usque
quo claudicatis in duas partes? Si
dominus primus vester est deus: sequimini illum. Si
autem baal: sequimini eum. Non respondit
ei populus: intulit helias. Ego sum hic so-
lus propheta domini: et prophete baal multi. Den-
tur nobis duo boves. Illi eligant bovem
unum. cum frustatim ponant super ligna.
igne non supposito: et ego faciam similiter
de altero bove. Ipsi invocabunt deos su-
os. et ego dominum meum: et qui exaudierit
dando ignem de sublimi. ipse sit deus.
Et placuit populo: propositio helie.

Cumque sacerdotes baal fecissent quod dixerat: invocabant baal a mane usque ad meridiem. et transiliebant altare quod fecerant. et incidebant se iuxta ritum suum lanceolis: ut sanguine perfunderentur. Demones enim plurimum delectantur oblatione sanguinis humani. Illudebat eis helias: dicens. Exaltate clamorem. forte deus vester dormit. aut cum aliquo loquitur. aut in diversorio est. Et dixit helias ad populum. Accedite. Et presente populo curavit altare illorum et mundavit locum. ut ibi faceret altare novum coram domino. Et tulit .xii. lapides. iuxta numerum tribuum israel. et edificavit ex eis altare in nomine domini israel. et fecit aqueductum in circuitu altaris per duo loca. et ligna supposuit et membra bovis. Precepitque afferri aquam forte de mari vicino. et effudit super holocaustum et ligna. et facta est tribus vicibus effusio aque usque ad impletionem aqueductus. ne forte putaretur arte magica de silicibus eum suscitasse ignem. Et clamavit helias ad dominum in auribus populi. Domine deus patrum nostrorum exaudi me hodie: ut discat populus iste. quia tu es dominus deus. Et descendens ignis de sublimi voravit holocaustum. et ligna et lapides: pulverem et aquam que erat in aqueductu lambens. Et adoravit populus: et ait. Dominus ipse est deus. Et mandante helia apprehenderunt omnes prophetas baal. et duxerunt ad torrentem cyson: et interfecit eos ibi helias. Et ait ad achab. Ascende et comede ante descensum pluvie. Et comedente achab: helias ascendit in verticem carmeli: et pronus in terram capite inclinato inter genua orabat. Et ait ad puerum suum. Vide contra mare: si ascendat nubes. Erat enim aer serenissimus. Et ait puer. Non est quicquam. Et misit eum septies. Septima autem vice ascendebat nubecula de mari: excrescens usque ad hominis quantitatem. Et ait helias ad achab. Descende cito in iezrael: ne te occupet pluvia. Et ecce contenebrati sunt celi: et nubes et ventus et pluvia facta est grandis. Festinavit autem achab in iezrael. Et facta est manus domini super heliam: et currebat ante achab. donec intraret urbem. Cumque accepisset iezabel quod fecerat helias prophetis suis. indignata misit nuntios suos ad heliam: dicens. Hec faciant mihi dii et hec addant: nisi cras hac hora posuero animam tuam. sicut posuisti tu animam uniuscuiusque ex illis.

[Margin: domini quod destructum fuerat. et destruxit altare illorum]

De fuga helie et vocatione helisei.

[Margin: Cap. xix]

Audiens helias fugit in bersabee: et dimisit ibi puerum suum ionam ut traditur. et solus intravit in desertum viam unius diei. Et sedens subter unam iuniperum. oravit ut moreretur. dicens se non esse meliorem et digniorem vita patribus. ut illis perditis ipse vivere exoptaret. Et proiciens se obdormivit. Et ecce angelus domini tetigit eum dicens. Surge: comede. Et ecce ad caput eius erat subcinericius panis: et vas aque. Et comedit et bibit et rursum obdormivit. Et suscitavit eum angelus secundo: dicens. Comede. Grandis enim tibi restat via. Iosephus dicit angelum non excitasse eum: sed aliquem. Et comedit helias: et ambulavit in fortitudine cibi illius .xl. diebus et .xl. noctibus. usque ad montem dei oreb. in quo apparuit dominus moysi in rubo. Et mansit ibi helias in spelunca. Et ait dominus ad eum. Quid hic agis helia? Qui

respondit. Zelatus sum pro domino deo exercituum quia dereliquerunt pactum domini filii israel: propter te.
Nam altaria tua destruxerunt. prophetas tu
os occiderunt: et relictus sum ego solus. et que
runt animam meam et aufugi. Et ait dominus
ad eum. Egredere: et transibit dominus coram te. Tri
a tamen prius uisibiliter transierunt: in quibus non tran
siuit dominus. Primo ergo transiuit uentus
fortis. conterens petras: sed non in uento dominus.
Secundo transiuit commotio terre: sed non in ea dominus.
Tertio transiuit ignis: sed nec in igne dominus.
Quarto transiuit sibilus aure tenuis. et
cum eo dominus. Et operuit helias uultum su
um pallio: et stetit in ostio spelunce: et
dominus transiens dixit ad eum. Quid hic agis he
lia? Et respondit ei: sicut et supra. Et dominus ad eum.
Reuertere per desertum et uade in damascum.
et in ultionem mei ungens azahel regem super
syriam: et ieu filium namsi regem super israel.
heliseum autem filium saphat de abella:
unges prophetam pro te. Et isti tres interfici
ent ydolatras de israel. alios azael: alios ie
u: alios heliseus. et relinquam mihi in israel. vii.
milia uirorum. quorum genua non sunt curua
ta ante baal. nec osculati sunt manum ei. Et no
ta quod helias non aliquem unxit azael. nisi quod
predixit per heliseum eum regem futurum. Ie
u uero: nec ipse. nec heliseus inunxerunt:
sed unus prophetarum missus ab heliseo. He
liseum uero non unxit: nisi quod pallium suum
posuit super eum. Non enim in lege un
gebantur: nisi rex et sacerdos.

Profectus ergo helias inuenit. xii.
uiros arantes in. xii. iugis bo
um: quorum unus erat heliseus. Et po
suit helias pallium suum: super eum. Et con
tinuo prophetauit heliseus: ut ait iosephus.
Et currens post heliam: ait. Osculer oro
te patrem meum et matrem meam: et sequar te.
Et reuersus mactauit par boum et coxit
illud in lignis aratri: et dedit escas con
tribulibus. Et surgens secutus est heliam: et mi
nistrabat ei. De prima obsidione sa

Porro benadab rex marie.
syrie. obsidebat samariam: habens se
cum. xxxii. reges. Et misit ad achab in
samaria: dicens. Sinis ut recedam a te:
cras hac eadem hora mittam seruos meos. et
omne quod placuerit eis tollent de domo
tua. et domibus seruorum tuorum. et uxores. et
liberos. Et iniit achab consilium cum senio
ribus. Qui dixerunt. Non adquiescas illi.
Et respondit achab nuntiis benadab.
Dicite domino meo. Omnia que misisti
in initio faciam. id est facere possum: hanc autem
rem facere non possum. scilicet de uxoribus et liberis. Et
indignatus benadab: remisit ad eum dicens. Hec
faciant mihi dii. et hec addant: si sufficie
rit puluis samarie pugillis omnis populi
mei qui sequitur me. Samaria habe
bat in circuitu terram: pene muris equa
lem. Et est sensus. Tanta mecum est mul
titudo. ut si singuli lapidem unum uel sin
gulum cespitem comportauerint. tamen ex
truerent aggerem. qui equabitur muris sa
marie. et terre intus posite. et ita ex equo
pugnabamus nobiscum. Et respondit: rex
israel. Dicite ei. Non glorietur accinctus: eque
ut discinctus. Et est sensus. Adhuc es accinc
tus armis: et res est in pendulo. Non
ergo glorieris. quasi iam uictor sis: et discinctus
armis depositis. quasi dicat. Non potest sic
gloriari preliator: sicut uictor. Vel secundum
aliam litteram. Non glorietur accinctus: atque
discinctus. quasi dicat. ante uictoriam non potest
gloriari accinctus multitudine. nec dis
cinctus. id est carens multitudine: quia
sepe pauci uincunt multos. Porro
benadab cum regibus suis bibebat in

umbraculis. et ait servis suis. Circumdate
civitatem. Cumque expugnarent eam: timu
it achab nimis. Et ecce unus propheta confor
tavit eum: micheas ut quidam tradunt.
et ait. Hec dicit dominus. Ego tradam omnem
hanc multitudinem. in manu tua ho
die: ut scias quia ego sum dominus. Et ait a
chab. Per quem? Qui respondit. Per pedissequos
principum provinciarum. Et ait achab. Quis
erit dux eorum? Qui respondit. Tu. Et inve
nit achab filios principum ducentos
et triginta duos: et egressus est cum eis.
Cumque nunciatum esset benadab
quod egressi essent de samaria: misit in
occursum eorum viros. dicens. Sive
ad pacem sive ad bellum venerint: ap
prehendite eos vivos. Filii vero principum
percusserunt eos: unusquisque virum qui contra
se veniebat. Et fugit exercitus syrorum.
Et egressus israel percussit equos et currus et
syriam: plaga magna. Tunc accessit propheta
ad achab: dicens. Confortavit te dominus:
vide quid facias etc. Sequenti anno:
rex syrie ascendet contra te. etc. Necesse
se esse: ut habeas dominum propicium. Tunc dix
erunt servi benadab: ad eum. Dii mon
tium sunt dii eorum: et pugnavimus cum eis
in montibus: et ideo vicerunt nos. Pug
nemus contra in campestribus. ubi dii eorum
nichil possint: et optinebimus eos. Tu autem
fac verbum hoc. Amove ab exercitu
reges. quia inertes sunt: et pone principes pro
eis: et instaura numerum pugnatorum
quos ante habuisti.

De victoria achab.

Igitur post annum venit
benadab cum exercitu in affech: que est
in campestribus. Porro filii israel castra
metati sunt contra eos: quasi duo parvi gre
ges caprarum. Syri autem repleverunt ter
ram. et dixit unus vir dei: ad achab. Quia
dixerunt syri. montium est dominus: et non val
lium: tradam eos in manu tua. Et di
rexerunt acies ex adverso: septem diebus. Sep
tima autem die. percussi sunt de syris. c. milia
a peditum: et reliqui fugerunt in affech.
Et cecidit murus: super eos qui rema
serant. Benadab autem fugiens in
civitatem: latuit in cubiculo. quod e
rat intra cubiculum. Servi autem eius ti
mentes. ne superveniret achab: et ne
mini pateret et scientes reges israel cle
mentes. accinxerunt lumbos suos saccis:
et ponentes funiculos in capitibus vene
runt in occursum achab. dicentes. Ser
vus tuus benadab: dicit. Vivat o
ro te anima mea. etc. Quamcumque mul
ctam imposueris: suscipiam eam pro anima
mea. Qui respondit. Si adhuc vivit: fra
ter meus est et faciam cum eo sic. Quod rapien
tes verbum ex ore eius quasi pro omine: festi
nantes adduxerunt benadab ad eum.
Et levavit eum achab secum: in curru
suo. Et dixit ad eum benadab. Civita
tes quas tulit pater meus a patre tuo: red
dam tibi. Fac tibi plateas in damasco. i.
forum rerum venalium: sicut fecit pater meus
in samaria. Cumque federati essent:
recesserunt ad propria. Tunc micheas dixit ad
socium suum: in spiritu. Percute me. At
ille noluit. Cui ait. Quia non audisti
vocem domini: cum recedes a me. percutiet
te leo. Quod factum est. Inveniensque alterum
virum: dixit ad eum. Percute me: in capi
te. Qui vulneravit eum. Tunc propheta muta
to vultu aspersione pulveris et sangui
nis. clamavit ad regem in via. Cum
essem in prelio. adduxit vir unus cap
tivum suum ad me: dicens. Custodi

istum. Qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius. i. eris in seruus pro eo: aut talentum argenti appendes. Cum autem ego turbatus me huc atque illuc: subito non comparuit. Et ait rex. Judicium tuum est quod ipse decreuisti. At ille statim necesse est faciat ei. Et lota facie agnitus est propheta a rege: et ait. Hec dicit dominus. Quia dimisisti uirum blasphemum dignum morte. erit anima tua pro anima eius. i. ipse te interficiet. Et iratus rex: iussit eum clausum custodiri. Et uenit in samariam. De uinea naboth.

Porro naboth iezrahelites habebat uineam iuxta palatium regis. Et dixit ad eum rex. Da mihi uineam tuam. ut faciam in ea ortum olerum: daboque tibi pro ea uineam meliorem uel precium. Qui respondit. Propicius sit mihi dominus: ne dem hereditatem patrum meorum tibi. q. d. Non possum. Hereditas relicta est mihi a patribus: ut relinquam eam posteris. Et contristatus rex proiecit se in lectum: et nolebat comedere. Et confortauit eum iezabel: dicens. Equo animo esto. Ego dabo tibi uineam naboth. Et scripsit secreto litteras ex nomine achab: et anulo eius signatas: et ad iudices iezrael misit ut conuentum facerent: et ieiunarent. tanquam de iudicium facturi: et submitterent testes aduersus naboth. qui dicerent. benedixit naboth deum et regem. i. maledixit: secundum ydioma hebreorum: et iudicatum reum maiestatis lapidarent. Et factum est ita. Et lapidatus est naboth: extra ciuitatem iezrael. Cum ergo accepisset achab de morte naboth: descendebat in uineam. ut possideret eam. Et occurrit ei helias thesbites: dicens. Hec dicit dominus. Occidisti: insuper et possedisti. Hebraice habet. Occidisti et pret het hereditabis: In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem naboth. lambent et tuum sanguinem: i. in eadem regione. Non enim intelligendum est in eodem loco: singulariter. Qui respondit. Num inuenisti me inimicum tibi: i. quare inimicatus es mihi. Et ait helias. Eo quod uenundatus sis diabolo: ut faceres malum coram domino. Propterea dominus demetet posteriora tua: et dabit domum tuam. sicut domum ieroboam. et baasa. Sed et de iezabel dicit dominus. Canes comedent iezabel: in agro iezrahel. Achab ergo timens ualde. scidit uestem suam: et operuit se cilicio: et dormiuit in sacco: et ambulauit demisso capite. Et ait dominus ad heliam. Quia humiliatus est achab coram me. non inducam malum hoc in diebus eius: sed in diebus filii sui. forte dimissum est ei peccatum: propter presentem iusticiam. Transierunt ergo tres anni sine bello. inter syriam et israel: propter fedus quod inierant. De morte achab.

Anno autem iosaphat rex iuda accepit uxorem filio suo ioram. athaliam filiam achab: et iezabel: et per affinitatem federati sunt rex iuda et rex israel. Et descendit iosaphat ad regem israel uidendum: et eo presente dixit achab seruis suis. Ignoratis quod ramoth que est in galaad. Cur negligimus eam tollere de manu regis syrie? Et ait ad iosaphat. Uenies mecum ad preliandum in ramoth galaad? Qui respondit. Sicut ego. ita et tu. populus meus: populus tuus. Sed queramus obsecro hodie: sermonem domini. Et ascita sunt prophete circiter quadringenti. Quibus rex ait. Ito in ramoth galaad ad pugnandum. an quiescam? Qui dixerunt. Ascende: et dominus dabit eam in manu regis. Et ait

iosaphat. Non est hic propheta domini? Cui
achat. Remansit unus. Micheas
filius Hiemla: sed odi eum quia non prophetat
in bonum. Putabat reliquos occisos
a Iezabel. Tunc petente io-saphat:
vocatus est Micheas. Et hortabatur eum nun-
tius. ut bona regi diceret: sicut et alii. Qui respon-
dit. Vivit dominus: quia quodcumque dixerit mihi
dominus. hoc loquar. Porro inter pseudo prophetas
erat Sedechias propheta ferens cornua ferre-
a: et dicens ad Achab. Hoc dicit dominus. His
ventilabis Syriam donec deleas eam: id est hoc
signum do tibi. quia ventilabis Syriam. Tunc que-
sivit Achab a Michea: idipsum quod quesi-
erat ab aliis. Qui respondit. Ascende: et tradet
eos dominus in manus regis. Non tamen dixit. quas:
vel cuius regis. Cui Achab. Adiuro te: ut
non loquaris nisi quod verum est in nomine domini. Tunc
Micheas. Vidi Israel dispersum. quasi oves sine
pastore et ait mihi dominus. Non habent isti
dominum: revertantur. Et intelligens Achab quod
predixerat ei se moriturum: dixit ad Iosa-
phat. Vides: quia non prophetat mihi bonum. Tunc
addidit Micheas. Vidi dominum sedentem.
et angelos assistentes ei: bonos a dextris.
malos a sinistris. Et ait. Quis decipiet
Achab. ut ascendat et cadat in Ramoth
Galaad? Hoc enim exigebant merita eius.
Et dixit unus a sinistris. Ego ero spiritus men-
dax: in ore prophetarum eius. Cui dominus. Deci-
pies: et prevalebis. Tunc Sedechias percussit
Micheam in maxillam: et ait. Me ne
dimisit spiritus domini et locutus est tibi? Cui Mi-
cheas. Videbis eis. quando absconderis in cubi-
culo: tanquam deprehensus in mendaci-
o. Et vidit Sedechias regem dubitantem:
et confortavit eum secreto dicens. Hic si esset
propheta: aruisset manus mea. sicut manus
Ieroboam. Sed et locutus est contra Heliam: qui predixe-

te montem. ubi mortuus est Naboth. Tunc
rex precepit incarcerari Micheam: usque
ad reditum suum. De morte Achab et sepultura eius.

Ascenderunt ergo duo reges cum exerci-
tu in Ramoth Galaad: et Iosaphat
erat in stola regali. Cum Achab defensus:
erat in habitu militari. vel ne cognos-
ceretur a Syris. Rex autem Syrie preceperat prin-
cipibus belli. ut reliquis non curantes. so-
lius Achab sanguinem quererent: et propter-
ea impetu facto pugnabant contra Iosa-
phat. Qui cum exclamasset. convocans
servos suos. intellexerunt Syri non esse
Achab: et cessaverunt ab eo. Vir unus autem
dirigens sagittam in incertum: percussit
Achab inter pulmonem et stomachum.
Et fluebat sanguis in sinum id est in interi-
ora currus: et per preconem revocatus est exer-
citus a bello. Mortuus est autem Achab.
et delatus in Samariam: et sepultus ibi iux-
ta domum eburneam quam edificaverat.
Et dum lavarent mulierculae cur-
rum et habenas in piscina Samarie.
linxerunt canes sanguinem eius: iuxta ver-
bum Helye. Et regnavit Ochozias fi-
lius eius pro eo. Porro Iosaphat redeunti oc-
currit Hieu filius Anani: arguens quod
impio prebuisset auxilium. De Iosaphat.

Iosaphat vero regnavit in
Ierusalem. Triginta v. annorum erat cum
regnare cepisset: et xxv. annis regna-
vit. Cepit autem regnare anno iiii. A-
chab regis Israel. Sed et hic oritur questio
de collatione: quas omnes per libros regum
separatim discutiemus. Et ambulavit Io-
saphat in viis Asa patris sui. Anno autem ter-
tio regni sui. precepit principibus
et sacerdotibus: ut pagatim per singulas ci-
vitates docerent populum legem Moysi.

Porro Amonite, Moabite et Arabes ir-
ruerunt in Iudam iuxta Engaddi. Et oran-
te Iosaphat in templo, confortavit eum Io-
ziel filius Zacharie propheta, dicens: O Iu-
da et Ierusalem, nolite timere; cras egredie-
mini, et Dominus erit vobiscum. Et egressus per-
cussit hostes et fugavit. Cumque
diriperet Israel castra hostium tribus diebus,
dixit locum illum convallem benedictionis,
et fuit deinceps cor rectum cum Domino.
Sed et reliquias effeminatorum abstulit de
terra. Verumtamen excelsa non abstulit. Et ad-
huc serviebat Edom regi Iuda in tri-
buto. Misit quoque Iosaphat classes in
Ophir propter aurum, que confracte sunt in Asion-
gaber. Hanc confractionem predixerat ei
Eliezer propheta filius Dodau futuram, quia Io-
saphat fecerat fedus cum Ochozia. Et mortu-
us est Iosaphat et sepultus in civitate David,
et regnavit pro eo Ioram filius eius. **Incidentia.**

Sub Iosaphat nonus Latinorum
rex fuit Silvius Carpentus. Decimus
Silvius Tiberinus, a quo fluvius dictus est
Tybris, qui prius Albula dicebatur. Undecimus
Silvius Agrippa. **De Ochozia rege**

Porro Ochozias filius **Israel.**
Achab regnare cepit in Sama-
ria anno xvii Iosaphat, et duobus
annis regnavit, et ambulavit in vi-
a patris et matris sue. Et prevaricatus est
Moab in Israel, id est recessit a tributo eius.
Cecidit Ochozias per cancellum cenaculi
et egrotavit, et misit nuntios qui consule-
rent Beelzebub deum Accaron de
infirmitate sua. Iosephus dicit: Misit
ad deum Accaron Muscam. Et misit Dominus
Heliam in occursum nuntiorum. Qui
ait eis: Numquid non est Deus in Israel, ut ea-
tis ad deum Accaron? Quamobrem non
consurget [illegible] Ochozias, sed morietur. Cumque
redissent [illegible] nuntii ad regem et dicerent
se redisse [illegible] propter huiusmodi prohibitionem,
quesivit [illegible] ab eis de habitu viri qui
apparue[illegible]rat eis. Qui dixerunt: Vir
pilosus est [illegible] et zona pellicea accinctus.
Qui ait: Helias est. Et misit rex quinquagena-
rium cum suis l armatos, ut vocarent
Heliam vel invitum traherent. Et ait quin-
quagenarius Helie sedenti in vertice
montis: Homo Dei, rex precepit ut des-
cendas. Qui respondit: Si homo Dei sum,
descendat ignis de celo et devoret te
et tuos. Et sic factum est. Misit quoque rex a-
lium quinquagenarium cum suis. Qui simili-
ter locutus est, et similia passus. Destina-
vit quoque tertium quinquagenarium, qui creditur
fuisse Abdias. Qui curvatis genua coram
Helia ait: Obsecro ut miserearis anime
mee et servorum meorum. Et ait angelus
ad Heliam: Descende cum eo, ne timeas.
Qui descendit ad regem et ait: Quia misi-
sti ad Beelzebub, quasi non esset Deus in Israel,
morieris. Et mortuus est Ochozias. Et
regnavit Ioram frater eius pro eo anno secundo
Ioram filii Iosaphat. Et tunc equivoci fue-
runt rex Iuda et rex Israel et affines.

Factum est autem cum **De raptu Helie.** 2 reg
levare vellet Dominus Heliam per tur-
binem in celum, venerunt Helias et Heliseus
in Galgala. Et ait Helias ad Heliseum:
Mane hic, quia misit me Dominus in Be-
thel. Qui ait: Vivit Dominus et vivit anima
tua, quia non derelinquam te. Sciebat e-
nim in spiritu eum tollendum esse. Et occur-
rerunt eis filii prophetarum qui erant in Be-
thel, et dixerunt ad Heliseum: Scito. Nos-
ti quia hodie tollet Dominus tuus a te? Qui
respondit: Novi. Silete. Et ait Helias.

Mane hic. Qui noluit. Cumque uenissent iericho: ad ipsum dixerunt heliseo filii prophetarum qui erant ibi. quod et predicti. Et noluit helias ut manerent ibi: sed noluit. Cumque uenirent ambo ad iordanem: et l. de filiis prophetarum a longe spectarentur. inuoluit helias pallium suum et percussit aquas. que: diuise sunt. Et transierunt per siccum. Cumque transissent: dixit helias ad eum. Postula quod uis ut faciam tibi: antequam tollar a te. Qui respondit. Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me. Qui respondit. Rem difficilem postulas. Tamen si uideris me quando tollar: erit. Alioquin: non erit. Spiritum duplicem habuit helias. id est ad duo: ad prophetiam et miracula. Ad eadem duo: fuit in heliseo. Et ita non petiit discipulus: esse supra magistrum. Quidam tamen: distinguunt ita fiat spiritus tuus duplex in me: id est dupliciter in me. Quod ita impletum fuisse: testatur. Nam heliseus uiuens mortuum suscitauit. Sed et mortuus suscitauit mortuum: quod non helias. Cumque pergerent: ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt utrumque: et ascendit helias: et ferebatur per turbinem in celum. Legitur quod sabacha pater helie nondum natum: uidit in sompnis uiros candidatos se salutantes. Quod cum nunciasset in ierusalem: responsum est ei. Puer hic: iudicabit israel in gladio et igni. Heliseus autem: uidebat et clamabat. Pater mi: currus israel et auriga eius: id est sustentator populi et rector. Et delegit ei helias pallium suum. Et ille scidit uestimenta sua. uel per dolorem. uel abiciens uestem suam: ut deinceps uteretur ueste helie. Et rediens ad iordanem per[illegible]cussit aquas pallio helie: et non sunt [illegible] diuise. et ait. Ubi est deus helie. etiam nunc [illegible]? Percussitque tamen:

et diuise sunt et transiit. Quod uidentes filii prophetarum: dixerunt. Requieuit spiritus helie: super heliseum. Et occurrentes adorauerunt eum: et eo licet renitente miserunt l. uiros ad querendum heliam. si forte precipitasset eum dominus. in aliquo montium uel uallium. Cumque quesissent per tres dies: eo non inuento redierunt. De sanitate helisei.

Dixerunt uiri iericho: ad heliseum. Terra hec optima est: sed aqua fontis pessima. terram facit sterilem. Qui assumens uas nouum terreum: misit in illud sal. et egressus ad fontem: misit sal in illum. Et cum orasset: ait. Hec dicit dominus. Sanaui aquas has: et non erit in eis mors ultra. neque sterilitas. forte morbosa erat bibentibus: cum sterilitate. Et sanate sunt aque: usque in diem hanc. Cumque ascenderet in bethel. illudebant ei .xl.ii. pueri: dicentes. Ascende calue. Et maledixit eis in nomine domini. id est per nomen domini: uel inuocato nomine domini. Egressique sunt duo ursi de saltu: et deuorauerunt eos. Cumque transisset per montem carmeli. rediit in samariam: et habitabat in ea. De tribus regibus qui obsederunt moab.

Porro ioram filius achab. regnauit in samaria. anno octauodecimo iosaphat: et .xii. annis regnauit. Tulitque ydola gentium: que pater suus introduxerat. Uerumtamen a cultu uitulorum ierobaam non recessit. Quem cum redargueret micheas. occisus est ab eo precipitio ut dicit epiphanius episcopus cypri: et sepultus est in morasti solus. iuxta sepulturam senachim. Alius fuit preter micheas similiter morastites: sextus .xii. prophetarum. Porro rex moab soluebat regi israel tributum. agnos c. milia et totidem arietes cum uellibus suis:

sed mortuo achab recessit a tributo. Quam obrem ioram rex israel ascendit et cum eo in plurium. Et habuit secum iosaphat regem iuda. Sed et iosaphat duxit secum regem edom. Cumque iuissent per desertum ydumee vii diebus non erat eis aqua. Et ait iosaphat. Est ne hic propheta domini? Et respondit quidam. Est hic heliseus qui fundebat aquam super manus helie. Et steterunt tres reges ante heliseum. Qui dixit ad regem israel. Quid michi et tibi est? Id est tu cum sis ydolatra quare venis ad prophetam domini? Verumtamen propter iosaphat respiciam te. Et ait. Adducite mihi psalten. Cumque caneret psaltes per armoniam excitatus est spiritus eius et factus est spiritus domini super eum et ait. Facite in alveo torrentis huius exsiccato fossas et fossas ut habundantiam supervenientis aque retinere possit. Dabit enim vobis dominus aquam sine vento et pluvia in habundantia. Insuper tradet dominus moab in manus vestras. Urbes electas percutietis et ligna fructifera succidetis. fontes obturabitis. egregios agros operietis lapidibus.

Factum est mane in hora sacrificii irruerunt aque per alveum torrentis. Pluerat enim vehementer tribus diebus ut ait iosephus in supremis partibus ydumee. Porro moabite stabant in terminis terre sue ut prohiberent hostes ab ingressu. Et cum mane vidissent ex adverso aquas turbidas torrentis sole repercussas suspicati sunt infectas sanguine et dixerunt. Surgamus ad predam. Mutuo cesi sunt hostes. Dumque irruerent precipites percussit eos israel et fugerunt. Et depopulatus est israel moab et fecit illa ubique que predixerat heliseus. Et circumdederunt civitatem ubi erat sedes regni que a fundibulariis ex magna parte percussa est. Et desperans rex moab tulit secum septingentos electos ut irrumperet per partem exercitus ubi erat rex edom et aufugeret. Sed hostes repulerunt eum in urbem et necessitate compulsus filium qui regnaturus erat post eum coram hostibus super murum optulit holocaustum ut deus eum liberaret. Reges autem videntes hominem necessitatis ex humana compassione recesserunt ab eo et rediit iosaphat in ierusalem. Et occurrens ei hieu propheta filius anani culpabat eum quod homini ydolatre solatia prebuisset.

De superhabundantia olei.

Factum est autem quod quedam mulier de uxoribus prophetarum uxor scilicet abdie clamabat ad heliseum dicens. Vir meus mortuus est et oppressus erat ere alieno propter alimoniam prophetarum. Et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi. Et respondit heliseus. Quid habes in domo tua? Et illa. Non habeo nisi parum olei quo ungar. Et ait. Pete mutuo vasa vacua non pauca et clauso ostio cum filiis tuis mitte inde in omnia vasa. Dumque infunderet mulier crescebat oleum. Et impletis vasis stetit et crescere cessavit. Quod cum accepisset heliseus ait ad eam. Vende et redde creditori. Tu autem et filii tui vivite de reliquo.

De suscitatione filii sunamitis.

Factum est autem cum transiret heliseus per sunam et erat ibi mulier magna non tam corpore quam sapientia. Et intelligens virum dei esse tenuit eum ut comederet panem. Cumque frequenter diverteret ad eam heliseus suasit mulier viro suo ut facerent ei cenaculum parvum et ponerent in eo lectulum et mensam et sellam et candelabrum. Et rediens heliseus requievit ibi et ait ad giezi. Voca sunamitem

hanc: et loquere ad eam. Quid vis ut faciat
dominus meus tibi? Loquetur pro te regi. vel principi mi-
litie. Que respondit. In medio populi mei habi-
to. q.d. Vallata sum propinquis: et nullus
inquietat me. Cumque quereret heliseus
quid vellet: dixit giezi ad eum. Filium non habet:
et vir eius senex est. Tunc ait ad eam heliseus. In
tempore isto et in hac eadem hora. si vita co-
mes fuerit: habebis in utero filium. hebreus:
sic habet. In tempore isto cum tempus vite sub
audi adhuc erit tibi: habebis etc. Que
respondit. Noli vir dei mentiri ancil
le tue. Concepit tamen mulier: et peperit
iuxta verbum helisei. Cumque crevis
set puer. egressus est ad patrem ad messo
res et egrotavit. Cumque clamasset. caput
meum doleo: remisit eum pater ad matrem
suam: et mortuus est et collocavit eum mater
super lectum viri dei et clausit hostium: et
vocans virum suum. ait. Curram ad vi-
rum dei: et revertar. Qui respondit. Hodie non
sunt kalende: nec sabbatum. Cur ibis? Istis enim
diebus prophete et doctores solebant frequenta
ri: et audiri. Et tollens mulier unum
de pueris secum. sedens in asino venit
ad virum dei: in montem carmeli. Qui cum
vidisset eam: ait ad giezi. Ecce sunamit
tis illa. Occurre: et dic ei. Recte ne agi
tur circa te: et virum tuum: et filium? Que respon
dit. Recte. et nota quod semper heliseus hos
pitam suam vocabat sunamitem. Non e
nim tantam familiaritatem habuit cum
ea: ut proprium nomen eius sciret. Et pervenis
se mulier: et apprehendit pedes helisei.
et ait giezi: volens eam amovere. Di
mitte illam. In amaritudine est: et dominus
celavit a me. Et ait mulier. Numquid
petivi filium a te? q.d. Cum non peterem:
dedisti filium in perniciem meam. Numquid non
dixi tibi. ne illudas me? Illusionem vocat:
dari filium a domino et tam cito auferri. Et ait il
le ad giezi. Tolle baculum meum et vade: et ne
facias moram: vel aliquem salutando. vel respon
dendo salutanti. Et pones baculum meum:
super faciem pueri. Cumque abisset: ait muli
er ad heliseum. Vivit dominus: non dimittam te.
Et secutus est eam. et reversus giezi in occur
sum eius: dicens. Non surrexit puer. Et
ingressus heliseus: incubuit super puerum.
Et contrahens se: coaptavit membra sua
membris eius. et cum orasset: calefacta est caro pu
eri: et oscitavit puer: et aperuit oculos. Quem
cum reddidisset matri viventem: reversus est
in galgala. Hunc locum sepe frequenta
bat heliseus. tum pro religione loci. tum quod ibi
natus est. Et in ortu eius tale contigit ibi
prodigium ut una ex vitulis aureis. acu
te mugiret. Quo audito in ierusalem:
sacerdos divino nutu ait. Propheta natus
est in israel: qui sculptilia deorum destruet et
fusilia.

De superhabundantia panis et colochintidis.

Porro fames erat in terra. et filii prophetarum conveniebant ad he-
liseum. qui dixit: uni de pueris. Coque
pulmentum filiis prophetarum. Qui egressus ut
colligeret herbas agrestes: invenit quasi
vitem silvestrem. Et collegit ex ea coloquin
tidas. nesciens quid esset: et concidit in ollam
pulmenti. Hee sunt agrestes cucurbite a
marissime: minores his que in ortis
nascuntur. Vel ut quidam dicunt. herba est quasi
vitis se diffundens in sepibus: fructu
modico. purpureo et rotundo. cum
maturus est. Cumque gustassent recumbentes
de coctione hac: clamaverunt. Mors
in olla vir dei. id est amaritudo quasi in
morte: vel mortifera. Et allatam farinam
misit in ollam: et dulcorata est esca.

De panibus primitiarum quos offerebant in

Vir autem quidam detulit uiro dei panes primitiarum et xx. panes ordeaceos. et frumentum nouum in pera. id est grana africata. Non est intelligendus pentecoste. neque de polenta que offertur in pascha. sed quia fames erat intra. festinauerunt de tritico adhuc recente fecerat iste panes. Quos fecit heliseus apponi populo. Cui dixit .c. uiris. quia minister dixit. Quantum hoc est ut apponam .c. uiris. Sed ita intelligendum est. ut apponam .c. uiris. nedum populo. Vel forte duos tantum panes primitiarum apposuit .c. uiris. dicens. Hec dicit dominus. Comedent et supererit. Et factum est ita. miraculose. iuxta uerbum domini.

De naaman.

Naaman autem erat princeps militie regis syrie. uir diues et assiduus. sed leprosus. Et latrunculi de siria captiuam duxerant puellulam de israel. que erat in obsequio uxoris naaman. Que ait ad dominam suam. Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam samarie. qui curaret eum. Tulitque naaman aurum multum et argentum. et x. mutatoria uestium. id est x. paria. uel nouas uestes. que sic uocantur pro mutatione uestium. Tulitque secum litteras regis syrie. ad regem israel. in hec uerba. Scito quod miserim ad te naaman. ut cures eum a lepra. Et audiens rex israel blasphemiam. scidit uestimenta sua et ait. Numquid ego deus sum. ut curem hominem leprosum. Occasiones querit aduersum me. Et misit ad eum heliseus. dicens. Cur scidisti uestimenta tua. Veniat ad me. et sciat prophetam esse in israel. Stetit itaque naaman requirens eum. ad hostium helisei. Qui misit ad eum. dicens. Lauare septies in iordane. et mundaberis. Cumque abiret naaman. indignans quod non tetigisset eum. inuocans nomen domini. dixerunt ei serui sui. Si rem grandem dixisset propheta. facere debueras. Quanto magis quod modicum est. Descendit igitur et lauit in iordane septies. et mundatus est. Et rediens stetit coram heliseo. et ait. Scio quod non sit alius deus in uniuersa terra. nisi in israel. Et obtulit ei benedictionem. Cumque renueret. uim faceret. ait heliseus. Viuit dominus. quia non accipiam. Et ait naaman. Obsecro ut tollam onus duorum burdonum. de terra hac. Est autem burdo. ex equo et asina. Secundum quosdam tulit terram. ut sterneret eam in templis ydolorum. ut stans super eam adoraret dominum deum terre israel. ne offenderet dominum suum si pareret non adoraret. Sed uerius uidetur. quod ex ea fecit altare domino. ad immolandum. Vnde et subdidit. Non faciet ultra seruus tuus holocaustum ac uictimam diis alienis. nisi domino. Vnum est quod mutare non possum. Cum innititur rex super manum meam. et adorat in templo remmon. oportet me simul adorare. Ora dominum. ut non imputet michi in hoc. Et abiit naaman electo terre tempore. id est cum elegisset terram ad portandum. hebreus sic habet. Abiit ab eo aliquanto terre spacio. Eadem ambiguitas in genesi legitur. Eratque uernum tempus. et ingrediebar ephrata. Hebreus habet. adhuc spacium terre erat. et ingrediebar ephrata. Et sic latinus interpres posuit electum tempus. uel uernum. pro spacio.

Cucurrit autem post naaman giezi. ut aliquid acciperet ab eo. et ait. Dominus meus misit me. dicens. Venerunt ad me duo adolescentes. ex filiis prophetarum. Da eis talentum argen-

n. et vestes duplices. At ille dedit illi
duo talenta: et vestes. Etiam tradidit eis
pueros qui deferrent ea: et abscondit ea
in domo. Cumque ingressus staret coram heliseo:
ait. Unde venis giezi? Qui respondit. Non
ivit servus tuus quoquam. At ille. Non-
ne cor meum erat tecum, cum reversus fuit ho-
mo in occursum tuum? Accepisti argentum ut
emas possessionem: sed lepra naaman adherebit
tibi et semini tuo in sempiternum. Et egressus
est ab eo leprosus. Non legitur ad litteram gi-
ezi filium habuisse leprosum: nec postea. Cer-
tum est autem de giezitis: quod lepra symonie
respersi sunt. De securi et aorisia syrorum.

[F]erro est cum esset heliseus cum
filiis prophetarum incidentibus ligna
ad iordanem: cecidit ferrum securis u-
nius in aquam. Cumque eiularet ille:
misit heliseus lignum in aquam ubi ceci-
derat ferrum. Et natavit ferrum: et tu-
lit illud. Porro rex syrie pugnabat
contra israel: et sepe ponebat servos suos in
insidiis. Quas cavebat rex israel: heli-
seo sibi manifestante abscondita syrorum.
Et turbatus rex syrie: ait servis suis.
Quis vestrum proditor est mei apud regem israel?
Et ait unus. Nequaquam: sed heliseus indicat
regi israel quecumque locutus fueris in conclavi. Qui
ait. Mittam: et capiam eum. Cumque accepis-
set eum esse in dotaim: misit illuc robur exerci-
tus. Qui venientes nocte: circumdederunt
civitatem. Mane puer helisei videt
exercitum: territusque clamavit. Heu
domine. Quid faciemus? Qui respondit. Noli ti-
mere. Plures nobiscum sunt. Et orante helise-
o aperuit dominus oculos pueri: et vidit
montem plenum curribus igneis idest ag-
minibus angelorum.
[C]umque hostes intrarent ad eum:

orante heliseo percussit eos dominus cecitate.
Non omni quidem sed aorisia: ne eum agno-
scerent. Et dixit ad eos heliseus. Non est hec
via. nec ista est civitas: idest non est hic man-
sio helisei. Sequimini me: et ostendam vo-
bis virum quem queritis. Duxit eos in
samariam. Et orante heliseo aperuit dominus
oculos eorum: et viderunt se esse in medio sa-
marie: et hostes circumdantes. Et dixit rex
israel ad heliseum. Percutiam eos pater mi? Qui
respondit. Nequaquam. Dominus enim adduxit
eos. Sed prebe eis hospitalitatem affluen-
ter. Quo facto: redierunt syri ad propria: nec ultra
in diebus helisei venerunt latrones syrie
in israel. De secunda obsidione samarie.

[F]actum est post hec: benadab rex
syrie obsidebat samariam. Et facta
est fames in samaria: ut venderetur caput
asini lxxx. argenteis nummismatis. et
quarta pars cabi stercoris columbarum. v. argen-
teis. Hoc ut ait iosephus: condiebant cibos
pro sale. Tradunt quidam. nomine stercoris dici
veficam columbe: in qua repiebantur
grana de fonte allata. Cumque transiret
rex per murum et consideraret custodias mu-
ri: clamavit mulier ad eum. Salva me
domine rex. Qui suspicatus quod quereret aliquid
ab eo et commotus respondit. Non salvet te
dominus. Unde te possum salvare? De area.
aut de torculari? Qui respondit. Nequaquam
domine. Sed ego et mulier ista condixeramus
de filiis nostris comedendis. Et comedi-
mus filium meum. Hec autem abscondit filium
suum. Et contristatus rex vehementer: scidit ve-
stimenta sua: et apparuit cilicium quo
vestitus erat ad carnem. Et ait. Quid am-
plius mali possum expectare a domino? Hec
faciat mihi deus: et hec addat: si steterit ca-
put helisei super ipsum hodie. Hec cum

cxxiii

malum imputabat Heliseo: quia cum vellet non liberabat cum posset.

Cumque misisset spiculatorem: penitentia ductus sequebatur eum, ut prohiberet. Heliseus autem sedebat in domo sua et senes cum eo: quos Iosephus discipulos dicit. Et ait Heliseus. Nescitis quia filius homicide. quia scilicet occidit Naboth. misit ut precidatur caput meum? Prohibete intrare nuntium donec veniat rex: qui prohibebit ei quod iusserat. Cumque supervenisset rex: ait Heliseus. Cras hac hora erit in porta Samarie modius simile per statere uno: et duo modii ordei similiter. Et irrisit eum unus eorum super quorum manum rex incumbebat: dicens hoc esse impossibile. Cui Heliseus. Videbis: et non comedes. Porro quatuor leprosi erant ad introitum porte: fame deficientes. Qui vespere venerunt ad castra Syrie: et neminem ibi repererunt. Terruerat enim dominus Syros. sonitus exercitus magni mittens super eos: fugerantque. animas suas tantum salvare cupientes. Et intrantes leprosi: comederunt. Tollensque de preda iuxta cor suum: nuntiaverunt portariis urbis Syros abiisse. Suspicatus autem rex Israel Syros simulasse fugam et latere: misit duos in equis. qui explorarent omnia usque ad Iordanem. Qui cum reversi nuntiassent Syros fugisse: egressus populus diripuit castra. Et vendebatur simila et ordeum: iuxta verbum Helisei. Dux autem qui irriserat eum a rege constitutus ad portam: oppressus est a turba. et mortuus est.

Porro hec autem Heliseus locutus est ad mulierem: cuius filium suscitaverat. Vade cum domo tua peregrinari: ubicumque poteris. Vocavit enim dominus famem super terram vii. annis: id est angelum prepositum fami. Ut est locutio. De hac fame dubium est utrum precesserit predictam obsidionem: vel secuta sit. Igitur mulier intravit terram Philistiim: et contribules occupaverunt bona eius. Qua finita fame regressa est: et intravit ut interpellaret regem pro domo sua et agris. Et tunc loquebatur rex cum Giezi: querens ab eo magnalia Helisei. Qui videns mulierem: ait. Domine hec mulier est et hic est filius eius quem suscitavit Heliseus. Quod cum narrasset regi seriem rei: restituit ei rex quecumque amiserat. a die qua reliquerat terram. De morte Benadab.

Porro Benadab rex Syrie audiens quod deus amoverat eum ab obsidione et non homo: contristatus egrotabat. Heliseus autem venerat Damascum. Et misit rex in occursum eius Azael cum muneribus: ut consuleret eum de infirmitate sua. Cui querenti rex dixit Heliseus. Dic ei. Sanabis. Nec dixit sanaberis. quia mortuus est rex: sed ut diceret ei. sanabis.

Postea traxit Azael in partem: dicens. Ostendit mihi dominus quia morietur: et tu eris rex Syrie. Tunc impletum est: quod dixerat dominus Helie. Alibi enim non inunxit Helias Azael. nisi quia per Heliseum predixit eum futurum regem. Et flevit Heliseus: videns in spiritu mala que facturus erat Azael filiis Israel. Quod et indicavit illi. Et reversus Azael ad regem: ait. Sanabis. Altera die tulit stragulum et infudit aqua: et expandit super faciem eius. Stragulum proprie est stratorium: quod lecto vel sedili supersternitur. Et dicitur quod Azael pannum plusum aqua imposuit super eum: ad refrigerandum. Hebreus habet. expandit super faciem suam stragulum: ut non Azael sed ipse Benadab hoc fecisse intelligatur. Et tamen mortuus est rex: et regnavit Azael pro eo. Quidam tamen hoc exponunt de obsequio mortui: dicentes quod Azael mortuum

post

dicentes q̄d azael mortuũ lauit aq̄͂ ⁊ ex
pandit straglm̄ sup faciē mortui. Iose
phus plane dicit: q̄d azael altera die
infuso laqueo strangulauit eũ. Ad huc
sensum q̄dã p̄dictã litterã refert: dicen
tes q̄d azael uestē madefactã posuit su
p faciē eĩ. simulans refrigerationē. s; sta
tim effudit aquã sup os eĩ. donec suffo
caret eum. De ioram rege.

Porro anno q̄nto ioram filii achab
regis isrl' in quo ꝯregnau̾at ei io
saphat rex iuda: regnauit ioram filius io
saphat in ierlm̄. viii. annis. Qͥ ad ꝯsili
um uxoris fecit malũ corã dn̄o: secutus
deos alienos. Tñ dn̄s n̄ disp̄didit iudã:
ppt̄ dd̄ seruũ suũ. Tc̄ recessit edom: ne
eēt sub iuda. Nam ⁊ regē suũ tributari
um occiderunt idumei: nouũ creantes q̄
n̄ teneret̄ tributa redde. Cũq; occidisset
sex f̄ſs suos ioram. compelleretq; ierosoli
mitas ꝗ ydolatrie: tulit ad eũ helias q̄dã
ppha. eplam correctoriã. cũ comminatio:
in hc̄ modũ. Arabes irruentes in iudã.
uastau̾unt puinciã: ⁊ domos regias. et
uxores regis abduxerẽt. filiosq; occiderũt
p̄ter ochoziã: ⁊ ip̄e tandē cronicam in
cidit egritudinē intima corruptione ui
scera effudit. ut cotidie q̄si sepeuntem
uideret. ⁊ mortuus ē ⁊ sepult̄ in ciui
tate dd̄. n̄ tñ ut ait iose. in sepulcro
p̄rm suoꝝ: s; p̄uatũ tumulũ sine re
galib; exequiis tradiderunt ei. Et reg
nauit ochozias t azarias. t achazias
filius eĩ: p eo. Hunc regē ⁊ reliq̄s usq;
ad oziam p̄mittit matħs. Regna
uit aũ anno. xii. ioram: filii achab. xxii.
annoꝝ erat. cũ regnare cepisset: et
uno anno regnauit in ierlm̄. ⁊ ã
bulauit in uiis achab aui sui. a

comminatio pene impleta

bitq; cũ ioram filio achab auunclo suo. ad
p̄liandũ ꝯͣ azael regē sirie in ramoth
galaad: ⁊ uulneratus ē ioram. Et relicto
exercitu in obsidiōe. sub ieu p̄ncipe:
descendit ut curaret̄ iezrael. Et descē
dit cum eo azarias. De ieu rege isrl'.

Heliseus aũ misit unũ de filiis pphaꝝ
cũ lenticula olei ad exercitũ in ramoth
galaad: ut ieu euocatũ in parte ungue
ret in regē sup isrl'. Qͥ cũ inuenisset ieu
sedentē cũ p̄ncipib;: ait. Verbũ m̄ ē ad te:
o p̄nceps. ⁊ ait ieu. Ad quē? Qͥ respon
dit. Ad te: o p̄nceps. Forte n̄ cognosceret
ieu. hoc q̄i p̄sagiũ in m̄te sua posuerat:
ip̄m ēē ieu. q̄ p̄mꝰ respondisset. Cũq;
induxisset eũ in cubiculũ: fudit oleũ
sup caput eĩ. ⁊ ait. H dicit dn̄s. Vnxi te
regē sup isrl': ⁊ percuties omnē domũ achab:
in ultionem sanguinis seruoꝝ meoꝝ
de manu iezabel. Qͦ facto: citissime
aufugit ppha. Cũq; regressꝰ eēt
ieu ad seruos dn̄i sui: dixerẽt.
Qd uenit insanus iste ad te? Qͥ in
sanos eñ reputabant filios pphaꝝ:
l' qͣ fugerat citissime. q̄i insanꝰ. Et ait
ieu. Recte iudicastis. Nã ⁊ iuba uesa
na locutꝰ ē: dicens. H dicit dn̄s. Vnxi
te regē sup isrl'. Festinau̾unt itaq; tol
lere uestes suas: ⁊ substernere ei in simi
litudinē tribunalis: ⁊ canentes tuba.
dixerẽt. Regnabit ieu.

Coniurauit ḡ ieu ꝯͣ ioram: ⁊ ait.
Nullus nunciet h. in iezrael:
s; om̄s ascendamꝰ simul. Cũq; ascen
derent: speculator in iezrael ait. Video
globũ uenientē. Et suspicatꝰ ioram t
captã ēē ciuitatē. t pacē factã: misit
in̄tium in occursũ eoꝝ. Qͥ ait. H dicit
rex. Pacata s̄t omnia? Et ait ieu. Qd

xxiiii

t͛ 7 paci? q.d. Q̄d ad te? Seq͛re me. Vel
forte huic q͛ regi ipsi respondit. q.d. Q̄d
queris de pace. q͛ tram 7 pacē turbas? Et
adhesit nunci eis. Misit ⁊ ioram sc̄dm
nunciū: q͛ similit͛ n̄ ē reūsus ad eū. Et
ascendens ioram rex isrl͛. 7 rex iuda cū eo:
egressi s͛ in occursū hieu. usq; in agrum
naboth iezrahelite. Et ait ioram. Est pax
hieu? Q͛ respondit. Q̄ pax? Adhuc ui-
gent fornicationes m̄ris tue. q.d. Q̄
pax potest ēē int͛ nos. cū uigīt offen
dam dn̄i. p ydolatriam m̄ris tue? Et fu
giens ioram: ait ad nepotē suū. Insidie
st̄ hic: ahazia. T̄c hieu pcussit ioram int͛
scapulas: 7 egressa ē sagitta p cor ei. 7 cor-
ruit mortuus. & ait hieu ad ducē t͛tie
partis militū. Pice eū: in ag͛ naboth.
Memento q̄n ego 7 tu seq͛bam͛ achab pa
trē ei. q̄n ↄminat͛ ē ei dn̄s p heliā: q̄d
redderet ei in agro naboth p sanguine na-
both. [illegible] 7 p sanguine filiorū ei. T̄n: sup
ullā de [illegible] filiis naboth facta ē m̄tio.
S; q̄d ibi [illegible] tacitum ē: hic supplet͛.
forte canes linxerit sanguinē ioram:
iuxta u͛bū helie. Linxerit eni͞ sangui
nem filii ei. Ahaziā ū fugientē inse-
cut͛ ē hieu: 7 uulnauit eū in ascen
su gaber. Q͛ uulnerat͛: fugit in ma
geddo. Et mortuus ē ibi: 7 tulerunt eū
in ierlm. 7 sepult͛ ē in ciuitate dd̄.



Post h̄ intrauit hieu in iezrael.
Porro iezabel erat in urbe. Et
depinx͛ oc͞los suos stibio. 7 ornauit ca
put suū. ut pulc͛or uenientib; appa
reret: 7 p fenestrā ait ad hieu. Nūq̄d
pax ēē pot͛ zamri. q͛ interfecit dn̄m su
um? q.d. Tu occidisti dn̄m tuū sic͛
zamri: 7 eād pena punieris ei. T̄c
dix͛ hieu duob; eunuchis: q͛ ecumsta

bant eā. P͛cipitate eā. 7 p͛cipitauerūt. 7 con
culcauerunt eā: ungl͛e equorū. Cūq; sedēt
hieu ad mēsā: ait seruis suis. Ite 7 sepe
lite maledictā illā: q͛ filia regis ē. Cūq;
uenissent ad eā. n̄ inuenerūt n̄ caluariā
.i. sup͛mā cellā cerebri: 7 pedes 7 sūmita
tes manuū. Q͛ audito: ait hieu. Ser-
mo dn̄i ē: quē locut͛ ÷ p heliam.

Erant au͞t achab. lxx. filii: in sama
ria. Et scͥpsit hieu ad nutricios eorū
7 optimates ciuitatis: dicens. Eligite
quē uultis de filiis achab 7 ↄstituite re-
gem sup uos: 7 pugnate p domo dn̄i
u͞ri. Q͛ p͛territi: rescͥpserūt ei. Serui tui
sum͛. fac: q̄d t͛ placet. 7 scͥpsit eis sc̄do.
Si mei estis. tollite capita filiorū dn̄i
u͞ri 7 uenite ad me cras: in iezrael. 7
sic fc̄m ē. Et attulerūt capita in cophi-
nis: ad hieu. Q͛ mandauit ne intro
ducerentur ad eū: s; iuxta introitū por-
te ponerent͛ ad duos aceruos usq; mane.
Cūq; mane intueret͛ capita: dix͛ ad
p͞plm. Iusti estis. Q.d. Comparatione
istorū qui septuaginta occiderūt. iusti
estis: q͛ n̄ n̄ ioram 7 iezabel m͛et occidis
tis. Vl͛ pocͥ samaritas q͛ eos occiderant
ↄmdauit. q.d. Iuste fecistis: implendo
u͛bū dn̄i. Q̄d uidet͛ uelle littera seq͛ns.
Addidit eni͞. Si ego interfeci dn̄m meū.
q͛s pcussit eū 7 istos? Dn̄s fecit: q̄d locu
tus ē in manu helie. T̄c pcussit hieu
om̄s reliq͛s de domo achab in iezrael.
7 optimates ei 7 notos 7 sacerdotes: 7 ibat
in samariā. In uia ū obuiauit sexagi
ta duob; fr̄ib; ahazie regis iuda. qui
descendebant ad salutandos ioram et
ahaziā: nescientes q̄d occisi ēēnt. Q͛
occidit eos hieu. T̄c egressus ē in oc-
cursum hieu ionadab. filii rechab: 7

bñdixit ei. p ultiōe dñi quā fecerat. Que impositū currui suo duxit iheu in samariā: ꝛ pcussit oms q̄ reliq̄ fuāt de achab. usq; ad unum. Congregauit ġ iheu ppl̄m samarie: ꝛ ait in dolo. Ampliare uolo: cultū báál. Vocate oms pphās ei: ꝛ sac̄dotes. Q̄cumq; defuerit: nō uiuet. Sacrificiū eni grande ē m̄: báál. Et uenerūt oms serui baal: nec unꝰ defuit. ꝛ repleta ē domꝰ báál. Et ait iheu: his qui erant sup uestes. Date uestes: omib; seruis báál. ꝛ dederūt. Cūq; pscrutat̄ eēt iheu diligenter ne q̄s deēēt. l' alius int eēt: dixit militib; suis. Ingredimini: ꝛ pcutite eos. Nullus euadat. ꝛ pcusserūt eos: statuāq; báál comminuerūt. ꝛ destruxerūt tēplū ei: ꝛ fecerūt p eo latrinas. i. subt̃raneos cuniculos. ad mūdandas uias urbis. ꝛ deleuit iheu báál: de isrl'. Verūtam̄ a uiis ierobōā n̄ recessit. Et ait ei dñs. Q̄a fecisti q̄ in corde mō erant. cont̄ domū achab: filii tui usq; ad q̄rtā ḡnationē sedebūt ~~sedebt~~ sup tronū isrl'. Et mortuus ē iheu. ꝛ sepult̄ in samaria: cū regnasset. xxviii. annis. Et regnauit p eo ioaz. l' ioahaz. l' ioacat. filius ei.

De athalia: ꝛ ioas.

Porro athalia uidens mortuū filium suū: ꝛ uolens regnare intfecit omne semē regiū in ir̄lm. Erat aūt iosaba soror ahazie ex pr̄e: ꝛ uxor ioade sūmi sac̄dotis. Q̄ furata ē ioas filiū ahazie lactentē. ne interficeret: et abscondit eū. vi. annis. in domo dñi. i. in domunculis ebdomadariorum. Anno aūt. vii. ioiada collegit centuriones: ꝛ p̄ncipes leuitarū: ꝛ milites: et ostendit eis secreto filiū regis. Et iurauerūt oms p puero cont̄ athaliā: et q̄d puerū in sabbo constituerent regē. Et fecerūt: in hūc modū. xxiiii. erant sūmi sac̄dotes: quoꝝ unusq̄sq; in ebdōauicis sue habebat secū in ministerium. xxiiii. minores sac̄dotes. ꝛ totid̄ cantores. ꝛ totidem ianitores. Diluculo uero sabbi. pontifex q̄ ministrauerat cum turma sua egrediebat̄ ad xp̄a. Pontifex u° q̄ ministraturꝰ erat: ingrediebat̄ cū turma sua. Tēc aūt ioiada p ampliando exercitu retinuit egressores: ꝛ recepit ingressuros: faciens ex eis duas t̃inas. Adiunxitq; t̃ciā turmā. de centurionib; ꝛ leuitis: q̄s conuocauerat. ꝛ intrans domū sc̃āt. ꝛ domū armoꝝ q̄m quondā fecerat dd̄: dedit singulis arma. Et p̄cepit egressuris ut circūstarent regē in atrio intrn on: ꝛ custodirent. Ingressuris uero dixit. ut descenderent in domū regiā: ne serui regine egredientes ex ea. unctionē regis impedirent. Sz hanc turmā diuisit in tres partes: p̄cipiens ut una obseruaret excubias regis. i. porticū domꝰ regie. alia obseruaret portā seyr. p q̄m ascendebat̄ de ciuitate in domū regiā. t̃cia pars obseruaret domū messa. q̄ dr̄ porta scutarioꝝ. i. custodū regis. p quā de domo regia ascendebatur in tēplum. Tertiā uero partē quam collegerat de centurionib; ꝛ leuitis. posuit ad custodiā atrioꝝ tēpli: ex omi parte. Tēc ipse cū reliq̄s sac̄dotib; ꝛ leuitis ꝛ senionib; pduxit filiū regis: ꝛ unxit eū in regem: ꝛ imposuit sup eū diadema: ꝛ testimoniū. i. legē dī dedit ei tenendā in manib;: ut cū ip̄o habitu regni. disciplina legis dī seruanda committeret. Athalia u° accurrens. scidit uestimenta sua.

clamans: coniuratio. coniuratio. Et eduxerunt
eam centuriones extra septa templi. per por
tam equorum: et interfecta est ibi. Deduxerunt
que regem per portam scutariorum in palatium: et
sedit super tronum regium. Et letatus est populus
terre: quia abstulerat dominus obprobrium. ne femi
na regnaret super eos. Et destruxerunt tem
plum baal: arasque et imagines: quas fecerat
ioram et athalia. Mathan quoque sacerdotem
baal occiderunt: coram altari. Et erat sep
tem annorum ioas. cum regnare cepisset.
anno septimo hieu regis israel: et lx. an
nis regnavit in ierusalem. Et fecit rectum
coram domino: cunctis diebus ioiade sacerdotis.

E rant *De gazophilatio.*
autem in domo domini ruine. non solum
per vetustatem et negligentiam. sed etiam quas fece
rat athalia: et de sanctificatis paraverat do
mum baal. Precepit itaque ioas sacerdotibus.
ut instaurarent sarthatecta domus. re
cipientes oblationes pretereuntium. et que offere
bantur pro precio anime: id est que dabant uiri ad
templum numerata. Oblatio enim pro delicto:
et peccato sacerdotum erat. Que cum suscepis
sent sacerdotes. usque ad. xxiii. annum re
gis ioas: non tamen instauraverunt sarthatec
ta templi. Et iratus rex: prohibuit sacerdotes
ultra accipere pecuniam. Josephus tamen dicit. ut per
omnem regionem sumerent sacerdotes per ca
pite dimidium sicli. Quod videns ioiada
populo non placere: cessavit. Et ob hoc: non
fuerunt instaurate ruine. Et ioiada fecit
gazophilatium munitum. aperto desuper
foramine: et posuit illud ad dexteram
ingredientium domum. non longe ab alta
ri. Cumque appareret plurima pecunia in
gazophilatio: scriba regis et pontifex
effundebant eam. et dabant his qui preerant
cementariis domus domini. Et non fiebat cum eis
ratio: sed in fide tractabant. Nec fiebat ex
pecunia illa vas aliquod in domo domini: non
de eo quod erat residuum sarthatectis. ut le
gitur in paralipomenon. Et mortuus est io
iadas sacerdos: qui solus legitur post moysen. c.
xxx. annis vixisse. Et sepultus est in civita
te david: eo quod genus david reparavit imperium. Eo
mortuo: ioas a legitimis dei declinavit. Cuius
exemplo: etiam optimates viciati sunt. Quem
cum argueret zacharias filius ioiade: fecit
eum lapidibus obrui. inter templum et altare.
Extunc ut dicit epiphanius non accepit populus
responsum manifeste. nec ex dabir. nec
ex ephot: sicut prius. Rex autem: non multorum pe
nas exsolvit. Azael enim rex sirie: cum
expugnasset geth. ascendit in ierusalem. Jo
as vero misit ei thesauros domus domini et domus
regie. non de absconditis tumulorum: et recessit
ab eo. Cumque incurrisset ioas langorem pes
simum. eo quod divinos honores sibi vole
bat impendi. ut aiunt hebrei: duo
servi eius percusserunt eum. et mortuus est. et se
pultus in civitate david: non tamen in monu
mentis regalibus. Et regnavit pro eo filius eius:
amasias. *Sci den t ia.*

Sub ioas: xii. latinorum rex. silvius.
aremulus. qui presidium albanorum
inter montes ubi nunc roma est posuit. Huius
filius fuit iulius. proavus iulii proculi. qui cum
romulo romam commigrans. fundavit
iuliam gentem. *De obitu helisei.*

Anno vicesimo tercio ioas regis iude.
regnavit ioachaz filius hieu super
israel. xvii. annis: et ambulavit in viis
ieroboam. Et iratus dominus contra israel. dedit eos in
manu azael. et in manu benadab filii
azaelis. Et non sunt derelicti ioachaz de populo.
nisi quinquaginta equites. et decem currus: et decem
milia peditum. Et clamavit ioachaz ad

dūm: et misertus dn̄s dedit pacē in dieb;
ei. Et mortuus ē: et sepult̄ in samaria. Et
regnauit ioas filius eius pro eo. Anno tricesimo. vii.
ioas regis iuda: et sexdecim annis regnauit
sup isrl̄. Et ambulauit in uiis ieroboā: n̄
tn̄ a deo cōuersū ptēs ei. Heliseꝰ aūt egrotabat
et descendit ad eū ioas rex isrl̄: et flens dice
bat. Pater mi: currꝰ isrl̄ et auriga eius. Et ait
heliseus. Affer arcū et sagittas: et pone ma
num tuā sup arcū. Quo facto: supposuit
heliseꝰ manꝰ suas manib; regis: et ait. Aperi
fenestrā orientalē: et iace sagittā. Et iecit.
Et ait helisꝰ. Sagitta dn̄i ē: ꝯ syriā. Et pcu
ties partē syrie que ē in affech: donec
ꝯsumas eā. Et sublato arcu cū sagittis: dixit
heliseus ad regē. Percute iaculo trā. Cumq;
pcussisset eā tribus uicib; et stetisset: iratꝰ uir
dei. ait. Si pcussisses usq; septies: tociens
pcussisses syriā. Nunc aūt trib; uicib; pcuties
eā. Et mortuus ē heliseꝰ: et sepelierūt eum
iuxta abdiam. Porro latrunculi mo
abite uenerūt in trām: eo anno. Quidam
aūt sepelientes hominē: uidiunt latrun
culos et timentes pieceīt cadauer in sepulcro
helisei. Quod cum tetigisset ossa helisei: re
uixit homo. Iosephus tn̄ dicit: latrones piecisse
in sepulcrū helisei mortuū: quē ipsi uide
bant interfecisse. Mortuus ē aūt azael. rex
sirie: et regnauit p eo filius eius benadab. Cū
quo dimicauit ioas rex isrl̄ trib; ꝯflictionib;:
et uicit eū. Et tulit de manu eius ciuitates.
quas tulerat azael de isrl̄: iuxta uerbum
helisei. **De amasia et ioas rege isrl̄.** xiii

Anno scd̄o ioas regis isrl̄. regnauit
amazias filius ioas: in ierlm̄. xx. et
v. annorum erat. cum regnare cepisset: et
xxviiii. annis regnauit. Nomen matris eius
ioada: de ierlm̄. Et fecit rectū corā dn̄o.
iuxta ea que fecit ioas pater eius. n̄ tn̄ hoc. quod
excelsa n̄ abstulit: subaudiendū ē. utq; eorum.
Nec enī ioas excelsa abstulit: sic uidetur lit
tera sonare. Et interfecit seruos qui interfecerant
patrem suū: n̄ tn̄ filios eorum. ppter legē moysi que
dicit. Non morientur patres p filiis: neq; filii
p patrib;. Collegit aūt exercitū: ut amale
chitas et ydumeos expugnaret. Et conduxit
a rege isrl̄. c. milia armatorum: c. argenti
talentis. Et cum eēt in procinctu: suasit
ei ppheta ut dimitteret isrlitas. qui ydola se
rebantur: et deus daret ei uictoriā. Et acquieuit:
licet grauiter ferret. eo quod isrlitis mercedē
pbuerat. Et pcussit edom in ualle sali
narum: x. milia. Et apphendit petrā nobi
lem arabie ciuitatē: et uocauit eā ieze
chel. quod sonat auxiliū dei. Iosephus tn̄ dicit.
eū uiuos quos ceperat adduxisse ad excelsam
petrā arabie: et illos ex ea pcipitauit. Id
ipsū quoq; dicit: paralipomenon. Nam fere in
omnib; ꝯsonant. Tunc deos quos tulerat de a
malech. postea adorauit: quia audiuit eos
dantes responsa. id est pcusisse amalech. quia ne
gligentes fuerant in cultu eorum. Pro quo:
tali pena pcussus ē. Elatus enī in supbiā:
scripsit ad ioas regē isrl̄. Serui mei: sicut patres
tui seruierūt dd̄ et salomoni. Alioquin: ue
ni et uideamus nos. corā deo. pugnemus. Et rescripsit
ei ioas: in enigmate. Carduus libani
misit ad cedrū: dicens. Da filiā tuā filio
meo uxorē. Et indignantes bestie saltus:
ꝯculcauerūt carduū. Eleuat te cor tuū p
uictoria. Cur puocas malū. ut cadas tu.
et iudas tecum? Et n̄ adquieuit amasia: ꝯgres
si sunt iuxta bethsames. Et fugit iudas coram
isrl̄. Et ligatus amazias: et intimabant
ei mortē rex isrl̄. n̄ redderet ei ierlm̄. Qua
tradita: interrupit ioas murum ierlm̄ a por
ta effraim. que dicitur porta uallis. usq; ad por
tam anguli. quadringentis cubitis. Et

tulit aurum et argentum et vasa que inven-
ta sunt in domo domini et in thesauris regis et
obsides: et rediit in samariam. Et facta est coniuratio a-
masiam coniuratio: in ierusalem. At ille fugit
in lachis. Et miserunt post eum in lachis: et inter-
fecerunt eum ibi. Et retulerunt eum in ierusalem:
et sepultus est in civitate david. Tulitque univer-
sus populus filium eius oziam vel azariam annos na-
tum sedecim: et constituerunt eum regem. Inci-
Sub amasia: [illegible] dentia.
Scimus rex latinorum filius aventini.
et in eo monte qui nunc pars urbis est mortuus
et sepultus: eternum loco vocabulum dedit.

De ieroboam rege israel et amos propheta.

Porro mortuus est ioas rex israel: et se-
pultus in samaria. Et regnavit
ieroboam filius eius pro eo: anno xv. amasie
regis iuda. et regnavit in israel xl. et uno
anno: et ambulavit in viis ieroboam.
Ipse restituit terminos israel ab introitu
emath. que est antiochia. usque ad mare so-
litudinis. quod est mare mortuum. iuxta
verbum domini quod locutus est per servum suum io-
nam prophetam. qui erat de geth. que est in ophir:
ad differentiam geth que est in palestina. et est no-
men regionis. Ophel enim: nomen est turris
nebulose. que non longe erat a templo.
Hanc vastationem syrie per ieroboam
factam: non legimus in iona. Sed potest con-
iunctionem eversionis quam predicavit et
scripsit: dicit iosephus. eum predixisse. quod post bre-
vissimum tempus asie perderent principatum.
quod quidem per ieroboam inchoatum est. sed postea
consummatum est. cum monarchia assyriorum
translata est ad medos. Hac felicitate ie-
roboam elatus. fecit malum coram domino. et
missus est amos thecuites propheta. de pa-
storalibus. qui pascebat greges in samari-
a: ut prediceret eversionem domus ieroboam.
et calamitatem populi. dicens. Hec dicit dominus. Con-
surgam adversus domum ieroboam: in gla-
dio. Et rursum. Venit finis: super populum
meum israel. Quod cum significasset amasias
sacerdos bethel ieroboam regi israel: ex manda-
to regis prohibuit amos ne ultra prophetaret
in regno x. tribuum. Cum autem amos nol-
let cessare. dicens se non esse prophetam. sed pas-
torem missum a domino: frequenter afflixit eum
amasias plagis. Tandem filius suus ozias.
frequenter eum increpans. vecte per tempo-
ra transfixit. Et semivivus relatus in terram
suam: ibi mortuus est et sepultus. Et mor-
tuus est ieroboam: et regnavit pro eo filius eius
zacharias.

De ozia.

Anno vicesimo septimo ieroboam.
regnavit ozias in ierusalem: quin-
quaginta duobus annis. Iosephus tamen super
osee dicit eum cepisse regnare. anno xiiii.
ieroboam: et fecit quod placitum erat coram
domino. Verumtamen excelsa non abstulit. Qui
cum hostes debellasset. et amonitas fecis-
set sibi tributarios: reedificavit muros
ierusalem. quos destruxerat ioas rex israel. Eratque
precipue terre cultor: et curam habebat cir-
ca plantationes et semina fructuum diver-
sorum. Cumque ditatus esset supra modum mortalis:
contra deum immortalem agere visus est. Nam
in festivitate propitiationis indutus sto-
la pontificali intravit in templum. ut
incensum poneret: pontifice azaria cum
octoginta sacerdotibus eum prohibente. Et
factus est terremotus: et claritas solis valde
effulsit et incidit in faciem regis: et percus-
sus est lepra in facie. Ante civitatem
vero scissa est media pars montis ad occi-
dentem. et devoluta: ita ut et vias clau-
deret et regios ortos opprimeret. Et habi-
tavit seorsum urbem: privata degens us-

ta. Jonathan u filius ei gubnabat pala
tium: et iudicabat ppl'm tre. Et mortuus
e ozias: et sepult in ciuitate dd. Jose. tn
dic: eum solu de regib: sepultu in ortis.
Et regnauit p eo: fili ei ionathan. Sub
ozia rege iuda. et sub ieroboa rege isrl.
cepit pphare ysaias. de q ptra pleni dicit
tur: et osee: de tbu ysachar. ortus in beth
lemoth. Hic ut ait ieronimi: pnunti
ans dedit signu. Veniet dns in tra. si
cut qrcus q e in sylo. et cetera: qd n legit
in sciptura ei. secdm editione nram. for
te qd iek. dixit signu. Hoc epiphani dixit
pdigium: dicens. Veniet in tra dns. si
quercus que e in sylo. ex semet ipsa in xij.
fuit partita: et facte fuerint ex ea totide
querc. Pphauit aut sr x. tbu: pauca
de duab: loquens. Et pnuntiauit hi
storialit. iudeos in ultimo tepore ad
xpm redituros: iterumq: die dnicet re
surrectionis post. Hic in terra sua se
pult: placida quiete dormiuit. Sub
eisd q: pphauit iohel de tbu ruben. na
tus in agro bethoron: q descpsit tram
duar tbuu. eruca. locusta. bruco. rubi
gine uastanda. Predixit q: effusionem
spc sci futura sup seruos dei. et ancillas:
qd fcm e in die pentecostes. Hic in
bethoron: in pace mortuus e. et sepul
tus. Sub eisde regib: pphauit abdias:
ut qdam tradt. Sz secdm hebreos ue
rius e: qd ante eos pphauit. Nam
mortuus e ante heliseu. Relicta eni
ei. psilium helisei libata e a cditorib:
oleo sup habundante. fuit aut de tra
sichen: de agro bethamar: q nqua
genari ille cui pepcit helias. Et relic
to obsequio regis: discipls helie fcs est.
Cui sepulcru usq: hodie cu mausoleo
helisei. et iohis bapte: in sebaste ueneratio
ni habet. Sub ieroboa rege isrl. ionas
fili uidue sareptane pphauit: q p redi
tum a niniue. tepore famis assupta ma
tre. gentiu incola fcs e. Nam et erubescet
bat e in tra sua: dicens. Sic auferet op
probriu meu: eo qd pphans sr niniue.
mendax reptus sum. Et ansacta fame:
rediit in tram iuda. et defuncta e mat
ei: et sepeliuit ea iuxta balanu delbore.
Hic posuit signu euersionis ierlm. qd
du uidint lapide luctuose clamante:
ppe sit finis. et cu uidint in ierlm gs
uniusas: tc tota illa ciuitas ad ruitupa
bilit euecr. Mortuus e. et sepult in spe
lunca unius iudicis isrl: cui sepulcr
monstrat in una urbiu geth. in ui
tulo iuxta sephor. **Accidentia.**

Sub ozia rege iuda: terminata e
monarchia assyrior. Na sar
danapallus ultimi monarch. uict ab
arbace medo: semet ipm cremauit.
Et tc arbaces monarchia ad medos
transtulit spe nduu rc. hoc eni fecit dari
octo baltasar. fuert tn reges assirii. et
si n monarchi. tn potentes: usq: ad
subusione niniue. cui pphauit na
um. Eo tpe: latinor quart decim
rex silui pcas fuit. Post que quitdec
imi rex latinor: silui amulius. De

Anno zacaria et sellu et mane.

Anno xxxviij. ozie regis iuda regna
uit zacharias fili ieroboa sr isrl: vj.
mensib. Et fecit malu cora dno sic
pres ei: et pcussit eu pala. sellu fili ia
bes. et regnauit p eo. Et translatu e regnu
isrl. de domo hieu in gnatioe quar
ta. iuxta ubu dni: et regnauit sellu
uno mense in samaria. Na mana

xxviij

em filii gaddi de thersa. percussit eum in samaria: et regnauit pro eo. Qui percussit thersam. et terminos eius: eo quod ciues sui noluerant ei aperire. Anno xxxix. ozie regis iuda. regnauit manaen super israel x. annis. Et ambulauit in uiis ieroboam. In diebus eius ascendit phul rex assiriorum in israel: et dedit ei manahen mille talenta argenti. ut recederet ab eo: et etiam esset ei in auxilium. Suppsit autem manahen quinquaginta siclos argenti a potentibus et diuitibus terre: per singulos. Inter hec munera tradunt hebrei manaem misisse uitulos aureos qui erant in dan et in bethel: sed non ueros. Sacerdotes enim dolo sustulerant uitulos aureos et absconderunt eos: et fecerunt ereos deauratos similes illis: quos misit manaen regi assiriorum. Qua fraude postea percepta: regem assiriorum plurimum exarsisse contra israel. Et mortuus est manaen. et regnauit pro eo phaceia filius eius. anno quinquagesimo ozie regis iuda: et duobus annis regnauit in israel. Nam phacee filius romelie. chiliarchus eius. interfecit eum in samaria in conuiuio: cum quinquaginta uiris. et regnauit pro eo anno quinquagesimo secundo ozie regis iude: et regnauit uiginti annis in israel.

De initio captiuitatis x. tribuum.

In diebus phacee: teglatphalassar rex assur ascendit in israel. Et est ambiguum. an iste fuit phul: uel alius. et uastauit omnem regionem transiordanem: et captiuas duxit duas tribus et dimidiam. Vastansque galileam de tribu zabulon et neptalim. multos transtulit secum in assirios: qui possent dimidie tribui comparari. Vnde sepe legitur: quod tres tribus israel captiuauit. Et hoc fuit initium captiuitatis x. tribuum. Porro ozee filius hela. interfecit phacee regem israel: et regnauit pro eo.

De ioathan rege.

Anno secundo phacee regis israel: regnauit ioathan filius ozie in ierusalem. Viginti quinque annorum erat cum regnare cepisset: et sedecim annis regnauit. Nomen matris eius ierusa. filia sadoc: et fecit bonum coram domino. Verumtamen excelsa non abstulit. Ipse edificauit portam domus domini sublimissimam: quam quidam putant portam gregis. Hec est que in actibus apostolorum speciosa dicitur. ab hebreis porta ioathan. Hec sola remansit in euersione facta per caldeos. Hic deuicit amonitas: et imposuit eis annuum tributum. c. talenta argenti. et tritici x. milia choros. et totidem ordei. In diebus huius: rasin rex syrie et phacee rex israel. ceperunt infestare regnum iuda. Sub ioathan exorsus est prophetare naum de helcesh. de tribu symeon contra niniuem: predicens. Hec dicit dominus ad niniuem. Exterminabo te: et nequaquam progredientes de te in parabit mundo. Ieronimus dicit super naum. herodotum dixisse subuersam niniuem a rege medorum tempore iosie. De euersione quoque finali niniue. propheta quod facta est in hunc modum. paludis quoque circundabat eam super inundauit eam. facto pariter terremotu et igne de sublimi emisso: de qua inundatione uidetur scripsisse in libro suo. ibi. Inundans non faciet dominus innocentem: in tempestate et turbine uie eius. Tamen secundum aliam litteram legitur ibi. Mundans non faciet innocentem. Tamen librum suum scripsit post captiuitatem decem tribuum sub ezechia. dum uastaret terram iuda ab assiriis: in quo plenius prophetauit de destructione assiriorum. in consolatione gentis sue. Qui mortuus est tandem in terra sua in pace: et sepultus.

Sub ioathan vidit ysaias dominum sedentem: et seraphin mundavit labia eius. Sub eodem exorsus est prophetare micheas. Et mortuus est ioathan rex iuda: et sepultus in civitate david. Et regnavit pro eo filius eius: achaz. Incidentia.

Sub ioathan: olimpias prima ab eliensibus constituta est. Remus et romulus generantur: ex marte et ylia. De achaz. 16

Anno septimodecimo phacee regis israel: regnavit achaz in ierusalem. Viginti annorum erat cum regnare cepisset: et sedecim annis regnavit. Et ambulavit in via regum israel. Etiam et unum de filiis suis consecravit ydolo. traiciens eum per ignem tophet. in vallem beennon: iuxta acheldemac. Fuit autem quidam filius ennon: cuius vallis illa erat: et ideo dicta est vallis beennon .i. filii ennon. Tunc ascendit rasin rex syrie et phacee rex israel in ierusalem et obsederunt eam. primo: ut ait iosephus. Et congressus cum eis achaz. victus est et occisus est filius eius zacharias et multa milia cum eo: et captus est princeps militie eius dichan. Cumque rediret victor rex israel in samariam cum magna multitudine captivorum. occurrit ei quidam propheta obed. ut odibas. dicens eos non vicisse in viribus propriis. sed propter iram dei contra achaz: arguens eos. quod contribules suos traherent captivos. Quos nisi remitterent: parata eis erat repentina ultio. Tunc ad consilium barachie. qui magnus erat in israel. rex israel exhibuit captivis magnam hospitalitatem: et liberos remisit ad propria. Porro secundo obsederunt ierusalem: rex syrie et rex israel. Cumque timeret achaz nimis: confortavit eum ysaias dicens. Ne timeas ab his duabus caudis ticionum fumigantium. Sed non credidit ei achaz: nec voluit querere signum a domino. Et misit nuntios ad regem assyriorum teglat phalassar: dicens. Servus tuus sum ego. Ascende: et salvum me fac de manu regis syrie et regis israel. Et intravit rex assyriorum syriam et vastabat eam: et ideo rediit rasin in damascum.

Rex autem assiriorum cepit damascum et interfecit rasin et damascenos transtulit in cirenen: que est versus ethiopiam. Est autem alia cyrene: in affrica. Et occurrit ei achaz rex ierusalem in damascum: cum muneribus. Cumque vidisset altare damasci: misit ad uriam sacerdotem in ierusalem exemplar eius. ut construeret ei consimile. Quo facto. cum redisset achaz. altare eneum transtulit a facie templi ad aquilonem: et super altare novum obtulit holocausta et pacifica. De altari vero eneo ut tradunt quidam: fecit illud horologium famosum. De quo: postea dicetur. Et precepit sacerdotibus: ut deinceps super altare novum offerrent. Et deposuit achaz luteres et mare eneum super pavimentum: ut eis nullus uteretur. Musach quoque sabbati et ingressum regis reclusit in templum domini. ut ea cum templo prophanaret: ut sic placeret regi assiriorum. Est autem musach. gazophilacium regum: sicut corbanan sacerdotum. Ingressum vero regis quidam dicunt locum in quo rex adorabat: vel portam per quam ascendebat ad adorandum. Que omnia obturavit achaz: sicut et clauserat templum ne intrarent sacerdotes. Sub eodem: vidit ysaias onus babilonis. Alia translatio: vidit sub ezechia. Et mortuus est achaz: et sepultus in civitate david. Et regnavit pro eo filius eius: ezechias. Incidentia.

Sub achaz: roma condita est in monte palatino. xi. kalendas maii. a gemellis: remo et romulo. Anno ab urbe condita tertio: remus occisus est rastro pastorali a fabio duce romuli. Consularibus ludis sabine rapte sunt et pulcherrima virginum

xviii

Ro

talamon data est sorte duci romuli. Unde quia bene cesserat ei: locus gerendi nuptias dictus est thalamus.

De captivitate x. tribuum.

Anno xii. achaz regis iuda. regnavit osee super israel ix. annis. fecitque malum coram domino: sed non sicut priores sui. Traditur enim dedisse licentiam israelitis. ut ascenderent in ierusalem: ter in anno. Contra hunc ascendit salmanassar rex assiriorum: et factus est ei osee tributarius. Cumque deprehendisset rex assiriorum. quod osee rebellare niteretur per sua regem egipti. cui munera miserat: obsedit eum et vinctum misit in carcerem in niniue. et obsedit samariam tribus annis. et cepit eam nono anno osee. et vi. ezechie. et transtulit israel in assyrios. scilicet x. tribus que remanserant et posuit eos iuxta flumen gozam. ultra montes medorum et persarum. In prima captivitate tum tribuum. creditur captivatus fuisse tobias: et mansit in niniue. Vel forte cum rege osee ductus est in niniue. Cuius historia consummata est sub manasse: filio ezechie. Sed nos eam tractabimus post finem libri regum.

Porro rex assyriorum de diversis gentibus addixit regionibus colonos in samariam: paucos primo. Sed postea assaradon populavit terram: et habitavit in urbibus eius. Cumque essent de quinque regionibus. quinque idola portaverunt in samariam: quia quelibet regio suum. Et omnis populus vocati sunt cuthei. a quibusdam potioribus: inter eos qui venerant de regione persida. que dicta est chuta. a quodam flumine. Greci vero dixerunt eos samaritas: qui et in euangelio samaritani dicuntur. Hebrei vocaverunt eos iacobitas: quia supplantaverant israelitas. a finibus suis. Qui cum venissent in terram israel. immisit in eos dominus leones: et interficiebant eos. Et nuntiatum est regi assyriorum. quod perirent coloni eius: quia legitima dei terre ignorabant. Et misit eis unum de sacerdotibus israel: et legem moysi inscriptam antiquioribus litteris. Et habitabat sacerdos in bethel et susceperunt circumcisionem et legitima dei israel: nichilominus tamen deos suos in excelsis colebant. Unde quandoque hebreos dicunt se propinquos. cum bene erat hebreis: cum vero male. dicebant se nichil esse cum israel.

Migraverunt autem x. tribus de iudea. post annos nongentos et sexaginta septem. ab exitu de egipto. A divisione vero regni fluxerant anni ducenti quadraginta et menses septem. dies septem: secundum iosephum. Multi autem ex israelitis confugerunt in regnum iuda: multi absconderunt se in absconditis et latuerunt in gentibus circumstantibus. Qui post regressum regis assiriorum redierunt ad propria: et habitaverunt cum samaritis.

De ezechia.

Anno tertio osee regis israel: regnavit ezechias in ierusalem. Viginti quinque annorum erat. cum regnare cepisset: et viginti novem annis regnavit. Nomen matris eius abia de ierusalem. filia zacharie postumi zacharie lapidati. Qui convocatis sacerdotibus et levitis. aperuit templum primo anno et primo mense regni sui: et vasa dei reparavit: et restituit sacrificia intermissa. Ipse de consilio sacerdotum fecit phase secundo mense. non in tempore suo. quia non potuit populus primo mense convenire in ierusalem: nec sacerdotes purificati erant. Tamen tanta fuit multitudo: quod multi non purificati comederunt pascha. Et tanta fuit copia victimarum. quod in multis levite suppleverunt officium sacerdotum: et post pascha sollempnizaverunt alios septem diebus. Hic dis

dissipauit excelsa et contriuit statuas et lucos suc-
cidit et confregit serpentem eneum quem fecerat
moyses. cui usque ad tempus illud filii israel ad-
olebant incensum et puluerem eius sparsit in
torrentem cedron et uocauit nomen eius noestam.
quod interpretatur es eorum. q.d. Dicebatur deus: sed non
erat. Sed spreuerunt filii israel: ut redirent ad
cultum dei. Quorum quidam nuntios eius negle-
xerunt: quidam quosdam interfecerunt. Unde et post-
ea ut predictum est: meruerunt captiuari.
Recessit quoque a rege assiriorum: ne seruiret
ei. Ipse percussit philisteos: usque ad gazam et
omnes terminos eorum. a turre custodum us-
que ad ciuitatem munitam: id est presidia et ciui-
tates. Anno quartodecimo regni ezechie.
Ascendit sennacherib rex assiriorum in terram
iuda et cepit ciuitates eorum et misit ad eum
ezechias in lachis: dicens. Recede a me:
et quod imposueris michi feram. Et indixit ei
rex assiriorum trecenta talenta argenti et
triginta auri: et iurauit quod non noceret
ei. Cumque non inuenisset hanc summam
ezechias. in thesauris domus domini et suis: re-
cepit laminas aureas quas ipse affixerat
in ualuis templi. Cumque misisset regi assiri-
orum predictam pecuniam: irritum fecit senna-
cherib iusiurandum. et misit ad obsiden-
dum ierusalem thartan et rapsacen: et castra
metati sunt iuxta aqueductum piscine supe-
rioris. que est in uia agri fullonis et abstulerunt
aquam ciuibus: contentionis piscine. Cumque uo-
cassent regem ad colloquium noluit exire:
sed misit ad eos eliachim pontificem et sobnam
scribam et ioachim a commentariis. Et loqueba-
tur ad eos rapsaces hebraice. Erat enim sa-
maritanus: ut quidam uolunt. fuerat quidam dicentes
eum filium ysaie: qui transierat ad assirios.
et susceperat ritum gentium et factus est cilarches.
Et ait. Hec dicit rex magnus assiriorum ad te o

ezechia. In quo confidis. ut audeas rebellare?
Si confidis in rege egyptio innitens baculo ha-
rundineo. Si spem ponis in deo tuo: numquid
dii gentium et israel. liberauerunt eos de manu
mea? Si spem ponis in populo: dabo tibi du-
o milia equorum: nec poteris apud te inueni-
re ascensores. Et rogabant nuncii rapsa-
cen: ut loqueretur eis siriace: et non iudaice:
audiente populo qui erat super murum. Tunc excla-
mauit rapsaces: contra ad populum. Dicit rex
magnus assiriorum. facite mecum quod uobis est u-
tile: ne comedatis stercora uestra et bibatis
urinam uestram. Egredimini ad me et uiui-
mini bonis uestris: donec ueniam ad uos et
transferam in terram que est similis uestre. Cumque
retulissent nuncii comminationes istas ad
ezechiam: scidit rex uestimenta sua et opertus est
sacco et ingressus est domum domini. et misit predic-
tos nuncios et senes de sacerdotibus opertos sac-
cis ad ysaiam: dicentes. Hec dicit ezechias. Dies
hic. est dies tribulationis nostre: et increpationis
diuine. Ora pro reliquiis israel. si forte deus au-
diat blasphemiam rapsacis et uindicet. Et
respondit ysaias. Hec dicit dominus ezechie. Noli
timere. Ecce ego mittam regi assiriorum
spiritum et audiet nuncium et reuertetur in terram
suam: et deiciam eum gladio in terra sua. Et re-
cessit rapsaces a ierusalem: et inuenit regem
assiriorum expugnantem lobnam. Transiuit
autem rex ad egyptum expugnandam: ut trium-
phans rediret ad euertendam ierusalem. Cumque
obsedisset pelusium: audiuit taracham
regem ethiopie. cum multo exercitu ueni-
re in auxilium egyptiorum. Et turbatus rex.
dixit taracham sacerdotem esse uulcani: et
ideo non dimicaret cum eo. et rediit in iude-
am: et obsedit ierusalem. Herodotus tamen: aliam
causam reditus sui tradit. Orante namque re-
ge egyptiorum ad deum: multitudo sonitum

in una nocte comedit cordas arcuum in castris eius. et facti sunt assirii inermes. et dicit rapsacen cum exercitu remansisse circa ierusalem: et sennacherib redisse ad eum de egipto. Verumtamen ante reditum sennacherib de egipto in iudeam: hec facta sunt. **De signis trium annorum que predixit ysaias.**

Cumque egrederetur sennacherib iudeam. ut transiret in egiptum: misit ezechie litteras terribiles et comminationis plenas. dicens quod deus israel non posset eum liberare de manu sua. Tunc ascendit ezechias in domum domini et expandens litteras coram domino: orauit dicens. Domine deus israel audi uerba sennacherib. quibus exprobrauit te nobis: salua nos obsecro de manu eius. Tunc misit isaias ad ezechiam. significans uerba domini ad sennacherib: in hunc modum. Spreuit te sennacherib uirgo filia syon: mouebit caput post tergum tuum cum fugeris. Exprobrasti sanctum israel. Viribus tuis ascendisti: quod uastasti iudeam. Sed ex diebus antiquis ego plasmaui illud. et nunc adduxi: id est ego qui ab eterno disposui quod sic flagellarem peccantes. nunc impleui. Ego auctor fui: tu minister. Ponam itaque circulum in naribus tuis. sicut fit bubalo et chamum in labiis tuis. sicut fit equo: et reducam te in terram tuam. Tunc addidit ysaias uerba sua ad ezechiam: dicens. Tibi autem o ezechia: hoc erit signum liberationis tue. Tercio anno recedet a te sennacherib: non rediturus. Ego autem predico tibi. quod facies hoc anno et quod secundo: ut cum uideris impleta. scias uerum esse quod predixi de tercio. Comede hoc anno quod reppereris ut secundum ysaiam que sponte nascuntur. uel secundum lxx. que prius seueras. Imminente messione irruerant assirii: et uastauerant segetes. uineas et oliueta. Sed quedam inter ungulas equorum calcantium euaserant. Vnde dicunt lxx. Comede que prius seueras. Etiam de conculcatis quedam sponte germinauerunt: de quibus dicit ysaias. Comede que sponte nascuntur. Etiam cum presensissent aduentum sennacherib. congregauerant sibi undecumque uictualia: et reposuerant in ierusalem: de quibus dicit liber regum. Comede quod reppereris. Porro secundo anno comede que sponte nascuntur. uel secundum ysaiam pomis uescere: quod idem est. Secundo enim anno dum moraretur sennacherib in egipto. quia defuerant eis predicta uictualia. multiplicauit eis dominus habundanter: que sponte gignit humus. Porro in tercio anno fugato hoste. securi seminate. metite et comedite. Et hii de ierusalem egredientur reliquie: et quod saluatum est de monte syon et quod reliquum est de domo iuda: mittet radicem deorsum et faciet fructum sursum. Per simile arboris loquitur. que quanto profundius figit radicem: tanto copiosius et altius facit fructum. Et est sensus. Multitudo populi que fugit de iudea ante faciem hostium et recepit se in ierusalem ut saluaretur: fugato hoste redibit in terram suam et replebit eam. Hoc audito gauisus est ezechias. et de consilio ysaie et sapientium. obturauit capita fontium extra urbem. et exitus aquarum in iudea. ne redeuntes assirii inuenirent aquarum habundantiam. Tunc obturauit ezechias superiorem fontem aquarum gyon. et auertit eas subter ad occidentem urbis dauid: ut influerent piscinam interiorem. Fecit etiam ante fontem syloe quoddam stagnum. in quo colligerentur aque et reseruarentur ciuibus in usum obsidionis. et secundum epiphanium ad preces ysaie copiosius solito egressa est aqua de fonte syloe. Hoc autem stagnum: uocatur in euangelio natatoria syloe. **De fuga sennacherib.**

Factum est autem: post annum rediit sennacherib ab

egypto. et cum iudeam vastasset: tandem obsedit
Ierusalem. Sed in eadem nocte: angelus domini percussit
in castris assyriorum .c. octoginta quinque milia
a. et timens sennacherib fugit cum .x. viris tantum.
ut aiunt hebrei: et rediit in niniven. Cumque
adoraret in templo nesrac deum suum: adra
melech et serasar filii eius percusserunt eum gladio.
et fugerunt in ararach partem armenie campe
strem et uberem. ad radicem montis tauri. per
quam fluit araxes. et regnavit pro eo: filius eius as
saradon. Indignati erant maiores filii
in patrem: quod filium minorem natu prefecerat
eis in regem. eo quod magis diligeret matrem illius
quam ipsorum. In hoc autem ostensus est senna
cherib nequior populo: quod parricidio filiorum
est reservatus. Porro ierosolimite videntes
stragem hostium: egressi sunt et spoliaverunt ca
stra. Spolia vero mortuorum tollentes: excus
serunt ex eis pulverem tantum. Nam ignis
divinus latenter eorum cadavera incine
raverat. De egressu solis.

Ezechias autem post inopinabilem et in
credibilem triumphum. licet secundum iose
phum cum populo deo hostias immolasset: non tamen
digne gratias egit. nam et animo elatus est et tantum
cum non cantavit. sicut in huiusmodi face
re consueverant patres: et propterea egrotavit usque
ad mortem. Et venit ad eum ysaias: et ait.
Hec dicit dominus. Dispone domui tue: quia mo
rieris tu et non vives. Contristatus est ezechias.
eo quod filium non haberet. non quod domum relinque
ret desolatam. sed ne forte frustraretur in
eo promissio facta david de christo. et conversus ad pa
rietem: flevit amare. forte: ut secretius
oraret. et ne astantes lacrimas eius viderent.
Vel forte ad parietem porticus templi: iux
ta quam cubabat. et quia in porticum ascendere
non poterat ad orandum: saltem ad faciem eius ora
vit. dicens. Obsecro domine: memento quomodo am
bulaverim coram te in veritate. et cetera. Et si non
peccavi. parte: ne pereant apud te. que feci
Porro antequam egrederetur ∫ coram te.
tur ysaias mediam partem atrii: di
xit ad eum dominus. Redi: et dic ezechie. Hec di
cit dominus deus david patris tui. Audivi orationem
tuam: et vidi lacrimam tuam. Ecce sanavi te. Di
e tercio: ascendes in templum. Diebus tuis: addam
xv. annos. De manu regis assyriorum. cuius
reditum times: liberabo te et urbem hanc.
propter me et propter david servum meum. Hic apparet.
quia manasses nondum natus erat: qui post mortem
patris cum regnare cepisset .xii. erat an
norum. Et ait ezechias. Quod erit signum quia
dominus sanabit me? Cui ysaias. Vis ut as
cendat umbra .x. lineis in horologio. an
ut revertatur totidem gradibus? Erat enim hora
diei decima: et umbra gnomonis descen
derat per .x. lineas. Dedit ergo regi optionem
signi. utrum vellet quod sol staret per spaci
um .x. horarum immobilis: vel rediret ad ori
entem et iterum inchoaret diem. Quolibet autem
istorum fieret: adderentur .xii. horis diei .x.
hore. Huic sensui consonat hebreus: dicens.
Vis ut stet umbra .x. lineis. an ut reverta
tur? In ysaia quoque de reditu solis ad ortum.
tamen agitur: et non de ascensu umbre. Ve
runtamen super librum regum sic exponitur. Vis
ut ascendat umbra .x. lineis. procedente
sole super terram. per boreales plagas versus orien
tem. sicut per noctem cotidie sub terra procedit so
le. et sic completis .x. horis statim redeat
ad locum ubi nunc est et perficiat diem istum? Ete
legit rex ut rediret sol ad orientem. Si
enim staret: alicui cause naturali pos
set ascribi. Vel forte quia iam alio tempore factum
fuerat sicut sub iosue: signum inauditum
elegit. Et statim sol stans in oriente. rever
sus est tamen per .x. lineas: per quas iam descenderat.

tem fecit ysaias afferri massam ficuum: et cataplasmaverunt super vulnus eius. Hebreus magister ipse dicit: super ulcus eius. Quidam suspicantur fuisse apostema. cuius saniem in cutis superficiem provocant siccioribus ficis contusis. Porro aquila. simmachus et theodotio. regium morbum fuisse dicunt: cui quia dulcia vel sumpta vel apposita contraria putantur. Et ita potentia dei monstrata est: cum per res noxias sanitas est restituta. Et convaluit ezechias. Et die tercia ascendens in templum: ait. Ego dixi domine: id est dum egrotarem penes me cogitavi. in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. id est non dum suscepta sobole quam expectabam. descendam ad inferos. Et dum hoc cogitarem: quesivi a te orando. residuum annorum meorum. ut prius velles me patrem fieri. quam animam expirari. Huic cantico ezechie: premittunt .LXX. titulum talem. Oratio ezechie: regis iude. Sed melius est in ysaia. Scriptura ezechie: regis iude. Nusquam in hoc cantico. narravit tamen quod cogitaverat. vel oraverat. dum egrotasset. et non oravit in eo. nisi duobus locis: tantum. Ibi. Domine responde pro me. Et in fine. Domine salvum me fac.

De morte ezechie.

In illo tempore: misit merodach baladan filius baladan. rex babylonis. litteras et munera ad ezechiam: petens ut eius socius esset et amicus. Nam eo tempore. rex medorum et rex babyloniorum recesserant a monarchia assyriorum. sub assaradoch: ne essent sub eo. Precipua tamen causa legationis huius creditur fuisse. Caldei vigebant in astronomia: nec poterant invenire secundum artem suam. quare dies fere in duplum protensa fuerat. et tandem audierant hoc per regem ierosolimorum factum esse: et miserunt ad eum ut sciscitarentur rei veritatem. Preterea caldei adorabant solem et miserunt regi munera: ut honorarent hominem quem honoraverat deus eorum. Et letatus est ezechias: in adventu eorum et tamen elatus est in animo suo: nec fuit in domo sua. nec in omni potestate sua. quod non ostenderet eis. et domum aromatum. quam quidam tradunt fuisse cellam aromatum in templo domini. in quod inducere gentiles. nefas erat. Secundum epiphanium vero domus erat longissima. quam fecit salomon iuxta descriptionem patris sui. contra orientem syon. et fecit occultum aditum compositione longe a civitate: quod deprehendi ab universo populo nequeat.

Pluribus quoque sacerdotibus ignota erat. Illuc que posuit rex aurum et aromata. que advecta erant de ethiopia. In ea post sepulcra regum: erant sepulcra pontificum. et postremo: sepulcra prophetarum. Hoc secretum david et salomonis. ezechias gentibus denudavit: et ossa patrum contaminavit ex presentia prophanorum. Et ab ipso die: sterilis factus est. Porro cum abissent legati: venit ysaias ad regem et ait. Quid dixerunt viri isti. et unde venerunt ad te? Qui cum indicasset ei. quod quesierant: dixit ysaias. Hec dicit dominus. Ecce dies venient. et auferentur in babylonem omnia que sunt in domo tua. et que absconderunt patres tui. Sed et de filiis tuis erunt eunuchi: in palatio regis babylonis. Hoc impletum esse fabulantur hebrei in daniele et sociis eius. qui cum ioachim filio iosie capti sunt. Sed verius creditur. eos eunuchos fuisse non corpore sed mente. Et respondit ezechias. Bonus est sermo domini. Sit pax et veritas in diebus meis. Et dormivit ezechias: cum patribus suis. Et celebraverunt exequias eius universus iuda: et sepelierunt eum super sepulcra filiorum david. id est eminentius sepulcrum ceteris fecerunt ei. causa pietatis qua coluit deum. Ipse enim

sic commendatur in libro regum. Non fuit similis ei. neque ante eum neque post de cunctis regibus iuda. In hoc excipitur david: quia nondum erat sub eo regnum iuda. Si queritur de iosia: dicimus quod iosias melior fuit eo. sed iste preponitur ei in hoc quod magnificatus est preclaris bellorum titulis. et quod tam inaudita fecit dominus pro eo. scilicet regressum solis. additionem annorum. stragem hostium per angelum.

In diebus ezechie: **Incidens.**

Syracusa et catina in sicilia condite sunt. Romulus milites ex populo sumpsit: quos ex mille unum. Cures quos sub statio rege sabinorum romulo fauebant: quirites appellauit. Centum elegit senes. quos appellauit patres. Romulus apud paludem capree nusquam comparuit: et suadente iulio quirinum nomine consecratus est. Post romulum senes per decem singuli per quinos dies rempublicam rexerunt: per annum fere et dimidium. Quod regnum appellatum est inter regnum. Secundus a romulo regnauit numa pompilius: qui predictos senes senatores appellauit. Hic primus congiarium militibus dedit. id est imperialem largitionem in sui promotione. Ianuarium et februarium anno addidit: fundamenta capitolii iecit. Sibilla erictea claruit.

De manasse et ysaie obitu.

Post ezechiam: regnauit manasses filius eius pro eo. Duodecim annorum erat cum regnare cepisset: et lv. annis regnauit in ierusalem. et fecit malum coram domino. Edificauit excelsa que dissipauerat pater eius. et erexit aras baal et lucos. et extruxit altaria militie celi. in duobus atriis templi. et posuit ydolum luci in templo domini. et traduxit quendam filium suum per ignem tophet. ariolos. augures. phitones. et aruspices multiplicauit. et errare fecit iudeam in uiis gentium. Cumque arguerent eum prophete missi a domino. neminem eorum parcebat: sed plateas ierusalem sanguine prophetarum purpurauit. Insuper aliorum sanguinem innoxiorum fudit multum nimis: donec impleret ierusalem usque ad os. Ysaiam quoque auum maternum secundum hebreos: affinem suum: electum extra ierusalem. iuxta piscinam syloe. serra lignea per medium secari fecit. Qui cum in principio sectionis angustiaretur: petiit sibi dari aquam ut biberet. et cum nollent ei dare: dominus de sublimi misit aquam in os eius et expirauit. Hec tamen carnifices a sectione destiterunt. Ob hanc aque missionem confirmatum est nomen syloe: quod interpretatur missus. Hi sepelierunt eum in sepulcro prophetarum. scilicet sub quercu rogel. iuxta transitum aquarum. quem fecerat ezechias in memoriam miraculi quod fecerat dominus in aquis illis ad preces ysaie.

Tradit enim epiphanius quod dum sennacherib rediret ab egipto. premisit exercitum ad obsidendam ierusalem: qui castrametatus est circa piscinam syloe. ut aquis eius uterentur. Erat quoque separatim: quasi communis. Nam et ciues ad eam ascendere poterant: et hostes. Orans autem ysaias obtinuit a domino ut cum egrediebantur ciues. erat ibi aque sicut prius. Cum autem ascendebant hostes. siccabantur aque prius: ita ut mirarentur assyrii. unde essent aque in urbe. Porro in iugem memoriam huius facti: adhuc aque syloe non iugiter. sed incertis horis ebulliunt. Cumque in propria persona accessisset sennacherib: facta est strages supradicta in exercitu ipsius. In tante rei memoriam populus glose prophetam sepeliuit in loco predicto: ut etiam corporibus eius post mortem indesinenter huius aque beneficio potirentur.

De morte manasse.

Immisit quoque dominus aduersus manassem regem babyloniorum. Qui depopulatus est iudeam: et manassem dolo captum traxit in babilonem. et pluribus afflixit tormentis. et intelligens manasses hanc esse manum dei: egit penitentiam. et attente orauit ad dominum. et mi

seruus domini: reduxit eum in regnum suum. Qui cum uenisset ierosolimam: deleuit ydola. lucos. et aras. que fecerat. ita ut in memoriam posterorum nichil super esset: et restituit cultum domini sicut prius. et populum id ipsum agere docuit. et sic a priori conuersatione mutatus est. ut non sine grandi admiratione uitam ageret beatam. Murosque ciuitatis et turres et antemuralia: multa munitione firmauit. Et mortuus est manasses. et sepultus in horto domus sue. in horto aza: et regnauit amon filius eius pro eo. Incidentia. His diebus manasse sibilla erofila claruit: in samo. Unde et samia dicta est. Parthenii tarentum condiderunt. Glaucus de chio. primus ferri glutinum inter se excogitauit. Tercius romanorum rex: tullius hostilius. Hic primus regum romanorum: purpura et fascibus usus est. Qui post longam pacem. bella reparauit. albanos. uegentes. fidenates. uicit: adiecto monte celio ampliauit urbem. Tandem cum domo sua: fulmine conflagrauit. De amon et iosia.

Porro amon uiginti et duorum annorum erat cum regnare cepisset: et duobus annis regnauit in ierusalem. ch. lxx. dicunt: xxii. Qui fecit malum coram domino: sicut pater suus in iuuentute sua fecerat. Et tetenderunt ei insidias serui sui: et interfecerunt eum in domo sua. Populus autem percussit eos qui interfecerant regem: et sepelierunt eum cum patre suo: et statuerunt sibi regem iosiam filium eius pro eo. Octo annorum erat iosias cum regnare cepisset: et xxx. et uno anno regnauit in ierusalem. Et ambulauit in omnibus uiis dauid patris sui: et non declinauit ad dexteram. neque ad sinistram. Qui in quarto regni sui anno. quo erat etatis duodecimus: ut dicit iosephus. pietatem et iusticiam mirabilem in se sanctam demonstrabat. Et sanctam populum secum reuocabat ab ydolatria: et opera praua uelut senior emendabat.

Porro anno regni sui octauo: omnem ciuitatem et prouinciam a cultu ydolorum purgauit: ut nullum uestigium ydolatrie super esset. Scrutabatur et domos. ne quod latens remaneret suspectum: et in unaquaque causa iusticiam coluit. tanquam anime sue medicinam. Misitque in totam prouinciam. ut deferrent ad reparationem templi munera pro sua uoluntate unusquisque. Et preposuit huic operi helchiam sacerdotem magnum. et amasiam qui erat super ciuitatem. et saphan scribam. et facta est templi reparatio fideliter. et indilate. De ieremia.

Anno tertiodecimo regni iosie exorsus est prophetare ieremias filius helchie de sacerdotibus anathot. in terra beniamin. tertio ab urbe miliario. et prophetauit usque ad euersionem urbis. xl. annis et uno: preter illud tempus quo in egipto prophetauit in thanis. Et cum puer esset: dixit ei dominus. prophetam in gentibus dedi te. Qui cum dixisset. a. a. a. domine deus nescio loqui. quia puer ego sum: misit dominus manum suam et tetigit os eius et ait. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Ex tunc licet esset adolescens cepit prophetare et predicare. mane consurgens et frequens stans in porta domus domini et in atrio templi. Et ostendit ei dominus signa euersionis ierusalem quam predicabat. Primo signo significauit ei auctorem euersionis illius deum. Ostendit enim ei quasi furem uigilantem cum uirga: ut dampnificaret dormientes. Sic enim dominus iam uigilabat: ad percutiendum populum suum. Secundo uero signo ostendit ei dominus. quo ministro ad hoc uteretur. per ollam succensam a facie aquilonis: et ait. Ab aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores huius terre. id est a chaldeis: qui iuxta situm ierusalem ab aquilone uenerunt.

Has duas visiones vidit sub iosia. de tercia
incertum est. Verisimile tamen putatur quod sub aliis re-
gibus vidit eam: sicut et cetera que secuntur. In tercia
enim visione: ostendit ei dominus causam eversionis.
Nec fuit hec visio ymaginaria: sed corporalis.
Precepit enim dominus ut tolleret lumbare suum: et
absconderet illud super eufraten. et post multos
dies ex mandato domini revertens. invenit
illud putrescens. et nulli usui aptum. Et ait ei
dominus. Sicut adheret lumbare ad lumbos viri: sic
agglutinavi michi domum israel et domum iu-
da. Sed quia recesserunt a me. fornicando post deos
alienos. quasi putrescent: trans eufraten cap-
tivati. Reliqua ieremie: locis suis trac-
tabimus. De inventione deuteronomii.

Porro octavo decimo anno regni
iosie. precepit iosias helchie. ut re-
siduum pecunie que oblata fuerat ad templi
reparationem conflaretur. et fierent inde vasa
ad ministerium domini. Cumque helchias omnia
diligenter scrutaretur: invenit librum moysi
in templo. forte aperiens archam. et invenit deu-
teronomium quem moyses reponi fecerat
in ea: et misit eum regi per manum saphan. Qui
cum legisset coram rege: scidit rex vestimen-
ta sua. Audierat enim maledictiones scriptas
in transgressores legis. et crebras comminatio-
nes domini. quod si sequerentur ydola. eiceret eos de
terra quam dederat eis. sicut eiecerat amorreos a
facie eorum: et mirabatur quod adhuc essent in
terra. et videbatur imminere captivitatem. Et pre-
cepit helchie et viris prudentibus. ut con-
sulerent dominum super se: et super populum suum. Qui
descenderunt ad oldam prophetissam. uxorem
sellum. que habitabat in ierusalem. in secunda. id est
in secundo ambitu muri. quem fecerat hel-
chias. de quo dixit sophonias. et ululate
a secunda. forte non invenerunt ieremiam: vel po-
tius nullius adhuc nominis erat. Et respondit

olda. Hec dicit dominus. Ecce adducam mala que scripta
sunt in libro legis super locum hunc et habitato-
res eius: quia irritaverunt me in cunctis operibus
manuum suarum. Succendetur indignatio
mea: et non extinguetur. Regi autem qui misit
vos: dicetis. Hec dicit dominus: Pro eo quod audisti
verba voluminis. et perterritum est cor tuum et hu-
miliatus es. differentur hec mala: nec fient
in diebus tuis. et colligam te ad patres tuos. in
pace. Quod non est intelligendum de pace ipsius
regis. ipse enim occisus est a pharaone: sed de pa-
ce populi. id est priusquam inferret populo. que commi-
natus fuerat. His auditis mittens rex
in omnem provinciam. congregavit omnem
populum in ierusalem. et stans super gradum. legit
cunctis audientibus omnia verba libri: et per-
cussit fedus coram domino. et compulit omnes sacra-
menta prestare: ut leges moyseas per omnia
custodirent. Et delevit aruspices et ma-
leficos omnes. et omnia vestigia ydolatrie re-
degit in pulverem: et vestigia quedam etiam ser-
pentis enei quem conflaverat ezechias redegit
in pulverem. ob hoc in prologo sophonie le-
gitur iosias contrivisse eum. et contaminavit excel-
sa. et vallem topher. et ignem moloch. forte
ossa mortuorum ubique sparsit. [illegible] et quibus-
libet alia inmunda: ut potius ab[illegible] homina-
bilis quam venerabilis locus [illegible] appa-
reret. Equos quoque solis et curr[illegible] quos de-
putaverant reges iude in introitu templi
iuxta exedram nathanmelech eunuchi:
penitus destruxit. fecerant ibi iudei ydo-
lum solis quasi puerum inberbem. quia nullum
patitur senium: sed cotidie renovatur. fecerant
etiam ei equos et currum: putantes quod in hunc
modum heliam transtulisset. Et ascen-
dens rex in bethel: super altare quod fece-
rat ieroboam combussit ossa sacerdotum et
falsorum prophetarum. eruta de sepulcris excelso-

rum. iuxta libū abdon pphe. Et uius titu
lum cū legisset in sepulcro: pcepit ne mo
uerent ossa ei. nec etiā illi cū quo sepult
erat. Jd ipsm fecit in excelsis samarie. 7 in
urbib; manasse. 7 effraim. 7 symeon. usq;
in neptali. ossa de tumulis excelsorū eru
ta. sup altaria cōburens: 7 tā ossa qm al
taria in puluem redigens. Hoc pdictū
erat de iosia: añ annos trecentos 7 sexagin
ta. 7 unū. 7 reu̇sus in ierlm fecit phase: cō
uocans ad illd 7 filios isrl. q̄ captiuitatē
assyrioꝝ aliquo m̄ effugant. l' 7 de cap
tiuitate aliq̄ casu redierant. 7 tradit ex eis
hūisse ad undecī milia nathinneoꝝ.
Non ē fcm phase tale: a dieb; iudicum.
Jn palipom. legit: a dieb; samuel. Qd
posset dici uicio scptoꝝ fcm. 7 scptū ēē
samuel. p salomonis: n̄ id ipsm in io
sepho legeret. Pot g intelligi. qd sa
muel fecit phase: 7 si in historia n̄ lega
tur. Qd añ iudices fecint phase. certū
ē: qm moyses 7 iosue iudices fuert. Et
fcm ē hoc phase in ierlm: octauodeci
mo anno regni iosie. De morte iosie.
Jn dieb; ei ascendit pharao nechao rex
egipti: cont regē assyrioꝝ. Audierat e
nim eū iam debilitatū. qr medi 7
babylonii. a monarchia ei recessera
nt: 7 estimabat qd de facili pos
set optinere syriā. Pmo aggressus erat
regē adremon: q regnabat tc in carcha
mis. Descendit g iosias in occursū ei:
phibens ne transitū faceret p iudeā. 7 mi
sit pharao ad iosiā: dicens. Qd m̄ 7 t.
rex iuda: Non aduersū te uenio: ad eu
fratē ppero. Mittit me ds: ad medos.
Sine me: ne ds q mecū ē. interficiat te. 7
n̄ adquieuit iosias: s; cū rege adremon
cōponebat acies. ut dimicarent aduers
pharaonē. 7 forte dū transisset a curru in cur
rū. q sequebat eū more regio: occisus ē
a sagittariis in campo magedon. Et
planxit eū insolabilit adremon rex: cū
exercitu suo. Vn: illd dcm dictū ē. Erit
planct: sic planct adremon. Tradit añ
qd iuxta arborē 7 fontē occisus fuit: q
statim aruerūt. 7 relat ē in ierlm: 7 se
pult in mausoleo pm suoꝝ. Et plan
xit eū unius iuda 7 ierlm. 7 maxime
ieremias. q sup exequias ei scpsit threnos
lamentabiles. Quo m̄ sedet sola ciuitas.
7 c. Qb; utebant cantatores 7 cantatri
ces: sup exequias iosie. 7 longis tēpib; in
iudea sup iosiā eos replicabant. qb; p
ea sup addidit idē ieremias lamentaci
ones: sup excidio ciuitatis. Jncidentia.
Jn dieb; iosie. quart romanoꝝ rex. anc
marci nume nepos ex filia. auentinū
montē. 7 ianiclm urbi addidit. supra
mare. xvi. ab urbe miliario ostiā con
didit. oraclo dodoneo: pmū grecia usa
ē. Quint romanoꝝ rex tarquini pscus: q
circū rome edificauit. muros 7 cloa
cas 7 capitoliū exerxit. ludos romanos
instituit. arion: a delphino in thena
rum deportat dr.
Reliquit añ iosias tres filios. elia
chim. q 7 iechonias primogenitū.
xxv. annoꝝ: mediū añ ioachaz. q 7
sellū dictus ē. xxiii. annoꝝ. 7 tciū ma
thaniā. circit. viii. annoꝝ. Tulit g
ppls tre medium filiū ioachaz: 7 cō
stituit eū regē p pre suo. Q tribus m̄
sib; tm: regnauit in ierlm. Nā ut
dicit palipom. ueniens rex egipti
in ierlm. amouit eū. 7 imposuit
mulctā tre. c. talenta argenti. 7 unū
auri. 7 cōstituit regē p eo frēm ei p

ingenitum eliachim. et tributarium: et muta-
to nomine vocavit eum ioachim. ut mutatio
nominis signum esset subiectionis. Et dixit sec-
ioachat in dolo: sub spe honorandi eum
in egipto. Nam cum venisset in reblata:
vinxit eum et ligatum misit in carcerem in e-
gipto.

De ioachim.

Porro ioachim xxv annorum erat cum regnare cepis-
set: et xi annis regnavit in ierusalem. Et fecit
malum coram domino: iuxta omnia que fecerant
patres eius. Cumque argueret eum urias propheta: com-
minatus est ei valde. Et fugit urias in egiptum:
et misit post eum ioachim et reduxit eum et morte
turpissima interfecit eum. Anno quarto
regni ioachim: cepit regnare in babylone
nabugodonosor. Qui victo rege egipti: tulit omnia
que eius fuerant. a rivo egipti. usque ad flumen
eufraten. Et transiens eufraten. omnem sy-
riam usque ad pelusium cepit: preter iudeam.
Porro anno quarto ioachim locutus est ieremias
ad omnem populum iuda et ad cives ierusalem: di-
cens. A tercio decimo anno iosie. locutus sum
vobis verba domini et hodie xxiii annus est: et non
audistis me. Propterea hec dicit dominus. Adducam
servum meum nabugodonosor super terram hanc et super omnes
nationes que in circuitu eius sunt: et servient re-
gi babylonis lxx annis. Cumque impleti
fuerint lxx anni. visitabo super regem baby-
lonis et super terram caldeorum iniquitatem eorum et po-
nam illam in solitudines sempiternas. Et mira-
bantur quod tam audacter loquebatur. Nam et in
principio regni ioachim. cum staret in atrio
templi et dixisset. hec dicit dominus. dabo domum
hanc sicut sylo et urbem hanc dabo in male-
dictionem: apprehenderunt eum sacerdotes et prophete.
et omnis populus dicentes. morte moriatur. Et
ascenderunt de domo regis principes iuda:
et sederunt in porta domus domini et accusabant
ieremiam: sacerdotes et prophete. Qui respondit. Mi-
sit me dominus: ut prophetarem ad universum locum istum.
Ecce in manibus vestris sum. facite quod rectum
est in oculis vestris. Et liberaverunt eum principes a
manibus populi et maxime aichan filius saphan.
dicentes quod micheas in diebus ezechie simi-
lia predicasset et multi prophete in diebus regum:
nec aliquid a regibus perpessi sunt. sed honorati.
Clauserunt tamen principes ieremiam: ne pub-
lice predicaret. Dixitque ei dominus ad ieremiam. Tol-
le volumen et scribes omnia verba que locutus sum tibi
adversus iudam et alias gentes: a diebus iosie us-
que ad diem hanc. Et vocavit ieremias
baruch filium nerie. Et scripsit baruch ex ore
ieremie omnes sermones domini. Et dixit ad eum
ieremias. Clausus sum: nec valeo ingre-
di domum domini. Ingredere ergo tu et lege que scrip-
sisti: in die ieiunii audiente populo: et uni-
versis qui veniunt de civitatibus suis. Et fecit
baruch sicut preceperat ei ieremias: sepe legens
in domo domini. xi.

xxxvi f — xxxiiii

Factum est autem in anno quinto ioachim. in men-
se nono: predicaverunt ieiunium omni populo
in ierusalem et universis qui confluxerant de iuda. Et
legit baruch sermones ieremie: in introi-
tu porte nove domus domini. Quod cum audis-
set filius gamarie micheas: descendit ad
principes et seniores domus regis. qui sedebant
in gazophilatio scribe. Qui cum intimasset eis
que audierat: advocaverunt ad se baruch.
Qui cum legisset omnia verba coram eis: obstupu-
erunt et dixerunt ei. Abscondere tu et ieremi-
as: et nemo sciat ubi sitis. Et ingressi sunt
ad regem: qui sedebat in domo hyemali.
mense nono. Et posita erat arula coram eo: ple-
na prunis. Cumque legisset iudi filius na-
thanie tres pagellas vel quatuor: scidit rex
volumen scalpello scribe et proiecit in ignem
donec consumeretur: quibusdam tamen contradicentibus.
Et precepit rex servis suis: ut comprehen-

dent baruch ⁊ ieremiā. Dn̄s aūt abscon
dit eos. Et dx̄ iterū dn̄s ad ieremiā. Scribe
rursum in uolumine om̄s sermones: q̄s
cōbussit ioachim. ⁊ sup addes plures: ⁊ p̄
cipue ea que dix̄ dn̄s cōtra ioachim. Non
erit ex eo q̄ sedeat sup soliū dd̄. ⁊ cadau
er̄ piciet̄ ad estū p diem. ⁊ ad gelu p nocte̅.
Non plangent eū. ue fr̄. ue soror: i. n̄ plā
gent eū fr̄ ⁊ soror. dicentes ue. Non con
crepabunt ei: ue dn̄e. ⁊ ue inclite. Se
pultura asini sepeliet̄: putfact̄ ⁊ pict̄
extra portas ierl̄m.

De nabugodonosor. ⁊ morte ioachim.

Factum ē aūt in anno. vii. ioachim. ip̄e ē an
nus q̄rtus nabugodonosor. ascendit nab.
in iudeā: ⁊ depp̄labat̄ eā. Rechabite aūt
q̄ habitabant in tab̄naclis seorsum ab
hoīb;: timentes ascenderunt in ierl̄m.
ut saluarent aīas suas. ⁊ dixit dn̄s ad
ieremiā. Vade. ⁊ introduces om̄s recha
bitas in unā exedrā thesauror̄: iuxta
domū dn̄i. Et introdux̄ eos in gazo
philatiū filior̄ hennā. ⁊ posuit corā eis
cyphos ⁊ calices plenos uini: dicens. Bi
bite uinū. Q̄ r̄ńderūt. Non bibem̄: q̄r
ionadab fili̅ rechab pater nr̄. p̄cepit
nob̄ dicens. Non bibetis uinū. uos ⁊
uxores ur̄e ⁊ filii. usq; in sēpitnū. nec
domū edificabitis. sementem n̄ seretis.
uineas n̄ plantabitis. in tab̄naclis
habitabitis cunctis dieb;: ut uiuatis
multis dieb; sup t̄rā. in qua p̄egrina
mini. Et it̄ ait dn̄s: ad ieremiā. Dic
habitatorib; ierl̄m. h dic̄ dn̄s. Num
q̄d n̄ accipietis disciplinā ut obedia
tis m̄i. sic rechabite pat̄ suo? P̄pt̄ea in
ducā sup uos mala: q̄ locutus sū. De
stirpe uero rechab n̄ deficiet uir: stans
in ꝯspectu meo. Porro cū ascendis
set nabugodonosor in ierl̄m. cepit ioachī
⁊ ligauit eū. ⁊ trahebat secū in babylonē:
⁊ nobiles cū eo. In t̄mīe ū imposuit ei na
bugodonosor t̄butū. ⁊ remisit eū in ierl̄m:
s; obsides traxit secū pueros de semine re
gio. daniel ⁊ t̄s pueros ⁊ seruiuit ei ioachī
trib; annis. S; cū audisset q̄d rex egipti cōtra
pugnare uellet cōt̄ nabuḡ: negauit ei t̄
butum q̄d p̄miserat. Et ascendens rex ba
bylonis in ierl̄m: sub iure fedis intrauit
eā. S; cum intrasset: fidē n̄ seruauit. s; iu
uenes fortissimos q̄sq; occidit. una cū rege
ioachim quē etiā an̄ muros insepultum
pici iussit. Et q̄r n̄ seruauerunt ei fidē ho
stes: ideo forte lib̄ regū uocat eos latrun
culos. dicens. ⁊ immisit dn̄s in ioachim
latrunclos caldeor̄ ⁊ syrie. ⁊ moab. ⁊ amon:
ut dispderent eū. iuxta u̅bum dn̄i. Nā
stimata inuenta s̄t in corpore occisi. cōtra
legem: ⁊ nom̄ ydoli q̄d colebat. chodonazor.

De iechonia.

Et constituit na
buḡ. filiū ei̅ regem. ioachī iechoni
am: eq̄uocū. s. p̄ri. Decē ⁊ octo annor̄ erat
ioachim cū regnare cepisset: ⁊ trib; m̄ m̄
sib; ⁊ x. dieb; regnauit. Nā cum recessis
set nabuḡ: timuit ne ioachī memor ne
cis patrie adheret egiptiis. ⁊ pugnaret ad
uersus eū. ⁊ ideo rediit. ⁊ obsedit ierl̄m. S;
ad uocem ieremie eg̅r̅ssus ē ioachim ad eum.
cū matre. ⁊ om̄i domo sua ⁊ p̄ncipib; ei̅.
⁊ suscepit eos rex babylonis. anno octauo
regni sui. ⁊ tulit uniu̅sa uasa aurea. de
domo dn̄i. ⁊ thesauros dom̄ regie. ⁊ t̄nstu
lit in babylonē cū rege ⁊ matre ei̅. de do
mo regia circit̄ duo milia. de p̄ncipib;
⁊ uiris robustis septē milia. artifices ⁊ in
clusores mille. In summa: q̄i x. milia. in
ter q̄s erat mardocheus. iezechiel adhuc
iuuenis de gn̄e sac̄dotū. Videt̄ tn̄ io

Josephus uelle. quod iam duos libros conscripserat de futuro urbis excidio: qui relicti sunt in iudea. Isti quia sponte se tradiderant: proprie dicti sunt transmigratio iude. Alii uero qui postea per uiolentiam tracti sunt: proprie dicuntur captiuitas iude. Ab hac transmigratione scilicet ab octauo anno regni nabugodonosor. quidam inchoant numerare septuaginta captiuitatis annos. De sedechia.

Et constituit nabugodonosor regem in ierusalem patruum ioachim mathaniam. ut seruiret ei sub tributo. interposita religione iurisiurandi: et mutato nomine uocauit eum sedechiam. Uicesimum primum etatis annum agebat sedechias cum regnare cepisset: et undecim annis regnauit in ierusalem. et fecit malum coram domino: sicut ioachim fecerat. Erat enim superba cogitans. ut adhereret regi egiptiorum: et non seruaret iusiurandum regi babylonis. Decipiebant enim eum pseudo prophete: dicentes in proximo babylonios uincendos ab egiptiis. Cumque diceret ei ieremias. ut spem poneret in deo. et non in homine: dixit ad eum dominus. Descende in domum figuli: et ibi audies uerba mea. Et descendit. Et ipse figulus faciebat opus super rotam: et dissipatum est uas in manibus eius. et conuersus fecit de eodem luto alterum uas: sicut placuit in oculis eius. Et dixit dominus ad ieremiam. Dic domui iuda. Hec dicit dominus. Numquid sicut facit figulus. non potero facere uobis. ut destruam et dispergam uos: et penitentes edificem et plantem?

Factum est autem in anno quarto regni sedechie. miserunt ad eum nuntios. rex edom. rex moab. rex amon. rex tyri. rex sydonis: petentes ut pariter federati. unanimiter negarent tributa regi babylonis. Et dixit dominus ad ieremiam. Fac tibi cathenas ligneas. id est retortas. sex: et pones unam in collo tuo: et alias quinque dabis in manu nuntiorum quinque regum. coram sedechia: dicens. Hec dicit dominus quinque regibus: et regi iuda. Ego feci terram et dedi eam ei qui placuit in oculis meis: et nunc dedi omnes terras istas in manu nabugodonosor serui mei. Gentem autem et regnum quod non seruierit ei: in gladio et fame et peste uisitabo super eos. Nolite audire uerba prophetarum: dicentium uobis. Non seruietis regi babylonis: ne pereatis cum eis. Et cum complesset ieremias mandatum domini coram sedechia: ananias propheta de gabaon tulit cathenam de collo ieremie: et confregit eam dicens. Hec dicit dominus. Sic confringam iugum regis babylonis de collo istarum gentium. post duos annos dierum: et referri faciam omnia uasa domini: et reducam omnem transmigrationem iude ad locum istum. Et ait ieremias. Amen. Sic faciat dominus. q.d. Id ipsum uellem ego: si sic fieri posset. Ueruntamen audi: anania. Non misit te dominus: et fecisti confidere populum istum in mendacio. Propterea hoc anno morieris. post duos menses dierum. Et mortuus est ananias in anno illo: mense septimo. Nam hoc predixerat ieremias: in mense quinto.

Territus autem sedechias ad mortem ananie: misit nuntios in babylonem: cum tributo. Et misit ieremias epistolam in manibus nuntiorum secreto: ad omnem transmigrationem iude. dicens. Hec dicit dominus. Edificate domos: et plantate ortos. ducite et tradite nuptui: et querite pacem ciuitatis. ad quam transmigrare uos feci: et orate pro ea dominum. quia in pace illius erit pax uestra. Non uos seducant prophete. qui in medio uestri sunt. qui promittunt uos in breui redituros. quia cum ceperint impleri in babylone septuaginta anni: reducam uos ad locum uestrum. Hec autem dicit dominus ad achab filium culie: et ad sedechiam

xxxiiii

filium maasie: qui prophetant uobis mendaciter.
Tradam eos in manu regis babylonis: et percu-
tiet eos in oculis uestris: et assumetur ex eis ma-
ledictio. dicentium. Ponat te dominus sicut sede-
chiam: et sicut achab. quos frixit rex babylonis
in igne. pro eo quod fecerint stulticiam in israel: et me-
chati sunt in uxores amicorum suorum: et locuti
sunt uerbum in nomine meo. quod non mandaui eis.

Hos duos tradunt hebrei fuisse illos
duos senes. quos diiudicauit propheta daniel.
Hec obiectio est quod dicit rex babylonis eos frixisse. et
daniel dicat eos lapidatos. Conuictos
enim tradiderunt regi ad penam: que nomine igni
significata est. Cumque redissent nuntii de
babylone: attulerunt litteras ex parte
pseudo prophetarum ad sacerdotes in ierusalem in
hec uerba. Posuit uos dominus in domo sua.
super omnem uirum arrepticium et prophetantem:
ut mittatis eum in neruum et in carcerem.
Et nunc quare non increpatis ieremiam qui scripsit no-
bis edificate domos. quia non redibitis. Et le-
git sophonias epistolam coram sedechia: in
auribus ieremie. Et ait ieremias. Hec dicit
dominus. Super eos quos transmigrare feci: uisita-
bo uerbum bonum ut reducam eos. Super uos
autem qui non egressi estis cum eis: mittam gladium
et famem et pestem: et ponam uos sicut ficus malas que
comedi non possunt. Ostendit enim michi dominus
signum: et ecce duo calathi pleni ficis. po-
siti ante templum. Et dixit dominus ad me. Quid tu
uides ieremia? Et dixi. ficus bonas. bo-
nas ualde: et malas. malas ualde. Et ait
dominus. Sicut ficus hee bone: sic cognoscam transmi-
grationem quam emisi de loco isto: et redu-
cam eos in terram hanc. Et sicut ficus pessime.
sic dabo sedechiam et reliquos qui remanserunt
in urbe hac. in uexationem et opprobrium.
omnibus regnis terre.

Et dixit iterum dominus ad ieremiam. Uade
et accipe laguunculam figuli testeam: et duces te-
cum de senioribus sacerdotum et de senioribus po-
puli. ad uallem filiorum ennon. que est iuxta in-
troitum porte fictilis: et conteres laguunculam in
oculis eorum: et dices. Hec dicit dominus. Sic conteram lo-
cum istum et ciuitatem hanc. Et non uocabitur
amplius locus hic tophet: et uallis filii ennon.
sed uallis occisionis. Implebo eum cum cadaueri-
bus: eo quod non sit alius locus ad sepeliendum. Et
uenit ieremias de tophet: et stetit in atrio
domus domini: et dixit ad omnem populum. Hec dicit
dominus. Ecce inducam super hanc ciuitatem uni-
uersa mala que locutus sum aduersus eam. Et indig-
natus phassur sacerdos percussit ieremiam: et mi-
sit eum in neruum qui erat in porta beniamin
superiori: in domo domini. Cumque illuxisset
in crastinum: eduxit phassur ieremiam de
neruo. Et dixit ad eum ieremias. Non phassur
uocauit dominus nomen tuum: sed pauorem undique.
Interpretatur enim phassur uel fascor: oris nigredo. [illegible]
[illegible]. Non habens oris nigredinem .i. potestatem
impandi iniqua: sed pauens undique: cap-
tiuus duceris in babylonem. Et orauit
ieremias ad dominum. Domine deus exercituum qui ui-
des renes et cor. uideam ultionem tuam ex eis: tibi
enim reuelaui causam meam.

Porro in anno quinto sedechie. ipse est
annus quintus transmigrationis ioachim.
Exorsus est ezechiel prophetare in babylone
ad concaptiuos: postquam acceperant epistolam
ieremie. Prophetiam cuius sicut et danielis: propheta
prosequitur post excidium urbis et obitum ieremie.

Porro **De prima obsidione ierusalem**
in principio anni noni sedechie:
nabugodonosor obsedit ierosolimam. quia nega-
uerat ei sedechias tributum. Et misit sede-
chias ad ieremiam phassur: et sophoniam sacer-
dotes: dicens. Interroga pro nobis dominum: si for-
te nobiscum faciat misericordiam. Et respondit

ieremias. H dicit dns. Dabo sedechiã regẽ
iuda. & seruos eius & ꝑplm eius in manu nabu
god. regis babylonis: & ꝑcutiet eos in ore
gladii. & n̄ flectet̃: neq; parcet. neq; mise
rebit̃. Et libere ambulabat ieremias in me
dio ꝑpli: eadem clamans.
Porro rex egypti egressus ẽ de egypto cũ
exercitu: q̃ soluturus obsidionẽ ierlm.
Et recessit rex babylonis a ierlm: in occur
sum ei. & fugauit eũ in ore gladii: & de syria
coegit exire. Cũq; discessisset nabug.
a ierlm: illuserũt falsi ꝑphe ieremie. & dec
piebant sedechiã: dicentes. Non reuertent̃
babilonij: s; transmigratio nr̃a redibit ad
nos. cũ omnib; uasis dñi. Jeremias aũ contra
his & uera ꝑphabat: dicens. Tradet̃ sede
chias in manu regis babylonis & loquet̃
os eius cum ore ipsius. & oculi ei oculos ei uide
bt: & in babylonẽ ducet sedechiã. Impii
u͛ dicebant: ieremiã a mente excessisse.
Porro ieremias strauit asinũ. ut egrede
rur ad anathot uicũ suũ: q̃ .xx. stadiis
distat a ierlm. Cũq; ꝑuenisset ad portã be
niam: custos porte ierias appħendit eũ dicẽs.
Ad chaldeos ꝑfugis. Et adduxit eũ ad ꝑnci
pes. Q̃ cesum miserũt in carcerẽ: q̃ erat in
domo ionathe scribe. & sedit ibi ieremias:
dieb; multis. Et uenit ad eũ ananeel
filius sellũ patrui sui ad uestibulum carceris:
& ait. Eme agrũ meũ: q̃ ẽ in anathot.
Tibi enĩ competit hereditas: tanq̃m ꝑ
pinq̃o. & intellexit ieremias: q̃d uer
bum dñi eẽt. Et emit agrũ: appendẽs
.vii. stateres & .x. argenteos. & adhibuit
testes & scripsit librũ possessionis signa
tum. & stipulationes & rata. & signa fo
ris secus: & rescriptũ libri fecit apertũ. &
in oculis ananeel & testiũ: dedit libros ba
ruch. dicens. Sume librũ emptionis
hunc signatũ. & librũ hunc q̃ apertus ẽ. & po
ne eos in uase fictili: ut ꝑmanere possint
multis dieb;. H enĩ dic̃ dns. Adhuc posside
bunt̃ & agri & uinee. in t̃ra ista: de qua uos
dicitis. q̃ deserta erit. Ecce ego congregabo
eos de uniu͛sis t̃ris. ad quas eieci eos. & re
ducã eos ad locũ istũ. & habitabũt confident̃.
& feriã eis pactũ sempiternũ. De s̃ca obsi
dione ierlm.
Porro anno
nono sedechie. decimo mense. de
cima die mensis. luna uicesima secunda. redijt
nabuzardan ꝑnceps exercitus babylonis.
& ꝑncipes nabug. cũ eo. & circumdederunt
ierlm. & extruxerũt in circuitu ei munitiones.
& clausa ẽ ciuitas .x. & octo mensib;. Perterri
tus itaq; sedechias. tulit ieremiã de car
cere. & secreto: dicens. Putas ne ẽ sermo
a dño. q̃a redierũt chaldei. Q̃ respdit. In
manu regis babylonis traderis. S; ob
secro dñe mi rex. ne remittas me in car
cerẽ ionathe: ne moriar ibi. Et ꝑcepit
rex ut traderet̃ in uestibulum carceris. & ut
daret̃ ei torta panis cotidie. excepto pul
mento: donec consumerent̃ omnes panes de
ciuitate. & clamabat ieremias in uesti
bulo carceris. Q̃ remanserint in ciuita
te: fame aut gladio ꝑibũt. Q̃ confugiũt
ad hostes: quodãm morte declinabũt.
Et conuenerũt ꝑncipes & seniores ciuitatis.
ad regẽ: dicentes. Rogam̃ te: ut mo
riat̃ homo iste. De industria enĩ dis
soluit man̄ uirorũ bellantiũ. Plane
mentit̃: cũ dicit. Sedechias uinctus
ducet̃ in babylonẽ. Ezechiel enĩ ba
bylonẽ ꝑphauit: dicens. Sedechias n̄
uidebit babylonẽ. Et dixit rex ad eos.
Ecce ipse in manib; u͛ris ẽ: nec enĩ fas ẽ.
regẽ uob q̃cq̃m negare. Tulerunt g͛ iere
miã. & deposuerũt eũ funib; in lacũ helcie.

Et interrogauit
eum in do
mo sua.

in quo non erat aqua. sed lutum: ut morte propheta
suffocatus periret. et erat propheta in luto usque ad
guttur: quod erat ei amarius omni morte. Tunc abde-
malech ethyops vir eunuchus. de domo regis
secreto dixit ad regem. Peccare te fecerunt viri isti
graviter. Qui precepit. Tolle tecum xxx. viros: et le-
va prophetam de lacu antequam moriatur. Qui ac-
sumptis viris tulit veteres pannos de domo
regis qui computruerant: et summisit eos ei in lacum
per funiculos: et dixit ad ieremiam. Pone pannos
veteres sub cubito manuum tuarum: et super fu-
nes. Quo facto: eduxerunt eum de lacu. Et voca-
vit eum rex secreto ad ostium tertium quod erat
in domo domini. et ait. Interrogo te: ne abscon-
das a me aliquid. Qui respondit. Si consilium de-
dero tibi: non audies me. Si annuntiavero tibi: inter-
ficies me. Et iuravit rex: dicens. Vivit dominus:
non occidam te. nec tradam in manus virorum qui quae-
runt animam tuam. Et ait ieremias. Si exieris
ad principes babylonis. salvus eris tu: et do-
mus tua: et civitas hec non succendetur. Et si non
exieris: et civitas succendetur: et tu cum domo
tua non effugies manus eorum. Et ait rex. Facerem
quod dicis. sed timeo iudeos qui transfugerunt ad chal-
deos. ne forte accusent me: et tradar in ma-
nus eorum: et illudant michi. Et ait ieremias. Non
traderis. Tunc rex inquit. Nullus sciat verba hec.
Si quesierint a te quid locutus est rex: dices.
Prostravi me coram rege: ne reduceret me
in carcerem. **De fuga sedechie: capta urbe.**

Porro defecerunt victualia
in civitate. adeo ut mulieres co-
mederent parvulos suos ad mensuram pal-
mi: sicut legitur in threnis. Capta est autem civi-
tas xi. anno regni sedechie. quarto mense.
nono die mensis secundum iosephum: et librum re-
gum: secundum ieremiam quinto die. Et capta est ci-
vitas circa mediam noctem: et sederunt principes
babylonis in porta media. Fugit autem

sedechias cum omni domo sua nocte: et princi-
pes amici eius cum eo. per viam orti regis: et ingressi
sunt ad viam deserti. Quod cum nuntiatum esset
a quibusdam transfugis. principibus babylonis:
persecuti sunt diluculo: et comprehenderunt eum in cam-
po solitudinis iericuntine. Plures autem
principum dispersi sunt: et recesserunt ab eo: ipsum vero
cum reliquis vinctum. traxerunt ad regem baby-
lonis in reblatha. Qui locutus est cum eo iu-
dicium: dicens eum ingratum fuisse per ceptum ab
eo imperium. et se non munificum hostiliter egisse: et
deierasse in deum. Et addidit. Magnus deus hunc tuam
nequitiam odio: tradidit te michi. Et occidit fi-
lios eius coram eo: et saraiam summum sacerdotem. cuius
filium iosedech. reservavit: occiditque eunu-
chum qui erat super viros bellatores: et sophar
principem exercitus qui probabat tirones: et quin-
que viros de his qui steterant coram rege: et tres
de ianitoribus templi: et sex viros probatos de
vulgo. vel sexaginta secundum ieremiam. Oculos
vero sedechie effodit: et cathenis vinxit eum.
ut adduceret in babylonem: et cum eo io-
sedech. et redierunt qui duxerant eos in reb-
latha. ad exercitum: in ierusalem. **De incen-**
git in **dio templi et urbis: et de godolia.**
undecimo anno sedechie. mense v. de-
cima die mensis. ipse est annus nonus decimus nab.
regis babylonis. nabuzardan incendit
domum domini. et domum regis: et omnes domus
ierusalem: et totum murum ierusalem per circuitum
destruxit. et tulit omnia vasa domus domini.
et columnas duas: et mare eneum: et ligavit prophetam
ut adduceret eum in babylonem. Et sic impleta
dicitur captivitas iude. Et tulit ieremiam
de vestibulo carceris. de quo mandatum ac-
ceperat nabugodonosor: in hunc modum. Tolle illum.
et pone super eum oculos tuos: et ut voluerit
facias ei. Et prefecit terre godoliam filium aicham
ut preesset pauperibus qui relicti erant: et ag-

cot et vinitoribus: ut redderent singulis an
nis vectigalia regi babylonis. Sedit autem
nabuzardan in rama: et trahebant autem
eum cathenatum. Et tollens de medio eorum iere
miam: dixit ad eum. Veni mecum in babylonem:
et honorabo te. Quod si displicet tibi: reside. Omnis
terra in conspectu tuo est. Habita apud go
doliam: et quocumque volueris vade. Et tradi
dit ei nabuzardan cibaria et munuscula:
et dimisit eum. Similiter et rechabitas libos
abire permisit. Sedit itaque ieremias et ba
ruch notarius eius: in medio populi qui relictus
fuerat. Nabuzardan vero abiit in babylonem:
trahens secum captivitatem. Hic finit tertia re
gni hebreorum: et regnatum est secundum iosephum
in eo: annis quingentis et quatuordecim. et mensibus
sex. et diebus x. Secundum librum regum vero: non
plene quingentis. Et fuerunt in eo reges a david:
xx et iiii. Ab edificatione vero templi: fluxerant
anni quadringenti et septuaginta. et menses
sex. et dies x. Ab egressu autem populi ab egipto:
anni mille et sexaginta duo. et menses
sex. et dies x. Fuerunt autem in templo per succes
sionem quindecim summi sacerdotes a primo
sadoch: quem instituit salomon usque ad
postremum iosedech: quem interfecit rex babylo
nis. De morte sedechie.

Porro nabugodonosor cum intrasset baby
lonem cum triumpho: victimas sollem
nes immolavit diis suis: et sollemnizavit
cum omni populo .x. diebus. Cumque recumbent
exhilarati: precepit rex ut adduceretur sede
chias in medium: et aliqui de cantatoribus
templi cum eo: qui psallerent coram convivanti
bus in musicis instrumentis: et canerent ym
nos de canticis syon. Bibebant autem convi
ve in vasis domus domini: quorum quedam nabugodonosor
consecravit ydolis. quedam vero reservavit.
Cumque daretur psallentibus potus: clanculo
precepit rex. ut sedechie daretur potus laxati
vus: et coram omnibus ignominiose laxatus est.
Et irrisum reduxerunt in carcerem. Qui nimio
afflictus dolore: post paucos dies mortuus est.
Et audiens nabugodonosor causam mortis eius: exhibens
eum de carcere: regio honore sepelivit. In
his diebus sedechie factum est exterminium. Incidentia
regni iudeorum. et exordium huius quinta etas:
cuius anno secundo facta est solis defectio. quam
tales milesius predixerat. In diebus captivi
tatis: romanorum sextus rex servius natus cap
tive filius. tres montes urbi addidit. quirina
lem viminalem esquilinum. fossas circa muros
duxit. census romanorum civium primus insti
tuit. Tandem occisus est a tarquinio superbo:
presente tarquinio filio. Eodem tempore apud grecos vii.
sapientes sunt appellati. In hoc loco dignum
duximus interponere contrarietates de collatio
ne annorum regum iuda et regum israel et determina
tiones earum que nobis occurrerunt: ut tandem hi
storiam expeditius prosequamur. Determinatio
in libro regum contrarietatum.

Emergunt contrarietates de collatione an
norum regum iuda et regum israel: que quandoque
determinari possunt. Ubi vero non invenitur deter
minatio: vicio scriptorum credimus hoc acci
disse. quia in figuris numerorum et numeris sepe fal
luntur. Roboam et ieroboam primi regnaverunt
xvii annis: alter in iuda. alter in
israel. Post roboam cepit regnare abia filius
eius in ierusalem in octavodecimo anno ie
roboam. qui viginti duobus annis regna
vit in israel: et regnavit abia ieroboam
tribus annis. quod synedochice dictum est. hoc est
duobus annis et aliqua parte tertii: qui e
rat vicesimus ieroboam. Et in reliqua parte
eiusdem anni cepit regnare asa filius abia:
et xl et uno anno regnavit in ierusalem.
Anno secundo asa regnavit in israel nadab

filius ieroboam duobus annis .i. uno anno et a-
liquanta parte anni secundi. qui adhuc erat tercius asa.
Et occidit eum baasa et cepit regnare in
israel pro eo anno tercio asa. et regnauit .xxiiii.
annis. non tamen plenis. quia tunc regnasset usque ad
uicesimum septimum asa. Sed non regnauit nisi
usque ad uicesimum sextum. Hela itaque filius ba-
asa. cepit regnare in israel. anno uicesimo
sexto asa. et duobus annis regnauit .i. uno
anno et aliqua parte secundi anni. qui erat
uicesimus septimus asa. et in hoc eodem anno
zamri interfecit hela. et regnauit pro eo .vii.
diebus. Quo mortuo diuisus est populus. Pars quidam
sequebatur tebni. altera sequebatur amri. et pre-
ualuit amri. et regnauit .xii. annis in
israel. Hic notandum est. quod contentio de reg-
no. inter amri et tebni. durauit per tres
annos et ultra. quia statim dicit scriptura
quod amri cepit regnare tricesimo primo
anno regni asa. Si enim mortuo zam-
ri statim cepisset regnare amri. cum e-
lectus fuit. ergo regnare cepisset uicesi-
mo septimo anno. uel octauo regni asa.
Veruntamen postea dicit scriptura eum cepis-
se regnare in hoc anno sue electionis.
cum dicit filium eius achab cepisse reg-
nare tricesimo octauo anno regni asa.
Si enim .xii. annis regnauit amri et in-
choauit regnare tricesimo primo asa.
et asa non nisi .xl. et uno anno regnauit. pa-
lam est quod amri superuixit asa per annum unum.
Quomodo ergo achab succedens patri. inchoa-
uit regnare tricesimo octauo anno
regni asa? Quod sic solui potest. Quan-
do scriptura dicit amri regnare cepis-
se tricesimo primo anno asa. intelligen-
dum est quia tunc solus et super totum israel. mor-
tuo tebni cepit regnare. Quando autem dicit
eum regnasse .xii. annis. a uicesimo
septimo anno asa numerat. quando israel eum
in regem elegit. Quod tempus extenditur usque ad
tricesimum octauum annum regni asa. quando
achab regnare inchoauit. Huic sen-
tentie sequens scriptura consonat. que narrat
iosaphat filium asa regnare cepisse. quarto
regni anno achab. qui fuit ultimus asa. qua-
dragesimus scilicet primus. Porro iosaphat regna-
uit in ierusalem .xxv. annis. Cuius anno sep-
timo decimo. ochozias filius achab cepit
regnare in israel et duobus annis regnauit.
Huic quia filium non habuit. frater eius ioram successit
in regnum. et cepit regnare ioram in israel.
anno secundo ioram filii iosaphat. Sed queritur.
si anno decimo septimo iosaphat. qui
.xxv. annis regnauit. ochozias cepit
regnare et duobus tantum annis regnauit.
quomodo ioram frater eius. anno secundo ioram filii iosa-
phat et non potius octauodecimo uel nono de-
cimo anno iosaphat regnare cepit.
Preterea statim in sequentibus subiungit scrip-
tura. quod octauo decimo anno iosaphat.
ioram filius achab regnauit. Hec contrarietas
sic solui potest. Duo anni quibus regnare
dicitur ochozias. illi sunt. quibus solus et incolu-
mis. antequam per cancellos domus sue cor-
ruisset. regnauit. Reliqui uero .viii. uel .ix.
quibus eo languente frater eius ioram administra-
tionem regni agebat. non sibi sed fratri deputan-
tur. Vnde in octauodecimo regni iosa-
phat. regnasse dicitur ioram. quia tunc regni ad-
ministrationem pro fratre qui languebat sus-
cepit. Scriptura uero que dicit. quod ioram
filius achab. anno secundo ioram filii iosaphat
regnauit. tempus quo solus defuncto iam
fratre regnare cepit. attendit. Ex diuersorum
sane scriptis prophetarum collectus est tractatus libri
regum. Vnde est. quod alius aliud. et alius aliud.
secundum rationum diuersitatem. initium incho-

ationis regni regum tam iuda quam israel assignauit. Ioram autem filius achab .xii. annis super israel regnauit. Illa ergo scriptura que supra dicit quod anno quinto ioram filii achab regis israel. regnauit ioram filius iosaphat regis iuda: tempus attendit quo pro patre adhuc uiuente regnum administrare cepit. Porro ioram filius iosaphat .xxx. duorum annorum erat cum regnare cepisset: et octo annis regnauit ierusalem. Anno .xii. ioram filii achab: regnauit ochozias filius ioram regis iuda. .xx. duorum annorum erat cum regnare cepisset: et uno anno regnauit in ierusalem. Quidam mendosi codices habent. ioram filium iosaphat .xxii. annorum esse tantum cum regnare cepisset: quod stare non potest. Si enim .xx. duorum annorum erat tantum cum regnare cepisset. et .viii. annis tantum regnauit: ergo tricenarius erat cum mortuus est. Sed filius eius ei succedens. iam .xx. duorum annorum erat. Ergo quando eum genuit ioram: octo annorum erat. quod est impossibile. Et non hebrei tradunt. ioram filium iosaphat .xx. annis regnasse et .xl. uixisse: quod uidetur consonare illi littere. que dicit eum .xx. duorum esse cum regnare cepisset Sed tamen dicunt. solos .viii. annos quibus innocenter uixit. antequam fratres suos occidisset. illi in regnum deputatos a scriptura. Mortuo ochozia. mater eius athalia sex annis regnauit in ierusalem. Eisdem sex annis: conregnauit ei hieu. qui et .xx. octo annis regnauit in israel. Anno septimo hieu cepit regnare in ierusalem ioas: et quadraginta annis regnauit. Regnauerunt ergo pariter ioas in iuda. hieu in israel .xxii. annis. Quibus finitis mortuus est hieu et successit ei in regnum ioachaz filius eius inchoans regnare anno uicesimo tertio ioas regis iuda: et .xvii. annis regnauit in israel. Sed si anno .xxiii. ioas. ioachaz cepit regnare et annis .xvii. regnauit. cum ioas .xl. tantum annis regnauit: palam est. quod usque ad tricesimum nonum. uel post quadragesimum annum eius. ioachaz regnauit. Quomodo ergo statim in sequenti dicit scriptura. quod ioas filius ioachaz. anno tricesimo septimo ioas regis iuda. regnare cepit? forte tertio uiuente patre. simul cum patre regnauit: forte scriptorum negligentia que in numeris sepe errat. hanc difficultatem peperit.

Anno secundo ioas regis israel. regnauit amasias in ierusalem. .xx.ix. annis. Annus secundus ioas quo amasias regnare cepit: numeratur ex quo solus defuncto patre regnauit. Uixit autem amasias rex iuda. postquam mortuus est ioas rex israel: .xv. annis. Et hoc oritur questio. Supra dictum est. quod amasias anno secundo ioas regis israel regnare inchoans: .xx.ix. annis regnauerunt. Mortuo itaque ioas. solum quatuordecim annis superfuerit amasie: et ad plus quindecim. Forte errauit scriptor: ponens .xv. pro quatuordecim. Uel forte amasias uiuens desiit regnare: et .x. uel .xi. annis uixit diutius quam regnauit. Porro anno quinto decimo amasie. regnauit in israel ieroboam .xl. et uno anno. Simul itaque regnauerunt amasias in iuda. ieroboam in israel: ad plus .xv. annis. Quid est ergo quod sequens scriptura dicit. quod uicesimo septimo ieroboam. regnauit ozias filius amasie in ierusalem? forte quindecim annis iuda sine rege fuit: quia ut diximus amasias uiuens regnum dimisit: et ozias adhuc paruulus regnare non poterat. Mortuo uero patre. cum sedecim esset annorum et ieroboam in israel uicesimum septi-

xxxvii

tium regni sui annũ inchoasset. regna
re cepit in ierlm: ꝛ l. duob; annis regna
uit. Porro anno tricesimo octauo ozie re
gis iude. regnauit zacharias filius ierobo͂.
in isrl: vi. mensib;. Et hic oritur q̃o. Sup̃ dic
tum ẽ. q͂d anno uicesimo septimo iero
boã. q̃ xl. ꝛ uno anno regnauit. ozias
regnare cepit: ꝛ lii. annis regnauit.
Quatuordecim itaq; annis pariter regna
uerunt: ozias ꝛ ieroboã. Cum ieroboã p̃ xl.
ꝛ unũ annũ defuncto. si statim zachari
as filius in regnũ successit: n̄ in tricesimo
septimo. s; in quinto decimo anno regni
ozie regnare cepit. Aut g͂ regnũ isrl.
xx. trib; annis sine rege fuit: ꝉ potius p̃ is
tos. xxiii. annos zacharias filius ieroboã
regnauit. Q͂ tamen illi. q͂ pessime uixit:
in regnũ n̄ sunt computati. Soli autẽ vi. m̃
ses q͂s correctius uixit. in tricesimo octa
uo anno ozie: illi sunt computati. In trice
simo autem anno anno ozie: sellum occiso za
charia regnauit in isrl. uno mense. Eo
dem anno manahẽ occidit sellũ: et
regnauit in isrl. x. annis. Anno l. ozie.
phaceia filius manahen regnauit in
isrl: duob; annis. Anno l. secũdo ozie.
phacee filius romelie phaceiã interfecit:
ꝛ regnauit in isrl. xx. annis. Anno
secũdo phacee. regnauit ioathan in ie
rlm: ꝛ sedecim annis regnauit. Q͂ n
decim g͂ annis ad inuicem simul regna
uerunt. ioathan in iuda: ꝛ phacee in isrl:
ꝛ annus q̃ fuit ultimus ioathan. fuit
phacee septimus decimus. ꝛ ita phacee reg
nauit post ioathan trib; annis: in q͂b;
ꝯregnauit ei achaz filius ioathan. Q͂d
g͂ legitur. q͂d osee interfecit phacee: ꝛ reg
nauit p̃ eo uicesimo anno ioathaz
filii ozie: ex illo tẽpore regnauit ioa

than scripta numerat. q͂ pater leproso ꝯreg
nauit. Ubi autẽ legitur. q͂d anno secũdo pha
cee regnauit: ꝛ q͂d sedecim annis regnauit:
ab illo tẽpore numerat. q͂ solus mortuo
patre regnauit. Porro xii. anno achaz.
osee regnauit in isrl: ix. annis. Si g͂ pha
cee ꝛ achaz trib; tantum annis ꝯregnauerunt.
ut dictũ ẽ: et quarto anno achaz occisus ẽ
phacee. ꝛ si osee occisor ei. n̄ regnauit p̃ eo
usq; ad xii. annũ achaz: et regnũ isrl
fuit octo annis sine rege. Itaq; p̃dicte contra
rietates ꝛ alie. si q͂s p̃termisimus: determina
ri possunt. ꝉ p̃ synedochen. ꝉ q͂ quidã cũ pa
trib; regnauerunt antequam soli regnarent.
ꝉ q͂ regna quandoq; sine rege fuerunt. Expl.

De plogo in tobiam.

Post captiuitatem duarum tribuum con
sequens erat p̃sequi que circa eos gesta sunt
in babilone. ut de daniele ꝛ q͂b;dam
fratribus eius. Sz quia p̃termisimus hy
storiam tobie que facta ẽ in dieb; eze
chie. ĩo ad eã p̃sequendã: reuertemur. Cui
etiam continuabimus hystoriam hester.
ꝛ iudith. n̄ seruantes temporis ordinẽ.
s; librorum conpaginẽ. Quia sic seria
tim conpaginati sunt libri isti: in
ueteri testamento. Forte p̃pter breuitatem
ꝉ p̃pter sui incidentiã. Ubi autẽ in
cidentia occurrerit: causam incidentie
singulis locis ostendemus. Liber tobie
scriptus est caldaice. s; ieronimus ut ipse
tradit in p̃mo: in latinum transtu
lit sermonem. hñs interp̃tem in he
brea ꝛ caldea lingua peritum. Q͂ librũ
caldaice editum: legebat ei hebraice.
quia melius intelligebat hebreum:
quam caldeũ. Ipse autẽ accito notari
o: scribebat latine. Transtulit autẽ
eum rogatu duorum ep̃orum. s. chromatii.

7 eliodoro. Et fuerit iudei molesti ieroni
mo: pro hac translatione. quia transtulerat
librum editum caldaice. quasi editus esset he
braice. i. quasi esset: de uoluminibus hebreo
rum. 7 de canone ueteris testamenti. Liber
namque tobie ut dicit ieronimus non est
de canone ueteris t. sed computatur inter
agiographa. In quo uerbo uidetur
sibi obloqui. Si enim de agiographis
est: ergo de canone. Ipse namque ieronimus
canonem ue. t. distinguit in tres ordi
nes. 7 primum ordinem uocat pentateu
cum secundum prophetas. tertium agiographa.
Primus ordo continet .v. uolumina. Secundus
viii. Tercius .ix. ut sint omnia .xxii. ut
de secundo ordine sint .iiii. libri .iiii. prin
cipalium prophetarum. 7 liber .xii. prophetarum.
7 liber iosue 7 iudicum. Quod ergo quod dic
tum est. liber tobie non est de canone. sed po
nitur inter agiographa. Si audem:
de inicio scriptorum introductum esse di
cetem 7 septuum esse agiographa. 7 apocri
pha. Quia reuera liber tobie inter a
pochripha est. i. inter abscondita. i. inter
uolumina de quibus incertum est: a quibus
edita. Sed quia in omnibus libris scriptum
repperitur agiographa: dicatur quod ita
large accepit agiographa: ut sub agi
ographis complectitur apocrypha. Ali
ud quoque uerbum ponitur in prologo quod
possit mouere lectorem. dicit enim quia ro
gatu duorum. s. chromatii 7 eliodori:
adgressus est laborem unius diei. Mi
rum enim uidetur 7 impossibile. quod
in uno die transtulerit totum librum
tobie. Sed potuit appellare laborem
diurnum quem breuem 7 non diuturnum
num. Expositio libri tobie.

Tobias iste fuit de neptalim 7
duxit uxorem de tribu neptalim. nomine
annam. De qua suscepit filium nomine to
biam. 7 ita fuit eadem anna uxor 7 mater
tobie. Et habitauit in ciuitate nep
talim. quam non nominat. sed per circumstan
tes ciuitates eam designat. Erat enim
inter naason 7 cariasefer. que dicta
est cariapheres. quasi ciuitas litterarum
quia uniuersi habitatores eius. tam uiri
quam mulieres: exercebant officium litte
rarum. i. omnes scriptores erant. Fuit quoque
in captiuitate neptalim. quando s. cap
captiuate sunt tribus zabulon 7 nep
talim a salmanasar. de qua ysaias. Pri
mo tempore 7 c. Alie namque postea captiua
te sunt per sennacherib 7 teglaphalasar.
Iste tobias religiosus fuit a iuuentu
te sua. Nec uoluit adorare uitulos
aureos. quos posuerat ieroboam:
in dan 7 in bethel. sed ueniebat
in ierusalem ter in anno iuxta manda
tum domini ad adorandum. quotiens
oportunitatem habebat. Et quando non po
terat quia posuerat sacerdotes idolo
rum custodes in uiis. singulis an
nis: soluebat omnem decimationem. pro
selitis 7 aduenis in quo propheta egisse
uidetur. Non enim omnis decima
eroganda erat pauperibus. sed tamen deci
ma tercii anni. Erat enim triplex deci
ma. Collectis enim frugibus terris 7 uen
tilatis. decimas omnium frugum 7 fruc
tuum: soluebant leuitis. Postea de
cimabant .ix. partes. Et de illa
decima separata: faciebant expensas
7 oblationes. et ter in anno uenirent
in ierusalem ad adorandum. 7 offerent
dum in templo. Item de tercio in tercium
annum: separabant quandam decimam que

a

xxxviii

in usus paupum expendebant. Itaq;
sola decima t'cij anni: paupib; erat
eroganda. Qđ g' dictum ē de tobia: q̄
ōē decimationē p'selitis 7 aduenis ero
gabat: de omni decima t'cij anni. in
telligendum ē. Vel q'a n̄ habebat fa
cultatem ueniendi in ierl'm: iuste e
rogabat aduenis 7 p'selitis etiā deci
mam que soluenda erat leuitis. 7 ita
de omī decima gn'alr' post intelligi.

Factum ē autē q. De opib; tobie
salmanasar rex in captiuitate.
asirioꝝ. trės. x. tribuum t'hat in cap
tiuitatē. Et dispsi st' p ciuitates me
dorum. s. assirioꝝ. 7 tractus ē tobias
in captiuitatē. c̄ uxore 7 filio. 7 habi
tabat in niniue ciuitate. hūs se re
ligiose: in captiuitate. Nolens cō
tami-[na]-nari cib infidelium. s;
solis [...] cibis legalib; utes. n̄ solum
[...] in cib. s; in omnib; alus reli
gionem seruabat. ita q. p fama re
ligionis 7 s'citatis sibi conparauit
gratiā regis. Et concessa ē libtas
in captiuitate. ut p omīs ciuitates
medorum libe poss; ire. q̄d aliis
captiuis minime licebat. Data g'
sibi hac libertate: deambulabat
p ciuitates assirioꝝ p̄dicando f'rib;
suis ne contaminarent cibis infi
delium. ne t'ns gredent' mandata
ta di sui. Et c̄ uenis; in ciuitatem
rachez inuenit ibi q̄dam contri
bulem suū. s. gabelū egentem 7
artatum penuria uictualium: q̄
forte copiā h'ebat filioꝝ. Veniens
autē in ciuitatem. honorat' ē ab of
ficialib; regis. q̄ nouant eum a
micū regis. Et cum accepis; ab ei
decem talenta: memoratū pond' arg'
ti tradid' contribuli suo sub cirog'pho
ut lucraretur. in. 7 ad q'rent sibi uictu
alia. P'tea rediit in niniue. Mortuo
autē salmanassar successit ei filius ei'
sennacherib. 7 hic hūis expsum de hi
storia: quia diuisi fuert salmanas'ar
7 sennach'. Sup hoc namq; st' diuerse
opiniones. Jeronim' namq; in glosa
q'dam sup ysaiam uid' uelle q. fuit
unus 7 id' rex. s; binomi'. Vn h'r in glo
sa salmanassar q' 7 sennacherib. S; po
tuit q'dem ēē binomi'. 7 nichilominus
tn̄ successit ei ali' dictus sennacherib.
q̄ hoc expsum h'r hic: de historia no'
de glosa. P'babilius ē g' salmanassar.
phul. sennacherib. teglaphalasar. fuis'e
diuisos reges. 7 modico t'pe succedentes.
Audita cede assirioꝝ que facta ē ab an
gelo pcussore in obsidione ierl'm q'n
euasit sennacherib cū paucis: assirii
audientes p'ncip's suos 7 amicos ibi
p'emptos p'sequebantur iud'os. qui erāt
in captiuitate inter eos. 7 occidebat
multos. Et tobias sūmo ope dabat
opam sepult'e: q. est septimū op' mīe.
Q'a cum. vi. legantur in euanglio: sep
timum leg' in tobia. Et c̄ non au
deret in die: surgebat de nocte. 7 laten
ter sepeliebat cadau'a mortuorū. et
audiens hoc sennacherib indignat'
ē. 7 q'rebat eum ut occid'et. Et latu
it in ciuitate ap'd amicos suos. q'a
multos habebat in ciuitate ami
cos. Sennacherib uero quadragesi
mo q'nto die. interfectus est a filiis
suis. in t'eplo. Et regnauit p eo filius
ei'. assaradoch. Q' lr' sepeliebat mor

Quadam aūt die p'parat tuos

tobias cibos in domo sua. et uocauit fili
um suum dicens. Egredere ut uideas
si forte inuenies aliquem de contribulibus nostris
ut comedat nobiscum ne soli comedamus.
Qui cum egressus esset: inuenit quendam de
iudeis mortuum in uia. et cadauer eius
iacens. et renunciauit patri. et licet in crepa
ret eum uxor sua et amici eius dicentes:
Pro hoc negotio fere mortuus es et nos te
cum. tamen nichilominus destitit. sed attulit
cadauer in domum suam et diligenter custo
diuit usque ad noctem. et in nocte sepeliuit.
et post sepulturam comedit. De excecatione tobie et monitis eius ad filium.

Factum est autem quadam die cum
redisset in domum suam de consu
eto opere fatigatus. obdormiuit iuxta
parietem. subnido irundinum que
nidificauerant in domo sua. et caden
tibus super oculos eius stercoribus irundinum: cecus
factus est. Et in hoc inflictum est ei ad
examinationem et exemplum patienti
e sicut et iob flagellatus est: ad exemplum
patientie. Uxor autem eius singulis diebus egre
diebatur ad opus textrinum et inde lucra
batur uictualia. sibi et uiro et filio.
Et dum quadam die emisset edum de
labore manuum suarum ad comeden
dum et afferret: audiens tobias bala
tum hedi. uide inquit ne furtiuus sit.
Non debemus de furto uel rapina co
medere. nec transgredi mandata dei
nostri. Et cepit uxor increpare eum di
cens. Ubi sunt iusticie tue. quibus ob
seruabas mandata dei? Nunc cecus
factus es. Et amarissime fleuit tobi
as. et orauit ad dominum: ut susciperet a
nimam eius. Eadem hora qua orauit
tobias ad dominum ut tolleret animam
eius de medio exacerbatur uerbis uxoris: ora
uit et ipsa in quadam ciuitate medorum
que in historia nominatim non exprimi
tur: uirgo quedam religiosa sara filia
raguelis. Hanc desponsauerat pater suus
vii. uiris: et nemo cognouerat eam. quia
semper prima nocte cum singuli eorum ingre
diebatur lectum uxoris. antequam cogno
sceret eam. paratus erat demon et in
terficiebat eum: ad latus uxoris. et sic
interfecerat vii. uiros eius. antequam aliquis
cognouisset eam. Contigit ergo quadam
die dum increparet unam de ancil
lulis: exasperata ancilla uerbis domine sue.
in uerba opprobrii prorupit dicens. In
terfectrix uirorum tuorum: numquid uis me
occidere sicut eos occidisti? Exacerbata uerbis
ancille: ascendit superius cenaculum do
mus sue et amare fleuit. et orauit ad
dominum ut uel tolleret animam eius de medi
o uel liberaret eam ab huiusmodi opprobrio.
Contigit ergo quod eadem hora directe sunt ad
dominum orationes sare et tobie. et ab angelis
ad eum prolate. quia utrique exauditi sunt. sed
de tobia prosequimur. Tobias postquam peti
it a domino ut tolleret animam suam: pu
tauit propinquum esse obitum suum. sperans
se exauditum a domino: ex confidentia
meritorum que bene sperabat de meritis suis.
Uocauit ergo filium suum uolens eum
instruere. Solent enim patres circa obi
tum quedam finalia precepta filiis suis
tradere. fili prope est inquit ut moriar.
uide ut sepelias me more gentis
nostre. quia iudei magnam adhibebant
diligentiam: sepulture. Preterea diligen
ter exortatus est eum ut seruaret man
data dei sui. et precipue de elemosina
facienda. que omne peccatum extin

guit. sicut aqua ignem. Et precipue de
honore matri exhibendo. Memento in
quit fili quantos dolores sustinuerit ma
ter tua propter te. dum esses infra latera eius. ho
nora eam in uita tua. cum autem mortu
a fuerit: colliges eam mecum. id est sepelies eam
mecum in sepulcro meo. Ad ultimum
addidit. cum adolescens essem. tradidi
gabelo contribuli meo in ciuitate ra
ches. x. talenta argenti. sub cyrographo.
Vade ergo in ciuitate rages ad eum et de
feres cyrographum eius quod habeo in cista.
Et dabis ei cyrographum et dato cyro
grapho dabit tibi argentum. Ad quem filius.
Certa inquit que precepisti mihi pater imple
possum. hoc autem ultimum nescio quomodo
quia uiam ignoro. difficultatem itineris hor
reo. Ad quem pater. Quere inquit ducem uie et
satage ut hoc impleas. quia necessari
um erit tibi argentum. De itinere to
Cumque egressus esset bie cum angelo.
ille. ut quereret nuntium ducem
uie. ecce apparuit ei in uia angelus. scilicet
raphael. in specie cuiusdam iuuenis. Et
uide quia de quocumque ordine fuerit
angelus iste: eleganter dictus est raphael.
quod sonat medicina dei. Ipse enim uene
rat ad medendum. id est ad curandum to
biam: de cecitate sua. et ad saram de
sterilitatis opprobrio sanandam. id est liberan
dam. Ad quem ille. Vnde inquit habes te bone
iuuenis? Ex filiis israel inquit ego sum.
Ad quem ille. Nosti inquit uiam que ducit in ci
uitatem raches? Noui inquit et se
pe fui in ciuitate illa. in domo ga
beli amici mei. Audiens ille quia
notus esset ei quem querebat: gauisus
est et adduxit eum ad domum patris sui.
Et cum intraret angelus domum tobie:

salutauit eum. Gaude inquit tobia. Ad quem
tobias. Quomodo inquit gaudere possum qui
lucem celi uidere non possum? Ad quem angelus.
forti animo esto et constanti. quia prope est ut sa
neris. Et ad hoc non respondit tobias.
estimans quod hoc diceret adulando. sed quesi
uit ab eo. De quo genere es tu? Ad quem
angelus. Quid ad te de genere meo? Nuntium
quere. Ego sum azarias. filius mag
ni ananie. De quo inquit genere es tu?
Et uide quia nec primo mentitus est angelus
dicens. Ex filiis israel ego sum. nec modo
cum ait. Ego sum azarias. filius mag
ni ananie. Erat enim de filiis israel. id est de
numero uidentium deum. et erat adiu
tor peregrinantium dei. Nam israel interpretatur uir
uidens deum. azarias adiutor. ananias
gratia dei. Et egressus est tobias cum an
gelo. ualefaciens parentibus suis.
Mater autem flebat dicens. Ut quid misi
mus te peregrinari fili mi? Pereat pe
cunia ista. Et prima nocte iacuerunt
iuxta flumen tigrim. forte quia rara erat
habitatio ciuitatum in terra. Et cum sederet
tobias in ripa fluminis. ut ablueret
pedes suos et excuteret puluerem. exsiliuit
piscis magnus. qui uolens eum trans
glutire. timuit tobias. Et clama
uit. azaria azaria. Ad quem angelus. No
li timere. sed arripe eum per branchiam.
et extrahe. Et statim extrahens eum extraxit.
Ad quem angelus. Exentera eum. id est extrahe
interiora. cor. scilicet fel et iecur et repone
in eachilide. Et querenti ad quid re
poneret. respondit hec medicinalia.
et secretas uires habere. Ait enim fumum
iecoris igne cremati: demones ar
cere. et ad ipsos effugandos ualere. Nec
fuit hoc mirum cum et ligna quedam

arborum: hanc habeat uim sibi naturaliter insitam. ut eorum fumo: demones arceantur a domibus in quibus cremantur. et potestatem quamdam quam habent super homines habitantes in domo amittunt. Addidit quod hanc unctionem fellis uim habere. ut ei unctione oculorum albugines sanarentur. Nota quia super hunc locum dicit beda. per tobiam lauantem pedes in littore. significari christum. qui lauit pedes in cruce. id est unda sanguinis sui: mundauit fideles. qui sunt pedes eius. adhuc in terra ambulantes. Per piscem qui uoluit tobiam transglutire. significari demonem. qui accessit ad eum pendentem in cruce. omnibus modis experiri uolens. si peccandi causam posset in homine illo inuenire. Visum est enim bede. quod lucifer qui temptauerat eum in deserto. et uictus est: accesserit ad eum pendentem in cruce. et temptauerit eum. In quo uidetur plane obloqui aliis scilicet qui uolunt. quia primo cognouerat eum dominum glorie. per exultationem animarum gaudentium in inferno. Unde et mortem eius quam in omnibus nisus persuaserat: per uxorem pilati dissuasit. Ad preceptum angeli tobias exenterato pisce reseruauit sibi interiora. scilicet fel et cor. siue iecur. quia in historia in hoc in illud ponitur. et pro eodem accipitur. Et coxerit partem piscis. et comederit. Reliquum ad laborem itineris reseruauerit. De cibo autem angeli idem sentiendum est. quod de cibo angelorum. quibus legitur habraham: cibum obtulisse. quia forte in edendo consumptus est. non transsubstantiatus. Mane aggressi sunt iter. Cumque progrederentur. quesiuit tobias ab azaria. ubi potuerint habitare hac nocte. Ad quod angelus. Est ciuitas proxima nobis ubi manet contribulis tuus raguel. huius filiam unicam nomine saram. que debet tibi uxor secundum legem. et benigne recipiet nos. Et manebimus hac nocte in domo eius. Ad quod tobias. Scio inquit ego filiam habet unicam in coniugem secundum legem debitam. Sed audiui quia sociauit eam .vii. uiris. et singulos interfecit demon. cum ingrederentur ad eam. Timeo ergo ne id ipsum mihi contingeret. Ad quod angelus. Noli timere. Hostis in quos coniuges demon potestatem habet: In eos tamen qui eam explende libidinis se cognoscerent. sicut equus et mulus. non sepe propter non tantum religionem. In eos autem qui secundum deum coniunguntur nullam habet potestatem. Nec dubites ergo accipere eam. quia reseruata est tibi a domino. Ut autem omnis potestas demonis eliminetur. tribus primis noctibus non cognosces eam. Sed continenter et religiose habebis te cum ea. Et quid tribus noctibus facere deberent: determinauit ei. Prima inquit nocte: ceteris in continua oratione ut det uobis deus prolem. diligenter exhortabis et instruet eam. Secunda nocte sociabis ei. in comparticipationem patriarcharum. id est orabitis ut det uobis deus principium eius societatis quam habuerunt patriarche cum uxoribus suis. id est det uobis principium religionis. et sanctitatis patriarcharum. Tertia die accipietis sollennem benedictionem. quia forte propter puelle uel sacerdos si affuit benedixit eis. Tertia nocte postquam ingressi fuerant cubiculum. Quarta nocte accedes ad eam. Unde patet quod non de cognitione

carnali: intellexit quod de secunda nocte dixit. Alioquin sibi contrarius esset. Hac eruditione accepta: confortatus est tobias et venerunt in civitatem.

De nuptiis tobie et sare.

Et intrantes domum raguelis: salutaverunt eum et benigne recepit eos. ignorans tamen quis essent. et locutus ad eos. Unde inquit estis vos? Et dixerunt. De tribu neptalim. de captivitate ninive. id est de captivis qui sunt in ninive. Nostis inquit tobiam contribulem meum? Et dixerunt. Novimus. Et dum colloquerentur: intravit anna uxor raguelis et aspiciens tobiam dixit. Iuvenis iste quam simillimus est contribuli nostri tobie. Et vide quia hec fuit quinta anna. Quia quinque anne leguntur in sacra scriptura. scilicet anna prophetissa. Anna mater beate virginis. Anna mater samuelis. Anna uxor tobie. Anna uxor raguelis. Quidam volunt addere septimam. volentes non eandem fuisse matrem et uxorem tobie. sed nichil est. Cumque multa bona proposuisset raguel de tobia: dixit angelus ad eum. Iste filius eius est. Et statim pater et mater et puella: ceperunt ruere in amplexus illius. Et precepit raguel occidi arietem et preparari victimas. ut sollempniter epularentur cum proximo suo. Ad quem tobias. Non comedam inquit tecum. nisi prius certificaveris me super quodam. quod volo petere a te. Peto inquam filiam tuam in uxorem. Tunc ille obticuit et hesitavit. Sciebat enim filiam suam huic deberi secundum legem. sed timebat ne occideret eum demon. sicut alios occiderat et ita esset occasio mortis proximo suo. Tunc locutus est angelus ad eum. Scimus quod hesitas. Noli hesitare. quia huic reservata erat a domino. Statim raguel dextram filie tradidit ei. et ipse accepit. Postquam autem sollempniter epulati sunt: ducti sunt ambo etiam super cenaculum. ubi paratum erat cubiculum eis. Et antequam ingrederentur cubiculum diligenter exhortatus est eam dicens. Forti animo esto et constanti. quia liberabit te dominus ab obprobrio sollicitatis. Oportet ergo ut hac nocte non conveniamus carnaliter. sed caste nos habeamus et oremus ad dominum ut det nobis prolem ad servicium et cultum suum. Postea volens intrare cubilum cum uxore. extraxit iecur piscis. de chatilide. vel de chacilidi. quod in pluribus libris legitur. sua vel o. quia grecum incertum est. Et posuit in igne. Et postquam cepit cremari et fumigare statim egressus est demon. Et angelus raphael religavit eum in deserto superioris egypti. Circa cantum pullorum. id est circa mediam noctem. putavit raguel tobiam a demone peremptum. et vocavit servum suum dicens. Vade para foveam in angulo domus. ut sepeliatur homo iste. antequam lucescat. Et excitavit uxorem suam a sompno dicens. Precipe uni de ancillis tuis. ut latenter ascendat cenaculum et videat: si adhuc mortuus est. Et ascendens secreto ancilla vidit ambos dormientes. quia pernoctaverant orare et non obdormierant. Et renuntiavit raguel et uxori eius quod viveret. et prosecuti sunt domino gratiarum actione. Et iam paratam foveam fecit raguel impleri. Mane fecit occidi multas vaccas. Et convocatis vicinis fecit sollempne epulum et dum celebraret nuptias cum omnibus vicinis convocatis. in eorum audientia genero suo tobie dedit di-

medietatem portionem facultatum suarum pro-
mittens ei quod post mortem eius reliqua pars
ad eum devolveretur et ad filiam suam. Et
adiuravit eum coram omnibus ut maneret
cum eo per xiiii dies. i. per duas ebdomadas.
Tunc vocavit tobias socium suum. Scio in-
quit parentes meos de reditu meo sus-
pensos esse et in amaritudine vivere
animos eorum quo usque rediero. propterea vellem
maturare reditum meum. Adiuravit autem
me socer meus ut maneam cum eo per ii. ebdo-
madas. Rogo ergo te ut interim dum hanc
moram fecero: eas ad gabelum in civita-
tem rages et tradas ei cyrographum. Et
dabit tibi memoratum pondus argenti. Et
statim cum veneris: accingamur redire et
non faciamus moram duplicem. Si enim
manserimus hic per duas ebdomadas et
postea ibimus ad gabelum erit dup-
plex mora. Acquievit ei raphael dicens.
quia voluntarie susciperet pro eo hunc la-
borem et prosecutus est eum tobias gratiarum
actione dicens. Si me darem tibi servum non
possem respondere beneficiis tuis. Et as-
sumpsit secum iiii. servientes de famili-
a raguelis et duos camelos. Et venit
ad gabelum in civitatem rages et tra-
dito ei cyrographo: accepit ab eo memo-
ratum pondus argenti. Et venit pari-
ter cum eo gabelus ad domum ra-
guelis. Gaudens de eo quod acciderat con-
tribuli suo tobie. et cum intraret do-
mum raguelis: invenerunt raguelem
et tobiam generum suum et omnes vicinos
convocatos sollenniter convivantes.
Et gratulatus est contribuli suo tobie.
et universis qui interant nuptiis. Hic
redit hystoria ad tobiam patrem.

Pater **De reditu tobie ad patrem.**
et mater solliciti erant de reditu
filii et precipue mater dicens. Ut quid fili
mi te misimus peregrinari? Sed pater con-
solabatur eam. Prefixerat autem pater
filio diem dicens. Usque adhuc diem
potuit redire. Postquam autem transiit illa dies:
precipue dolebat mater et sollicita erat
Et singulis diebus egrediebatur extra ci-
vitatem si forte videret filium veni-
entem et constituerat sibi quasi speculam
locum quendam eminentem. Unde singulis
diebus quasi de specula prospiciebat si forte
filium videret a longe venientem. Con-
pletis vero duabus ebdomadibus. iterum ad-
iuravit raguel generum suum ut mane-
ret cum eis. Ipse autem nuncios mitteret
ad parentes suos in ninive. qui certifica-
rent eos de hiis que acciderant sibi. et
negavit dicens. quod nullo pacto re-
maneret. Et dedit ei multa ragu-
el in auro et argento et pecudibus. et
in finali discessu: instruxerunt parentes
diligenter filiam. Et exhortati sunt eam
specialiter de iiii. Scilicet ut maritum
diligeret. ut socros suos honoraret. ut
familiam regeret. ut se ipsam mundam
conservaret. Recedens ergo tobias a
sociis suis: valefecit eis et egressi sunt inter-
venerunt in charram. que erat quasi in me-
dio civitatum rages et ninive. Et
cum appropinquarent ninive. locu-
tus est raphael ad tobiam. Scio inquit
animos parentum tuorum in angustiis
esse. Oportet ergo ut nos precedamus et di-
mittamus familiam istam ut lento
passu veniat post nos. Et cum responderet
tobias tandem esse familie: noli in-
quit timere. quia in custodia dei sunt omnia.

Et cepit angelus instruere tobiam. Ingrediens inquit domum patris tui: ualefacies parentibus tuis et dabis patri tuo osculum pacis. Et post datum osculum agetis gratias de his que acciderunt uobis. Postea linies oculos eius felle piscis et recipiet sanitatem. Mater de specula cognouit filium alonge uenientem. et gaudens uenit ad patrem domum et renunciauit ei. Et ueniens tobias ad domum paternam: in ingressu: ualefecit parentibus suis et osculatus est patrem suum et prosecuti sunt deum gratiarum actione de eo quod acciderat eis. Postea unxit oculos eius felle piscis et statim quasi quedam albugo cepit emergere de oculis eius et filius manu propria accepit eam et extraxit. Et statim pater uidit filium et circumstantes et magnificauit deum. Post septem dies uenit sara cum uniuersa suba et familia sua et conuocatis uicinis per .vii. dies: sollenniter epulati sunt. celebrantes nuptias. Et post .vii. dies: uocauit tobias secreto filium suum dicens. Quid poterimus dare socio tuo? Tunc cepit tobias memorare beneficia que contulerat ei. quomodo scilicet in uia liberauerat eum a morte. scilicet a faucibus piscis uolentis eum transglutire. Et quomodo liberauerat eum a demone et ipsi patri restituerat sanitatem. intimando ei ut liniret oculos eius felle piscis. asserens se non posse respondere beneficiis eius. etiam si se daret illi seruum. Et locutus est ad patrem sic. Rogo pater ut si bonum tibi uidetur: offeras ei dimidiam portionem facultatum mearum. Et uocauerunt ad se angelum secreto. Et locutus est pater ad eum dicens. frater azaria si non uidetur tibi modicum accipe dimidiam portionem omnium bonorum nostrorum. Tunc locutus est angelus ad eos dicens. Secreta principum terrenorum regum scilicet et imperatorum: celanda sunt. sed secreta dei ad eius gloriam reuelanda. Ego inquit sum raphael. ~~un raphael.~~ unus de .vii. spiritibus qui assistunt

uultui dei: Et ei presentant orationes fidelium. De .vii. inquit id est de uniuersis. quia septenarius est numerus uniuersitatis. Vel forte sunt .vii. spiritus specialiter distincti. Cum esset inquit in amaritudine animi tuus et ores ad dominum: ego detuli orationem tuam ad eum et missus a domino. ut dux essem filio tuo in uia. Et cum uiderer comedere: non comedebam. Magnificate ergo dominum pro beneficiis que contulit uobis. Et euanuit a conspectu eorum. nec amplius eum uiderunt. et statim ceciderunt in facies suas. stupefacti et timefacti: ex timore quodam et reuerentia abhorrentes angeli presentiam. per quem facta erat exhibitio tantorum beneficiorum et fuerunt in extasi per tres horas. Postea tobias iuxta consuetudinem antiquorum patrum. pro inopinato beneficio: cantauit canticum domino. quod sic incipit. Magnus dominus in eternum. Vel ut aliis placet. Magnus es domine in eternum. Circa finem cantici: prophetat de reedificatione ierusalem et templi. post captiuitatem esse si uideret successionem in ierusalem habitare et adorare: in templo domini. [margin: forte dicens se scilicet]
Ex uerbis autem ipsius prophetie. potius uidetur mistice ad ecclesiam referri quam ad litteram de ierusalem intelligi. Ait enim et erunt parietes ciuitatis ex smaragdo. et saphiro et in plateis eius cantabitur alleluia. Postea cum esset tobias prope diem

obitus sui: prudens in spiritu subversionem
ninive fauturam. que facta est per cambisem
filium ciri. convocavit filium et nepo-
tes suos. Jam enim filius suus .vii. filios
de uxore sua susceperat. Et locutus est eis
finaliter dicens. Filii mei civitas hec sub-
vertetur. Consulo ergo ut postquam sepelieri-
tis matrem vestram iuxta me: egrediamini.
ne forte vos deprehendat captivitas. Et
mortuus est tobias et sepultus in nini-
ve. cum esset .c. duorum annorum. Alii li-
bri habent .c.xii. Et ambiguum est cui littere
sit potius consentiendum. Tamen quedam glo-
sa mistica: magis videtur velle quod .c. du-
orum annorum mortuus sit. scilicet quod sexa-
genarius recepit lumen et postea .xl.ii. an-
nis vixit. Facit enim misterium de hoc numero
.xl. Si autem .c. duodecim annorum mortuus
est. cum sexagenarius recepit visum:
ergo postea vixit .l.ii. annis. et ita potius
deberet surgere misterium de hoc numero
.l. Postea tobias mortua matre et sepul-
ta: iuxta consilium patris sui egressus est
cum filiis suis de ninive. et rediit ad
socros suos. et adhuc invenit eos incolumes in
bona etate. et posuit manus suas super oculos eorum.
et sepelivit eos. et habuit hereditatem eorum. et ibi
demum mortuus est: cum esset nonaginta annorum.
Et de historia tobie hactenus dicta suf-
ficiant. Prologus in expositione libri iudith.

Post hystoriam tobie prosequi
consuevimus historiam iudith.
et hester. non sequentes ut diximus ordi-
nem temporis. quia hec facta sunt post captivi-
tatem. Sed hec quasi incidentia et collatera-
lia historie. primo prosequimur. ut
in prosecutione historie: liberius in-
moremur. vel scilicet ea que post captivita-
tem gesta sunt. liberius prosequamur.

Primo ergo prosequamur hystoriam iudith.
Jeronimus ad peticionem paule et eu-
stochii: in latinam linguam transtulit
hunc librum. caldaice conscriptum. Erat
in bethleem religiosissima mulier
romana. cum filia. quarum rogatu
ieronimus transtulit hunc librum et
alios multos. non tamen sicut alios. Non
enim transtulit verbum ex verbo. sed sen-
sum ex sensu. quod fecit propter vitandas
falsas tradiciones. que multe erant
false tradiciones. hec voluminis: et in
greco et in hebreo. propter quas evitandas
tamen voluit sensum colligere. non
verbum ad verbum transferre. Liber iste
re vera apud hebreos inter agyographa
conputatur. non tamen urget eius aucto-
ritas. Quia in eo de duobus regibus a-
gitur. altero medorum. altero assiriorum.
de quibus in tota veteris instrumenti seri-
e. vel in historia alicui: mencio non habetur. Qui-
tamen apud hebreos in canone agyogra-
phorum ponitur. translatus est a ieronimo.
De tempore huius hystorie queritur quan-
do scilicet factum sit. quod in hystoria nar-
ratur. Et videtur factum primo post redi-
tum de captivitate. Loquitur enim in
hoc libro quidam princeps ydumeo-
rum ad holofernem de plebe iu-
daica in hunc modum. Plebs ista
captivata est et a deo suo correcta.
Hanc questionem movet rabanus dicens.
quia in cronicis eusebii: legitur hoc
factum tempore cambisis filii cyri.
Et ita factum est primo post captivi-
tatem. Cyrus enim occiso balta-
sar: et destructa babilone dedit
iudeis licentiam redeundi. Et
multi redierunt. et reedificaverunt

templum. quantum potuerit edifica-
re. tempore regni cyri qui regnauit xxx.
annis. Quo mortuo regnauit cambises
filius eius pro eo qui statim cepit persequi
iudeos. et prohibuit ne reedificaretur
templum. Iste cambises magnifici animi fu-
it. Et licet tamen per vii. annos regnaue-
rit. tamen longe plura et maiora fecit quam
predecessores sui. ita ut portaretur
humeris regum. Et obtinuit regnum
medorum et persarum et assiriorum. totam
scilicet monarchiam orientalem. Ista non
uidetur posse stare: quia tempore eius hoc
factum sit. De rege enim assiriorum. de
quo in hoc libro agitur. in eodem li-
bro traditur. quod pugnauit contra regem
quendam medorum potentissimum et ui-
cit eum. Si enim obtinuit totam
monarchiam orientalem: ut haberet
et regem medorum et persarum et as-
siriorum: quis erat rex medorum. Quomodo
stare potest quod dicitur pugnasse contra regem
medorum? Satis eleganter determinatur
secundum rabanum. Media enim terra est
spatiose magnitudinis et potuit
esse quod sub eo in aliqua parte me-
die fuerit rex aliquis medorum. qui contra
monarchum suum eriget calcane-
um suum. Sed adhuc non uidetur posse
stare. Constat enim quia cambises
non nisi per vii. annos regnauit. de
rege autem assiriorum de quo in hoc li-
bro agitur: traditur quod xiii. an-
no regni sui pugnauit contra
regem medorum. Tertio decimo con-
uocauit principes qui sub erant
ipso. Sed hoc quoque soluitur secundum
rabanum. Potest enim dici quod cirus
in uita sua concessit ei regnum
assiriorum. Et dictus est nabugodonosor
rex assiriorum. Vel etiam post mortem patris
obtinens totam monarchiam: retinuit
nomen antiquum. Sicut symon leprosus post
curationem lepre: semper dictus est leprosus. Quod
quod dicitur duodecimo anno regni fuisse:
computandum est a tempore in quo tradidit
ei pater: regnum assiriorum. De tempore huius
historie multas habet questiones in diuersis
locis. Sed quia tot determinare esset labori-
osum. sufficiat determinatio rabani:
et auctoritas ecclesiasticorum. Huic tamen sententie non ui-
detur littera consentire. sed statim in princi-
pio dissentire. quia statim in initio
hystorie dicitur arphaxat. rex medorum et per-
sarum. Sed ut arphaxatum est potuit et in
media et in persia. huius regnum iste ar-
phaxat qui uoluit erigere caput suum
contra monarchum suum. Prosequitur ergo hy-
storia de arfaxat in hunc modum.

Arphaxat Incipit expositio libri iudith.
rex medorum et persarum multas
ciuitates suo subiugauerat imperio. et edifi-
cauit ciuitatem in media. cuius muri
altitudinis septuaginta cubitorum. lati-
tudinis. xxx. et tres. crebre infra ambi-
tum muri. altitudinis. c. cubitorum.
ut esset caput regni
sui. Et dicta est ciui-
tas ecbatanis quam re-
uera non edificauit:
sed amplificauit. Cer-
tum est enim quia de-
ioceus qui occidit sar-
danapallum. edifica-
uit ecbatanis. Sed is-
te dicitur edificasse quia eam
ampliauit uolens
ibi construere caput mo-

Ad resistendum mo-
narcho suo. Anno
autem xii. regni sui
pugnauit contra eo na-
bugodonosor rex assiriorum
id est cambises qui sic
dictus est ab hebreis
in campo ragau
iuxta ciuitatem [illegible]
quia determinatur
bellum per circumia-
centia loca. scilicet per ad-

narchie: q tempore na- iacentes fluuios
bugodonosor fuiat et montes.
in niniue. In hac ciuitate .s. ebatani:
legitur daniel fecisse mausoleum ad
sepeliendos reges assiriorum. adeo mira
biliter fabrefactum: ut semper uideatur
hesterno die factum. Unde pro honore dani
elis institutum est a regibus assiriorum:
ut semper custodiret illud sacerdos iude
us. Notandum est enim quod frequenter in
glosis necatum est: quia regnum assi
riorum non omnino depressum est per nabu
godonosor. sed postea per cirum et darium.
Anno autem .xii. regni sui a tempore .s. quo
traditum est ei regnum assiriorum a
patre: pugnauit cum eo nabugodonosor rex as
siriorum .i. cambises. qui sic dictus est ab
hereis. in campo ragau. iuxta effraten. et
tigrin. quia determinatur bellum per
circumiacentia loca .s. per adiacentes
fluuios et montes. et uicit et occidit. Et post
uictoria habita: eleuatum est cor eius in ela
tionem. et conuocatis principibus et regibus u
niuersis: qui sub erant eius imperio: aperuit eis
quod uellet dominari uniuerso orbi. Et omnes assensissent.

De olofer-
ne.

Tunc misit nuntios suos per omnes
prouincias usque ad occeanum. et
usque ad ethiopiam. et uniuerse gentes ge
neraliter contradixerunt eis. In historia
autem simpliciter traditur. quod miserit
nuntios. nec determinatur: quod iniun
xerit eis. Ex sequentibus tamen uoluntas
eius deprehenditur. Uoluit enim de uniuersis
templis omnium prouinciarum omnia i
dola delere. et in singulis statuam suam
ponere. ut ab uniuersis gentibus tamquam
deus reciperetur. et unicus deus in uniuerso
orbe coleretur. Audita ergo prouinciarum con
tradictione gentium: iurauit per tro-
num suum. quod defenderet se ab eis .s. ne
inhonorarent eum .i. defenderet se a con
tumelia: quam inferebant ei. nolentes
eius ymaginem adorare. et ad hoc arta
ret eos. Uocauit ergo holofernem prin
cipem militie sue. et precepit ei ut
colligeret exercitum et transiret per singu
las prouincias. et nulli parceret. Et collegit
in exercitu: c.xx. milia peditum ar
matorum. et duodecim milia equitum.
et sagittariorum. et accepit de thesau
ris domus domini sui. multa necessaria ex
ercitui. et uictualia. equos et camelos. et cur
rus. Et collecto exercitu: uenit in campos
damasci. tempore messis. Et destruxit
messes eorum. uineas et oliueta. et preter
exercitum quem adduxerat secum: colle
git multa suffragia: de ciuitatibus
quas iam subiugauerat sibi. Tunc so
lo timore conuenerunt ad eum uniuersi
principes ciuitatum prouinciarum. et
reddiderunt se illi dicentes. Melius
est ut uiuamus adorantes ymaginem
domini tui: quam moriamur. et adorauerunt
omnes imaginem domini sui. Soli iu
dei restiterunt ad exhortationem helia
chim sacerdotis. Uenerant nuper iu
dei de captiuitate. et adhuc habita
bant in montibus et siluis dispersi.
Quibus undique conuocatis: precepit
heliachim sacerdos. ut operirent cili
cio homines et iumenta. et etiam pueri
in cunis. Nec non et altare. et taberna
culum domini: operiretur cilicio. et deuo
te orarent ad dominum ut defenderet
eos a tali obprobrio. Holofernes itaque
audiens quod iudei uellent ei resi
stere: conuocatis regibus idumeorum.
moabitarum. amonitarum. quos sibi sub-

iugauiat: uoluit intrare iudeam.
Tunc locutus e ad eum de iudeis q
dam princeps amonitar. s. achion. p
sequens singla de statu iudeorum. quo
m s. p abraham uenerant de caldea.
Et transierant p messopotamia et
uenerant in terra canaan. Quom
multiplicati fuerant sub iacob. 7 tempe
famis descenderant in egyptu. et i
bi multiplicati fuerant. Quomodo in
manu dei egressi sunt de egypto. qt
et quanta beneficia contulerat eis ds
in deserto. Quom pduxerat eos in
terram pmissionis. Quom de terra ex
pulerat .vii. gentes p eis. 7 tradiderat
terram in manus eorum. Plebs in
quit iudaica magna hr spem 7 con
fidentiam: in do suo. 7 quotiens n
hr offensum dm suum: liberat eam
a piculis. 7 ptegit int aduersa. Cum
autem ei indignationem sibi susci
tat: flagellat eam et corripit p
flagella. Vn et p misit eam a calde
is captiuari: 7 correptam iterum de
captiuitate reduxit. Audi g consili
um meum: dne mi. Antequam aggre
diamur eos. pscrutemur diligen
tius. si forte suscitauerint sibi in
aliquo: indignationem dei sui. Et
tc secure poterimus eos aggredi. Ali
oquin: n est tutum eos infestare. Et
ceperunt uniuersi principes qui ad e
rant: obloqui dicentes. Numquid
nabug. solus ds est in terra? Qs po
terit ei resistere? Tunc locutus e ho
lofernes ad achion. Que e gens ista
in nescio quo do spem ponens? Tu
eris eis adiutor. 7 gladio tu subibis.
rat ciuitas in confinio idu
mee in ingressu iudee nomine betualia
q primo uolebat expugnare holofer
nes. Et miserat heliachim sacdos ozi
am principem in ciuitatem illam. ut
esset princeps ciuium 7 iuuaret eos. Pre
cepit g holofernes ut duceret achion
in ciuitatem illam. ut esset adiutor iu
deis. Erat autem ciuitas in eminenti
sita naturaliter munita. 7 munierant
iudei angusta uiarum. Cumque ex
precepto holofernis adducerent achion
ut introducerent eum in ciuitatem: ag
gressi sunt eos fundibularii qui cu
stodiebant angusta uiarum. Et n sunt
ausi accedere ad ciuitatem. Alligauerunt g
achion: iuxta arborem 7 alligatum dimi
serunt. Et egressi sunt ciues 7 soluerunt eum.
et solutum: duxerunt secum in ciuita
tem. Et exposuit eis causam. Quare ita
alligauerant eum 7 quomodo locutus
fuerat ad holofernem: de eis. Tunc ozias
princeps duxit eum in domum suam. et
honorifice suscepit eum. Holofernes
autem n poterat accedere ad ciuitatem. quia
clauserant angusta uiarum. Et n pate
bat aditus l accessus ad ciuitatem. Tan
dem inuenit aque ductum unde ppina
bantur aque ciuitati. Et deprehen
dit hoc ut alibi traditur. indicio au
clarum. Et inuentum aq ductum
fregit. 7 n fluxerunt aq deinceps: in ciui
tatem 7 aliquantulum artabantur
penuria aquarum. habebant tn adhuc
fonticlos modicos extra ciuitatem.
Vn furtim ul de nocte singlis di
ebus hauriebant aq. Sz tn sufficie
bat aqua illa ad refocillandas animas:
non ad saciandas. Tc uenerunt ad ho
lofernem principes moabitarum. no

lentes ei insinuare ut custodes pone-
ret circa fontes. Et dixerunt. Domine gens
ista non confidit in uirtute siue in
multitudine: sed in locorum munitione.
Si uis eos capere sine sanguine: pone custo-
des circa fonticulos. et arcabuntur siti. Et
uisum est holoferni sanum esse consi-
lium istorum. et adquieuit. Et posuit cen-
tenarios custodes circa singulos fonti-
culos. Et adhuc habebant aquam de ci-
sternis. et licet singulis diebus distribu-
eretur singulis ad mensuram: tamen non suf-
fecit nisi per uiginti dies. et de siccitate
sex cisterne. Et tunc ceperunt clamare: mu-
lieres et paruuli. Et tunc insultauerunt ci-
ues ciuitatis ozie principi dicentes.
Iudicet deus inter te et nos. id est uindicet
nos de te. Melius esset nobis uiuere sub
dominio cuiuslibet regis quam mori sic.
Et cum uellent se reddere holoferni:
supplicauerunt eis ozias et quidam sacer-
dos qui cum eo erat. ut adhuc expec-
tarent per v. dies si forte faceret eis deus
misericordiam. Et uix potuerunt impetrare. Dum
temptauerunt eiulatum populi. per dilati-
onem v. dierum. De egressu iudith ad holofernem.

Erat autem in ciui-
tate uidua. scilicet iudith. que iam
extiterat uidua: per iii. annos. quia dum
colligeret uir eius manipulos post messo-
res suos cecidit calor estiuus super caput
eius et mortuus est. Erat autem rubenti-
ta. et mulier sancta. et tante religionis
ut nemo uerbum sinistrum auderet
proferre de ea. et erat inestimabilis
pulcritudinis. Hec audiens quod ozias
expectationem populi per v. dies tantum pro-
longat: grauissime doluit. sciens eum
grauiter deliquisse: quia miserationi
diuine terminum prefixerat. Uenit
ergo ad duos sacerdotes qui missi fuerant
de ierusalem ad tuicionem ciuitatis. et locu-
ta est eis dicens. Quid est quod fecit ozias?
Et posuit terminum expectationis misericordie dei.
In hoc ipso grauiter deliquit. Non est
deus ut homo. Non est nostrum miserati-
oni eius terminum ponere. sed misericordiam
eius quousque nos respiciat expectare.
Monete ergo populum: ut peniteat super
hoc delicto. ut sic deus faciat misericordiam
cum eo. et ipsi credentes ei. Ad quam illi. Uer-
bo domini locuta es. Ad quos illa. Si uobis
uidetur locuta sum. cum dei auxilio: opus
dei factura sum. sed tamen opus uobis
exprimere nolo ne sitis michi im-
pedimento. Ad quam illi. Dirigat deus
opus tuum. Ad quos illa. Hac nocte
inquit egressura sum ad opus quod fa-
cere disposui. Estote ergo hac nocte
uos duo custodes in porta ciuitatis.
et ozias uobiscum. et omnes custodes
amouete. quia uidentibus aliis
nollem egredi. et adquieuerunt. et reuer-
sa est in domum. In secretiori parte
sibi fecerat cubiculum cum puellis
suis. Et capite cinere asperso prostra-
ta cilicio induta: orauit ad dominum.
prolixa oratione. Sed hec fuit summa
prolixe orationis. Domine deus qui de-
disti gladium symeonis in si-
chem. in ultionem corruptio-
nis sororis sue: dirige gladium
meum in caput holofernis. in
ultionem populi tui. Et uide quod
uidetur commendare factum le-
ui et symeonis. quod in ultionem

stupri sororis sue interfecerunt sichem filium emor in sichimis. quod nullatenus commendabile est. Unde iacob in finalibus benedictionibus pro hoc facto eos arguit dicens. Symeon et levi vasa iniquitatis. vasa bellantia. in consilium eorum non veniat anima mea. Cave ergo ne intelligas eos in hoc facto commendabiles. Quod est quod dicit. Deus qui dedisti gladium symeonis? Sepe deus in impios. dirigit gladium impiorum. Sicut iudeos peccatis suis exigentibus: flagellavit per virgam furoris sui. id est per assirium. Et tamen vindicta dei commendabilis est. illi tamen detestabiles per quos eam exercet. Ad ultimum addit. quod in cumulum glorie dei cederet: si gentem superbam in manu femine humiliaret. que in tantam prorupat elationem: ut dominum suum diceret deum. finita oratione: vocavit abram suam. Et non est michi perspicuum: an sit apud hebreos commune nomen omnium ancillarum: an sit nomen proprium unius ancille. Vocata ancilla dixit ei. Accipe amphoram vini et oleum et panes. ideo autem precepit tolli cibaria necessaria: ne contaminaretur escis gentilium. Et deposito cilicio: ornavit se et lavit mirro optimo. Et induta est vestibus iocunditatis sue. et dominus multum addidit pulcritudini eius. quia non querebat formosa videri. pro libidine: sed pro virtute. Et egressa est nocte cum ancilla sua. Et erat ozias princeps in porta civitatis: cum duobus sacerdotibus. et admirati sunt pulcritudinem eius. et locuta est eis dicens. Aperite portas quia volo tñ sire et adquieverunt. Et egressa venit ad fonticulos circa quos posuerat holofernes custodes suos. et circa auroram: invenerunt eam exploratores. Et quesierunt ab ea: quid actura esset. Et respondit eis. Novimus quia tradet deus civitatem in manus vestras. Et ego egressa sum ut salvarem animam meam. Vado ad holofernem et docebo eum infirma civitatis. Et ostendam ei. qua via obtinere civitatem potest. sine effusione sanguinis. Et dixerunt ad eam. Quam cito venies ad conspectum domini nostri: invenies gratiam in oculis eius et benefaciet tibi. Et duxerunt eam ad holofernem. Et invenit eum sedentem in conopeo. sive canopeo. Conopeum dicitur quod in modum coni factum. quia inferius habet latitudinem: et in altitudine acumen. vel canopeum a canope civitate egypti sic dictum. in qua prius inventum. Et procidens in terram adoravit regem. et dirigens holofernes intuitum in eam captus est in oculis eius. Et precepit ut erigerent eam. Cumque staret ante holofernem timebat ad presentiam tanti principis. et exhibebat habitum timoris. Et deprehendens rex eam tremefactam confortavit eam dicens. Noli timere. Ego numquam volui nocere virum. qui voluerit servire nabugodonosor. Et ne mireris si in sacra scriptura sepe invenias hoc verbum noceo. et cum dativo et cum accusativo: constructum. Et si inquit gens tua vellet ei servire: venerarer gentem tuam. Manifesta: quare venisti. Tunc iudith: ex cogitatione proposuit. iiii. ut insinua-

ret ei quod intendebat. Et si uideatur
hisperbolice locuta uel mentita: tu excusa
eam. quia non pro libidine sed pro ueritate
mentiebatur. Timor inquit inua-
sit gentem meam. Audiunt quoque pro stre-
nuitatem tuam. non tantum homines sed
etiam bestie subiugantur nabugod.
et per hoc sciunt quia tradentur in
manus tuas. Preterea uerum est quod dixit a
chior. nouimus enim uerba que propo-
suit tibi: offensus est nobis deus noster. Et hec
est causa precipua offensionis. Deus noster in
lege prohibuit esum sanguinis. Ipsi autem
artati sunt siti. et disposuerunt cras
uel post cras: interficere animalia sua.
et bibere sanguinem. Et cum deus noster pri-
mo offensus esset ex hoc amplius offende-
tur. Ecce tertium quod ei proposuit. Quan-
tam quoque addidit causam. quare non po-
terant resistere. Ad eo inquit sunt
famelici: quia iam numerantur inter
mortuos. Propter hec inquit tradet eos dominus
in manus tuas. Et misit me ut in-
dicarem tibi. Et ego inquit ostendam
tibi infirma ciuitatis. quoniam facile ob-
tineas eam. et sine effusione sanguinis.
Nec solam ciuitatem sed etiam totam
terram. et uenies in ierusalem. et pones ibi se-
dem tuam. Ad quam holofernes. Magnum
est inquit: quod promittis. si impleueris pro-
missionem tuam: deus tuus deus me-
us. id est recipiam eum in numero deorum
meorum. Ad quem illa. Rogo inquit ut
permittas me libere egredi sub diuo. ad
adorandum dominum deum meum. et con-
sulendum eum ut reuelet horam in
quam tradituri sunt eos in manus
tuas. et ego indicem tibi. Tunc precepit
holofernes eam habitare in sectio-
ri loco ubi erant thesauri sui. et
uoluit ei ministrare cibaria de men-
sa sua. At illa noluit recipere. dicens.
quia si uesceretur cibis eorum offenderet do-
minum deum suum. et non reuelaret
ei horam qua tradituri erant gen-
tem suam in manu eius. Sed neque non uteretur
nisi cibis quos attulerat. Et si inquit de-
fecerint cibaria tua. numquid cibis nostris
poteris uti? Antequam inquit deficiant
cibaria mea: implebit dominus que im-
ple disposuit per manum ancille tue.
Habitabat ergo iudith in loco sectio-
ri ex mandato regis. Et singulis di-
ebus egrediebatur cum abra sua ad
fonticulos et lauabat se et semel
tantum in die comedebat. Et ad uesperam
quarta die fecit holofernes sollemp-
ne conuiuium principibus suis. Et
parato conuiuio. etiam ipse esset ut
discumberent. uocauit melchion
eunuchum suum: et ait illi. Uade
ad hebream illam et persuade illi
ut mihi sponte consentiat. quia turpe
erat apud siros mulierem illudere
uiro. id est recedere intactam ab eo. Et in-
gressus est ad eam: eunuchus. et cepit
ei diligenter insinuare dicens.
Consentiat puella mea domino meo.
et egrediatur ad eum et epuletur
cum eo. Ad quem illa. Quid possum nega-
re domino meo? Omnia sunt in mani-
bus eius. Et egressa est ad conuiuium.
et comedit coram rege. Et dominus plurimum
agitauit pulcritudine eius. Cumque
putarent conuiuantes eam conuesci
cibariis eorum: ipsa comedebat
cibos suos quos latenter ministraue-
rat ei abra sua. Post conuiuium in-

c.xlv

gressus ē rex cubiculum suum ⁊ re-
cesser̄t om̄s scientes uoluntatē dn̄i
sui ⁊ ingsa est iudith p̄ regem. et
eunucus ⁊ statim eunucus exiuit. ⁊ di-
misit eam solam c̄ rege. ꝓ uidente
autē dn̄o. bibat holofernes pl̄ soli-
to. et uehem̄ter inebriatus: obdor-
miuit statim: graui sōpno. Q̄d aīa
duertes iudith uocauit abrā suam
et ꝓcepit ei ut staret in limine do-
mus ⁊ uid̄et si forte aliq̄s insidia-
retur eis. et flexis genib; orauit ad
dn̄m ut confortaret animū eī. ne
p timore desist̄et ab incepto. q̄a fe-
mina erat. De morte holofernis.

Erat autē sup cubiculum re-
gis colūpna in qua depende-
bat conopeum inuolutū et in co-
nopeo cingulum regis. cui alliga-
tus erat pugio. Et assūpto conopeo
et euoluto: accepit pugionem et
bis pcussit. q̄r muliebris ict̄ inua-
lidus ē. ⁊ amputauit collum holo-
fernis. et dedit illud abre sue. ⁊ p-
cepit ei ut reponeret in pera ⁊ inuo-
luit linteaminib; corpus sanḡno-
lentum. et accepto conopeo: egres-
se sunt latenter. Et uener̄t ad por-
tas ciuitatis dicentes. Apite q̄a fec̄
nob̄ dn̄s m̄iam. Et gauisi st̄ quia
iam despabāt deuita eī. Et intra-
uit iudith ⁊ conuener̄t ōs ad eam.
Et extracto capite depera. hoc est
inquit capt̄ holofernis ⁊ nemo
eorum cognoscebat cap̄. Et uocat̄
ē achior ⁊ uidens cap̄: tremefact̄
est ⁊ p stupore et admiratione cec-
dit interram ⁊ fu̅ p horā: q̄i inex-
tasi. Et exurgens ait. Ve n̄ est d̄s:

nisi d̄s isrl̄. Et uocatis sacerdotib;
c̄cīcidit carnem ꝑpucij sui ⁊ recep-
tus ē ingentem iudeoꝝ. P̄tea locu-
ta ē iudith cōmunit̄ ad eos. Audi-
te inq̄t consilio meo. Mane para-
te uos et egredimini ⁊ tm̄ p cedetis
ut possitis uidi detentoriis. Et ipsi
uidentes uos statim pabūt se ut
conḡdiantur uob̄ ⁊ uenient ad te-
torium dn̄i sui ⁊ forte aliq̄ntulum
expectabunt. nolentes eum excitare
a sōpno. S; p̄q̄m uenient ad cubi-
culum et mortuum inuenient:
statim ītentur infugā ⁊ t̄c inseq̄-
mini eos. Mittite g̊ nuntios p ōs
ciuitates. ut mane parati sint ōs
ad pugnam. Et sic factum ē iuxta
consilium iudith: q̄d ꝑposuerat ci-
uib; suis. Mane suspensum ē cap̄
holofernis in muro ⁊ egsi st̄ betu-
lienses ad pugnandū contra assiri-
os. Et uidentes eos assirij tāq̄ para-
tos pugnare secum: statim cepēr̄t
se ꝑparare. ut congred̄entur cū eis.
S; noluer̄t congredi sine dn̄o suo.
Miser̄t g̊ nuntios ad tētorium eī:
ut excitarent eū ⁊ non st̄ ausi ex-
citare. S; iux̄ tentorium: ceperunt
plaudere ⁊ ludere. ut si p̄ea argu-
eret eos: excusare se possent. q̄r ca-
sualiter excitauiant eum. Tandē
p̄ncipes exercitus ⁊ uener̄t ad tento-
rium dicentes. Ut ē holofernes: q̄r
n̄ surg̃: Ecce multi iudeoꝝ egressi
sunt de cauernis suis ⁊ parati sunt
congredi nob̄. q̄d nob̄ in contu-
meliam cedit. Et ingressus ē ua-
gion familiaris eī: tentorium re-
gis. Et putans eū adhuc dormire

cum iudith: erigit linteum et inuenit
truncum sine capite. Et statim cucur-
rit ad cubiculum iudith quod scilicet ei desti-
natum erat in loco secretiori. Et non
inueniens eam: egressus est et eiulatu
magno exclamauit dicens. Una
mulier hebrea illusit uniuerso genti
tui nabugodonosor. et exposuit eis mor-
tem holofernis et turbati sunt. Et cepit
unusquisque cogitare quomodo sal-
uaret animam suam et dispersi ceperunt
fugere. Videntes autem betulienses
eos uersos in fugam: insecuti sunt
eos. Et cum inuenirent eos dispersos
facile superabant eos seorsum inuenien-
tes .xx. seorsum .xxx. et fugauerunt
eos in ore gladii. Et expulerunt eos extra
terminos finium suorum. De ditatione

De ciuitate autem betulie.
egresse sunt mulieres. par-
uuli. senes. et infirmi. Et inue-
nerunt intentoriis infinitam suppel-
lectilem. et deportauerunt. Qui autem
fugauerant eos: abstulerant eis ar-
ma et equos et infinitam predam.
et redierunt in ciuitatem. Et dita-
ti sunt omnes ita ut intra non posset
inueniri pauper de uniuersis habi-
tatoribus terre. Et dederunt iudith
quecumque fuerunt holofernis. Et
celebrauerunt festum in gaudio per
tres menses. et canticum cantauit
domino iudith ad gratiarum actiones pro
inopinato beneficio et gloria uic-
toria. Et in hoc cantico illud habetur: quod
dicit ieronimus super psalmum. Domine
dominus noster. scilicet quod ubicumque in hebraica ueri-
tate inuenitur talis geminatio a-
liorum nominis dei: primum ponitur

pro nomine ineffabili. quod dicitur tetragra-
maton. Secundum uero: est nomen commune. ut
in hoc cantico ubi dicitur adonay domine deus.
cum adonay sonet dominus. idem est. ac si dice-
retur. domine domine deus. Et primo positum:
ponitur pro nomine ineffabili. secundo po-
situm est ut supra. Audiens heliachim sacer-
dos qui erat in ierusalem. quod tantam uic-
toriam contulisset dominus populo suo per ma-
num iudith: descendit in betuliam
cum aliis sacerdotibus ut uideret eam. Et be-
nedixit ei sacerdos heliachim. Et pro-
uixit memoriale et nomen eius in etter-
num mansurum. id est quod in numero sollemp-
nitatum suarum semper haberetur. dies huius
uictorie sollempnis. Et ascendit po-
pulus betulie in ierusalem et obtulerunt
uictimas suas pacificas et salutaria.
et ascendit iudith in ierusalem. Et ob-
tulit conopeum in templo in anathe-
ma. quod obtulit conopeum in memo-
riale et signum uictorie. scilicet quasi quoddam
separatum ab usibus iudeorum quia non
fuit in aliquem usum. sed tamen in memo-
riale et signum. Et mortua est iudith:
et erat .c.v. annorum. Et sepulta est in
sepulcro uiri sui. qua superstite non sen-
serunt filii israel aliquam grauem molestiam.
et hec de historia iudith. Explanatio

Sequitur hystorie hester.
hystoria hester. iuxta con-
paginationem bibli-
othece quam sequimur. Quod tamen
in hac historia continetur. factum est post
relaxationem captiuitatis. sed ideo iam
eam primo persequimur: ut nos expe-
diamus. Postea redibimus ad captiuita-
tem. tandem ad eius relaxationem. Li-
brum hester fatetur ieronimus. se in

uenisse corruptum. per uarias editiones que facte erant de hebreo in grecum. Sed ad peticionem paule et heustochii: accepit librum hester de archiuis hebreorum .i. de armariis. et diligenter transtulit uerbo ad uerbum. Quod in historia traditur. factum est tempore asueri. quod in hebreo sic dictus est in greco artaxerses. Et tradit ieronimus iosephum hic errasse. Putauit enim hunc fuisse nepotem ciri: sub quo rediit neemias. qui reedificauit ciuitatem ciuitatem ierusalem et portas eius. Quod hoc stare non possit. satis infirma ratione ostendit ieronimus dicens. quia sub illo artaxerse factum est hesdras. qui facta sub eo perscrutus est. hic non preter misisset. Ut autem euidens fiat sub quo artaxerse factum est: nota quia tres leguntur fuisse darii. Primus fuit darius qui cum ciro destruxit babilonem. et occidit balthasar. Iste dedit iudeis licentiam redeundi et reedificandi templum. et sub ciro .xxx. annis reedificatum est. sed intermissum tempore cambise. et duorum magorum. Post duos magos regnauit darius filius ydaspis. Sub quo iterum reedificatum est templum. qui fuit monarchus medorum et persarum. Et post eum assuerus artaxerses. qui cognominatus est longimanus. et post eum darius nothus. postmodum assuerus artaxerses cognominatus est mnon. Et sub eo factum est quod traditur in historia hester. Non est ergo factum sub assuero artaxerse. qui cognominatus est longimanus. sed inferius sub eo qui cognominatus est mnon. Cuius regnum dilatatum est ab ethiopia. usque in indiam. Et erant in regno eius .c.xx.v. regiones. Tempore huius floruit grecia in philosophis. scilicet in socrate. platone. aristotile. Fuit autem caput regni eius in susis ciuitate ubi fuisse legitur domus illa magna quam fecit darius. que dicitur una de mirabilibus mundi. Cuius columpne erant argentee omnes. et tectum concameratum in modum firmamenti. Et in eo fixe gemme multiplices in modum stellarum. In eadem ciuitate fuisse legitur uinea illa famosa de qua habetur in legenda alexandri. cuius omnes uites argentee palmites aurei. botri et uue: quasi gemme. Iste assuerus tertio anno regni sui uoluit indicare principibus regni sui diuitias suas. Conuocatis itaque principibus uniuersis regni sui: fecit eis sollenne conuiuium. in domo illa magna. Et protelate sunt epule ille sollennes. per .c. octoginta dies. Quibus completis placuit regi ut conuocaret uniuersos qui erant in ciuitate a minimo usque ad maximum. Et simul faceret eis sollennes epulas. Uidens autem quod non possent eos capere domus. precepit ut comederent in orto deliciarum .i. in atrio quodam immense capacitatis. constructo ex columnis argenteis. in quibus dependebant cortine sericee. et concessum est eis ad maiorem uoluptatem ut biberent secundum propriam uoluntatem. non compulsi. preter consuetudinem regni persarum ubi conuiuantes bibere compellebantur. Et dum assuerus sollempniter epularetur: cum uniuersis quibus mater. uasti regina

conuocatis uniuersis ciuitatis mu-
lieribus deliciose conuiuabat et eis in
domo. Cum esset rex in conuiuio cum prin-
cipibus et ciuibus suis. uocauit .vii. eu-
nucos et significauit per eos regine ut
ornaret se et indueret uestibus iocun-
ditatis sue. Et sic ornata presentaret
conspectui regis. coram conuiuanti-
bus. uolebat enim pulcritudinem eius
eis ostendere principibus regni sui. ut
in decore uxoris delicias eius admi-
rarentur. Et indignata est quia uo-
cabat eam per eunuchos et uenire con-
tempsit. Quod postquam nuntiatum est
regi per eunuchos. uocauit .vii. sapi-
entes suos. Erant enim .vii. sapientes
in regno eius. qui semper assistebant
eius uultui et consulebant ei in sec-
tionibus negotiis. Conuocatis ergo uni-
uersis principibus et principaliter .vii.
sapientibus: consuluit eos quam pe-
nam digna esset subire regina. que
ad eum imperium uenire neglexerat.
Ad quod unus de .vii. sapientibus. Audi
inquit domine mi contemptus iste non
tantum lesit te. sed uniuersos qui sunt
in regno tuo. Audientes enim mu-
lieres regni tui. quod regina contempse-
rit mandatum tuum: contempnent
mandata uirorum suorum. Exeat ergo e-
dictum de ore regis. et redigatur
in scriptis. Erat enim nefas in reg-
no persarum. edictum regis postquam in
scriptis redactum esset preterire. ut de-
ponatur uasthi: de solio regni. Et
mittantur littere per uniuersas regiones
regni tui. ut obediant mulieres
uiris suis. nec contempnant man-
data eorum. Adquieuit rex huic consilio.

Et deposita est regina: de solio regni. et
misse sunt littere per uniuersas .xx. vii. regio-
nes regni assueri. ne transgrederentur mu-
lieres preceptum uirorum suorum. Post aliquos
dies cepit rex conqueri. moleste ferens
absentiam regine quam tenerrime dilexerat. Et
audientes serui eius eum conquerentem: con-
suluerunt ei. ut mitterentur nuntii per
uniuersas regiones. Et adducerentur
de uniuersis regionibus eleganter puel-
le ad regem. et intrarent ad regem. et rex e-
ligeret. Et que magis placeret ei. substitu-
eretur in locum regine. Et sic factum est. Ad-
ducte sunt ergo uirgines undique: nec sta-
tim intrabant ad regem immo prius per
dimidium annum ungebantur oleo mir-
tino. Postea per alium dimidium annum u-
tebantur pigmentis et huiusmodi delicatis.
Postea intrabant ad regem. Antequam autem ad
regem intrarent dum adhuc uirgines
essent: deputatus erat eis custos aggeus. Postquam
autem prima nocte ingresse erant ad regem
mane egrediebantur nec aliqua amplius
regrediebatur: nisi rex eam reuocaret. Et
transibant in custodiam eunuchi. Erat

Erat autem tunc tempore hester facta est regina.
ris in regno persarum quidam iu-
deus. nomine mardocheus qui fuerat
de captiuitate ioachim. quem reddidit
se cum matre et pueris nobilibus. Non iu-
sum est iosepho quod factum sit hoc tempore as-
sueri qui successit dario filio idaspis.
Alioquin non uidetur potuisse uiue-
re per tot annos. sed dicatur hoc factum in-
ferius sub assuero qui successit dario
notho. Sed nec istud nos artat. Possu-
mus enim dicere mardocheum captiua-
tum cum ioachim. non in se sed in paren-
tibus suis. et postea in captiuitate natum.

cxlvi

Iste mardocheus habuerat fratrem. qui dictus est abiel. qui hVit filiam nomine hester. Dicta est etiam edissa. a qua cognominata est ciuitas edissa: in qua primo inuentum est caput beati iohannis. Mortuo autem patre: adoptauerat mardocheus in filiam eam neptem suam. et maxime sollicitus erat de ea. Audiens autem quod adducerentur puelle ad regem preparatum rogatum neptem suam a bonis spes de ea. quia elegantissime pulcritudinis erat: et adducta est in palatium regis et tradita aggeo. Et quam cito uidit eam aggeus: uisum est ei quia placeret regi. et honorauit eam pre aliis. et dedit ei mundum muliebrem. In textu est an sit nomen speciale alicuius ornatus mulieris. an de se liber. ut sit sensus. Dedit ei mundum muliebrem. id est quasi libri ornatus mulieri necessarios. Et deputauit .vii. puellas ad seruiendum ei. Mardocheus uero sollicitus erat pro nepte sua. et tota die erat in porticibus domus regie cum seruis suis ut audiret quid fieret de nepte sua. Tandem anno completo: debuit intrare ad regem. Erat autem consuetudo ut puella ad regem ingressura: peteret ab aggeo quemcumque uellet ornatum. et daretur ei. Hester uero ad regem ingressura: nullum ab aggeo petiit ornatum. non quia a principio decerat ei. et ingressa ad regem: placuit regi. et substituit eam in locum regine. Et substituta nichilominus obtemperabat mardocheo qui nutrierat eam: tamquam si esset in domo eius. Et non indicauit gentem suam. scilicet quod esset de gente iudeorum. Factum est autem quod duo de eunuchis regis qui erant ianitores: irati sunt regi. et tractabant de morte ei. Et cum esset mardocheus cum eis in porticibus domus regie: deliberabant de loco. et tempore mortis. Et quia nouerant ipsum iudeum: non putabant eum linguam suam intelligere. Significatum est autem regine a mardocheo. ut ipsa ex parte eius hoc indicaret ei. Et sic factum est. Et explorauit rex: utrum uerum esset. et deprehendit uerum esse et appensi sunt illi duo in patibulis. et redactum est in annalibus: quia hoc deprehensum erat per mardocheum. quia singuli reges faciebant redigi in scriptis facta temporum suorum. De liberatione iudeorum per hester.

Eodem tempore sublimauit rex assuerus aman amalechitem. qui fuit de genere agag regis amalechitarum. quem diuisit samuel in frustra. pro quo indignatus est sauli quia contra preceptum domini reseruauerat regem. et quedam potiora de preda. cum preceptisset dominus ut omnino destrueret amalechitas. ita quod nemini parceret. Iste tantam sibi conparauerat gratiam regis: ut preciperet rex eundem honorem ei exhiberi: qui exhibebatur ipsi regi. Preceperat enim ut adoraretur sicut ipse. et ex regis edicto: quicumque ingrediebatur uel egrediebatur aulam regis. omnes flexis genibus adorabant. Solus mardocheus non flectebat ei genua. nec assurgebat ei. et conuenerunt eum serui regis. quare non adoraret eum. Respondit eis. Ego iudeus sum. et iudei solum adorant dominum. Et significatum est aman. quod iudeus quidam uilipenderet eum. et contempneret adorare eum. et indignatus est aman. et cogitabat quomodo uindicaret dedecus suum. tamen in eum quia hoc parum uidebatur ei: sed in uniuersam gentem iudeorum. Erat autem et causa secreta quam nulli reuelabat quare uellet delere gentem iudeorum quia memor erat: quod iudi

delerant amalechitas. Venit ergo secre-
to ad regem. Et ut facilius persuaderet
ei quod intendebat: quiddam premisit
ad insinuationem. Bonum est inquit
regem pacem habere in regno. quia discor-
dia est ad regem desolationem. Discor-
die autem fomes est dissimilitudo. Quia sicut
similitudo concordiam: sic dissimilitudo
discordiam parit. Si vis ergo de regno tuo
amovere scandalum et seminarium dis-
cordie: tolle a regno tuo dissimilitu-
dinem. id est gentem quandam genti tue dissimilem.
scilicet iudeos transgredientes precepta tua. Et eorum exem-
plo: alii de regno tuo transgredientur mandata
tua. Et ita non habebis pacem in reg-
no. Expedit ergo ut tollas de medio.
et occidas eos quotquot sunt in regno tu-
o. Si autem obicis incommodum tuum
quod sustinebis quia serviunt tibi in tribu-
tis: ego singulis annis dabo tibi decem
milia talenta argenti pro restituti-
one huius incommodi. Josephus dicit .xl.
milia. Et conces[...]sit ei. ut ad nu-
tum suum eos [...] occideret et dedit
ei sigillum su[...]um. ut litteras
quas ubique in regno suo de iudeorum
occisione mitteret: regio anulo sigil-
laret. Quia non erat fas sanctionem aliquam
regis anulo sigillatam: in irritum
revocari. Et egressus est aman a faci-
e regis. et iecit sortes. Erat autem primus
mensis qui dicitur nisan. Et indicaverunt ei
sortes. quod .xii. mense eiusdem anni tertia
decima die mensis destruendi essent.
vel quartadecima die mensis. secundum alios. Quo-
niam autem hoc indicaverunt ei sortes: initum
est. Et misse sunt littere per universam
regionem. per veredarios. id est per cursores. ut
die in litteris determinata: parati

essent omnes inimici iudeorum. Et omnes
circumstantes. ut occiderent iudeos.
et diriperent sibi bona eorum. Rescriptum
autem harum litterarum positum est in su-
sis civitate. in eminenti loco ut hoc
omnibus innotesceret. Et videntes hoc iu-
dei civitatis: induti cilicio capitibus
cinere aspersis: planxerunt eiulatu mag-
no per civitatem. Et flens eiulatu mag-
no mardocheus discurrebat per civita-
tem: et frequenter veniebat ad fores do-
mus regie. Intrare autem non poterat
quia nemini induto cilicio fas erat
intrare domum regiam. Significatum
est ergo regine quod mardocheus ita eiulan-
do sepe veniebat ad fores domus regi-
e. Et misit ei vestes ut intraret.
et renuit. nolens deponere cilicium. sed
significavit ipsi regine quid fecerat a-
man. Et mandavit quod intercederet
apud regem pro populo suo. Et respondit
regina. Non audeo inquit: intra-
re ad regem. Et iam fluxerunt .xxx. di-
es: ex quo non est ingressus ad me. Est
autem lex in regno persarum. quia si quis
non vocatus ad regem intraverit: occide-
tur. Et erat hoc immutabile. nisi for-
te rex sedens in trono suo et tenens
sceptrum. ad intrantem converteret caput vir-
ge quod erat signum clementie. Et hoc
erat unicum remedium mortis ei. qui
intrabat ad regem non vocatus. Audi-
to hoc responso regine: iterum man-
davit ei mardocheus. ut poneret ani-
mam suam pro populo suo dicens. Nunquid
posuit te deus in solio regni. ut in
hoc articulo populo tuo subvenires?
Pone ergo animam pro populo tuo. Alio-
quin: per manum alterius liberabit dominus

cxlviii

dominus populum suum. Pena autem redundabit in caput tuum et patris tui et genus tuum. Et regina significavit mardocheo ut universis iudeis qui erant in susis civitate indiceret triduanum ieiunium, ut induti cilicio capitibus cinere aspersis per triduum ieiunarent ad dominum et orarent. Et ipsa tertia die obiceret se periculo capitis et intraret ad regem et sic factum est. Tertia die post orationem induta est hester vestibus iocunditatis sue. Et comitata tantum duabus puellis, quarum altera necessaria erat ad sustentationem laterum pre teneritudine, altera ad elevationem vestium pro nimia longitudine, cum timore ingrediebatur ad regem. Et cum esset ad hostium thalami, vidit regem sedentem in throno suo et quem in intuitu vidit, turbationem eius in facie deprehendit. Et tremefacta primo timore deficiente spiritu evanuit. Et collapsa est inter manus duarum puellarum. Statim rex accurrens erexit eam de terra et fovit in gremio suo et cepit eam consolari dicens. Noli timere pro decreto persarum, quod non est datum nisi pro subditis. Rex namque et imperator qui promulgat leges, legibus non est subiectus. Tu autem es portio carnis mee. Ideo decretum illud non tangit te. Confortare ergo et pete a me quicquid volueris, quia dabo tibi etiam si petieris dimidium regni mei. Tandem aliquantulum resumens spiritum vix potuit verbum unum proferre. Et vix locuta est dicens. Adeo evanuit spiritus meus quod nullo pacto possem tibi exprimere petitionem meam. Sed rogo ut cras egrediaris ad convivandum mecum, tu et aman quod paravi vobis prandium. Et concessit ei. Crastino egressus est rex ad prandium quod paraverat ei regina et aman cum eo. Et cum rex incaluisset mero et factus esset hilaris plus solito, dixit regine. Pete a me quicquid vis, quia dabo tibi licet dimidium regni mei petieris. Ad quod hester. Non possum inquit modo exponere petitionem meam. Sed cras similiter convenietis ad prandium quod parabo vobis et concessit ei. Et surgens aman de convivio egrediebatur per palatium regis et omnes servi et ministeriales regis adoraverunt eum. Et cum esset mardocheus inter eos, non solum non adoravit eum, sed nec assurrexit ei nec movit se de loco suo. Et hoc notavit aman et veniens in domum suam cepit gloriari coram uxore et filiis. Habebat enim x. filios. Et de amicicia regis et de eo quod regina secum tamquam familiarem suum invitaverat eum ad prandium cum rege. Et post huiusmodi iactanciam addidit. Hec omnia vilipendo et me [illegible] e ipsum si non possum vindictam sumere [illegible] de mardocheo qui tanta me [illegible] afflixit contumelia. Ad quod uxor eius. Fac inquit parari longam trabem l. cubitorum et fiet inde crux. Et cras veniens ad regem pete ab eo animam mardochei et non negabit tibi. Et suspendetur cras in cruce parata. Et ad consilium uxoris fecit parari trabem et inde fieri crucem in qua suspenderetur in crastino mardocheus. Dominus autem liberavit eum in hunc modum. De morte aman [illegible].

Factum est in instanti nocte quod rex excitatus a sompno non poterat tamen obdormire. Fecit ergo vocari scribas et notarios suos et faciebat coram se legi annales in quibus con-

tinebantur gesta regum. Et cum
legerentur facta ipsi illius anni: ue-
tum est ad liberationem eius a morte. que
facta est consilio mardochei. Et ut uellet
transire lector: quesiuit rex utrum
aliquid adhuc retributum esset mar-
docheo. quia liberauerat eum. Et
dixerunt quia nichil adhuc. erat ei retri-
butum: et quesiuit rex que hora esset.
Et responsum est ei: quia iam illu-
cescebat. Et quesiuit si esset aliquis in
palatio exterior. Et forte aman qui
cum luce surrexerat: sollicitus de
morte mardochei. iam intrauerat palati-
um ueniens ad regem ut peteret ab eo animam
mardochei. Quem cum cito intrauit ad regem:
locutus est ei rex dicens. Aliquis contulit michi
magnum beneficium. pro quo maxime uolo
eum honorare. consule michi quomodo debeam eum
honorare. et statim putauit aman: quod uel-
let eum honorare. et ad commodum cause
sue respondit dicens. Quem uult honorare
rex debet indui purpura et corona-
ri diademate regio. Et ascendere
equum regis et super eum deambula-
re ciuitatem. itaque unus de pueris re-
gis qui excellentior est inter ministra-
les regis trahat equum ipse et clamet
per uniuersam ciuitatem. Sic hono-
randus est quem rex uult honorare. Ad
quem rex. Sic inquit uolo honorare
mardocheum. Tu ergo qui excellentior
es inter ministrales meos trahes e-
quum regium per te per ciuitatem super eum
sedentem mardocheo. Et clamabis
coram eo: sicut dixisti. Tunc confusus
aman non ausus preterire manda-
tum regis accepta purpura et di-
ademate regio egressus est cum pu-
eris de palatio regis. Et inuenien-
tes mardocheum ceperunt eum indu-
ere purpura. Ipse autem ut tradit Io-
sephus. primo cepit reclamare. pu-
tans hoc fieri per illusionem. Et appel-
labat eos filios belial. Tandem agni-
ta uoluntate regis: permisit se in-
dui et coronari et deambulabat per ci-
uitatem purpuratus. diademate
coronatus in conspectu populi. Et ga-
uisus est populus pro hac tanta felicitate
mardochei. Et aman trahebat equum
regium post se. super quem sedebat mardo.
et clamabat coram eo sic est honorandus.
quem rex uult honorare. Postea rediit
mardocheus ad regem. agens ei gratias:
pro tanto honore. Et reuersus est aman con-
fusus in domum suam. ad uxorem
et filios suos. Et cepit ad memori-
am reducere contumeliam suam. et
in ad ignominiam suam duxerat ho-
stem suum mardoch. Et consultum
est ei ab amicis suis. ut desisteret ab in-
festatione eius. quia ex quo de genere iu-
deorum erat si amplius eum infe-
staret: ipse amplius eum conculcaret.
Et uocatus est aman ad prandium
regine. Et post conuiuium locuta est re-
gina ad regem. Da michi animam meam.
et animam generis mei. Est enim qui uult
tollere eam. Et hec est petitio mea quam huc-
usque exponere distuli. Ad quem rex. Quis est
ille tam potens ut tollat animam
tuam et animam populi tui? Ad quem regina.
Iste inquit aman uult tollere animam
meam et animam populi mei. Ego enim de
genere iudeorum sum. Et ipse misit
litteras per uniuersum regnum. ut omnes
iudei occidantur. Et hoc redundat

cxlix

ute .i. hoc edictum exiit de ore tuo.
Tunc audiens rex: q ipsa de genere iu
deorum eēt: egressus de palatio deambu
labat pomum deliciarum. Regina aūt
intrauit talamum. et ascendit cubi
culum. Et amā confusus: cognita tur
batione regis. secutus ē eam. et flexis ge
nib; stabat autem cubiculum regine
orans eam: ut misereretur ei. Et regre
diens rex de orto: inueniens eū an
te cubiculum regine. ait. est inquit
mirum si uolebat eam occidēre. qui
coram me uult eā opprimere. Et est
incertū an intelligendū sit opprimere
.i. suffocare. an opprimere .i. abuti. Tunc
serui uidentes regē turbatum coop
uerunt eum. ne uidēret eum rex. et
dixerunt. Est crux in domo amā. quam
parauat ut ibi suspendēret mardoche
um. Et ibidem ipse suspendi. Et precepit
rex ita fieri. et factum ē quia inuen
ta ē crux in domo aman. et suspensus
ē in eam. Et dedit rex domum a
man et possessiones eius regine. Et ita
ditauit eam. Ipsa autē prefecit mar
docheum patruum suū: domui amā.
et possessionib; eius. Et tunc primo ma
nifestauit q patruus eius eēt. Quo
audito: rex constituit eum secūm.
a se in regno. sicut constituerat amā.
Et dedit ei anulum sigillationis su
e. Et locuta ē hester ad regē dicens.
Adhuc paruula ē peticio mea. Quomodo
enim uiuere potero. si uidero mori
populum meum? Si ergo sedēt maiesta
ti tue bonum eēt ut preceptum de
occidendis iudeis: reuocaretur in
irritum. nouo succedente manda
to. Ad quod rex. Ego tradidi mardocheo

anulum sigillationis meē. Ipse mit
tat litteras p uniuersum regnum: que
reuocent in irritū: quicquid conti
nebatur in litteris amā. Petiit autē
amplius regina. scilicet ut eadē die qua oc
cidendi erant iudei. occidērent ipsi
iudei hostes suos. qui uidebant in
mortem suā paratos. et principes ciui
tatum iuuarent eos. et optinuit.

Tunc mar De liberatione iudeorum.
docheus p uniuersum regnū
misit litteras in quib; hoc contineba
tur. regio anulo sigillatas. et cū lit
tere aman misse fuerint .x. die primi
mensis: iste misse sunt uigesima ter
tia die tertii mensis. Et in fine litterarum
continebatur excusatio regis. Quia e
nim inmutabilia erant edicta regis.
et nefas erat ea mutare: subdidit
rex excusationē in litteris: in hunc
modū. Sunt quidam complices et fa
miliares regum. qui potius attendunt
utilitatem priuatam: quam utilitatē
regni. hoc fecit quidam filius iniquitatis
amā. qui non fuit de genere persarum. sed ex obliquo
commaculauit genus nostrum. Qui pultio
ne gentis sue quam destruxerant iu
dei: suggessit michi. ut destruerem eos.
Quo comperto mandamus uobis
ut inirritum reuocetis. Et eadem
die qua debebant occidi iudei occi
dant omnes hostes suos. qui uiderint
in mortem suam promptos. et para
tos. Igitur tercia decima die .xii.
mensis: occisi sunt in susis ciuitate:
quingenti de hostib; iudeorum. Et
tunc iocando locutus ē rex ad re
ginam. Numquid satisfeci uolun
tati tue? Nonne uides quantum

sanguinis effusum est in ciuitate is-
ta in ultionem gentis tue? Quantum
putas effusum esse in uniuerso reg-
no? Ad quod regina. Paruula est mea pe-
titio mea. Adhuc postulo ut in
crastino adhuc in ciuitate ista oc-
cidant iudei hostes suos et suspen-
dantur x. filii aman in patibulis et
concessum est ei. Et in crastino sic factum
est. Itaque in susis ciuitate occisi sunt oc-
tingenti preter x. filios aman. Sum-
ma autem occisorum in uniuerso regno:
fuerunt octoginta milia et .v. ui-
ri. In quarta decima die xii. mensis celebra-
uerunt iudei in uniuerso regno
phurarum sollempnitatem. Et appella-
uerunt festum furim. quod sonat
sortium. id est que debebant eis esse sortes
quas iecerat aman. Et adhuc est nota
festiuitas, inter sollempnitates iu-
deorum. et eadem die celebratur. Iu-
dei autem qui erant in susis ciuita-
te. quia et in tertia decima die et in quar-
ta decima uacauerunt occisioni non ce-
lebrauerunt festum in quarta de-
cima sed in .v. decima die et sic per
singulos annos alia die celebra-
uerunt festum iudei habitantes
in susis. et alia die habitantes in a-
liis partibus regni persarum. Porro re-
gina neque his qui habitabant in
susis neque aliis uolens mutare diem
suum. ut utrisque satisfaceret: instituit
ut uterque dies haberetur sollen-
nis. Et hic terminatur historia hester.

Ea die li-
ti sorta mor-
sortium.

Prefatio in expositione libri danielis

Prosecutis duobus que quasi
incidentia erant et colla-
teralia historie ad prosequendum se-
riem historie reuertamur. Nabu-
godonosor ut supra pretaxauimus.
euertit ierusalem et succendit eam et de-
struxit templum et transtulit iudeos
captiuos in babilonem. In transmigra-
tione autem ioachim. que precessit
captiuitatem: pueri illi nobiles
de semine iuda. tres scilicet illi famosi.
ananias. azarias. misael. leguntur
transmigrasse in babilonem. et daniel
cum eis. Et ipse transmigratio dicitur: quia
spontanea translatio. quia qui sponte
reddiderant se. Sequens autem post illam
dicitur captiuitas. quia in captiuitate sunt et
per uiolentiam tracti. Et sicubi le-
gatur transmigratio tamen puerorum.
et daniel facta paulo superius. scilicet cum
occisus est iechonias pater ioachim et
proiectum cadauer eius extra murum. et se-
pultus est sepultura asini. non multum
curandum est. quia modicum spa-
cium fuit inter mortem iechonie et
transmigrationem filii eius ioachim. quia
non regnauit nisi per tres menses. Quocumque
modo factum sit: prosequimur de factis
daniel. que de aliis nichil scriptum est.

Sed De temporibus prophetarum.

Sed ad maiorem euidentiam pre-
mittenda est quedam distinctio prophetarum.
prophetarum. Alii prophetauerunt longe
ante captiuitatem de ipsa capti-
uitate. ut ysaias. osee. ioel. amos.
Alii prophetauerunt ipsa imminente.
ut ieremias. ezechiel. Alii in ipsa
captiuitate ut daniel. abacuch.
Sed abacuch in iudea: daniel in cal-
dea. Alii post captiuitatem ut aggeus et
zacharias. Cepit autem prophetare dani-
el anno secundo consummationis reg-

ni nabugodonosor. e regnum con
sumatum dr subiugatis egyptiis.
Nabugodonosor namq; subiuga
uerat sibi iudeos. moabitas. idumeos.
tandem egyptios. et tunc dicit facta
consumatio ~~nem~~ et confirmatio reg
ni eius. Et anno secundo post hanc consum
mationem: cepit prophetare daniel. Antiquis
temporibus ieronimi. ut tradit ipse ier. non
legebatur lib daniel. secundum editio
nem. lxx. Quod mirum erat cum edi
tio illa per mirabilem consonantiam
esset autentica: tum quia antiquior
aliis; lxx. namq; ante incarnationem
domini transtulerunt: de hebreo in grecum. Post
incarnationem uero transtulerunt: teodo
tio. simacus. aquila. origenes. Tradit ergo
ieronimus quia tempore suo non legebatur dani
el lib: secundum editionem. lxx. sed secundum
editionem theodotionis. Quod tamen erat:
quia corrupta erat. Tradit quoq; ieroni
mus se in translatione libri danielis:
multum laborasse. quia scriptus erat
litteris hebreis: sed caldaico sermone.
Ut cum latinum scribitur romane.
Unde uix legere poterat. et cum sciret lit
teras et sillabas distinguere: non tamen sci
ebat dictiones proferre. Ideoq; ut
tradit cum addidicisset linguam hebre
am. ut hebreorum uolumina in la
tinum sermonem transferret: et mul
ta iam transtulisset. a translatione daniel
omnino desisteret nisi quia iudeus quidam
frequenter obtinebat ei. hoc prouerbium.
labor improbus omnia uincit. Et frequenti eius
persuasione excitatus: apposuit
manum. Tradit quoq; ier. in libro da
niel tantum contineri. que non sunt in hebrai
ca ueritate. scilicet de accusatione susanne. de
pugna belis. et draconis. de tribus
pueris. Refert tamen se ideo opposuis
se: ne uideretur ignorasse. ea tamen iu
gulauit obelo. Quod autem diximus
translationem daniel et trium puero
rum facta in transmigratione ioa
chim: non uidetur posse stare. Quia
littera statim in principio uidetur obui
are. Inchoat enim sic lib daniel.

Anno tertio Prologus daniel.
Ioachim regis iuda: uenit na
bug. et euertit ierusalem et templum
destruxit. et asportauit uasa do
mus domini. in terram sennaar in babi
lone. Et posuit ea in domo dei
sui. Ergo dicitur tertio anno regni io
achim non potest stare de ioachim nepo
te iosie. qui non nisi tribus mensibus reg
nauit. Sic quoq; uidetur non posse sta
re de ioachim filio iosie. patre. scilicet il
lius. qui transmigrauit qui cognominatus
est iechonias. Uterq; enim. secundum ier.
et ioachim dicitur et iechonias. sed no
men patris habet. m. finale. Nomen
filii habet. n. Certum est autem: quia quar
to anno regni ioachim filii iosie
cepit regnare nabug. Quomodo
ergo tertio anno ioachim. uenit nabu
god. Non est ergo intelligendum ter
tio anno ab anno regni sed tertio
a subiectione. scilicet ex quo factus est tribu
tarius nabug. qui tertius annus a
solutione tributi: fuit undeci
mus ab initio regni. Octauo
namq; anno regni ioachim:
uenit nabug. et obsedit ierusalem. et ce
pit. et ioachim captum uincula
uit et duxit in babilonem. sed non
perduxit. quia in itinere confectus est

ei. ut serviret ei sub tributo. et redi-
it in ierlm. Et regnavit ptea tribus
annis. Et undecimo anno: resili-
it a tributo. Et tunc tertium venit na-
bug. et cepit eum. et occidit. et fecit
cadaver eius proici extra muros civitatis.
et sepultus est sepultura asini. Et
tunc revera: asportavit vasa domus
domini in terram sennaar. i. in babilonem.
et posuit ea in domo dei sui. Tran-
stulit quoque secum in babilonem pu-
eros multos nobiles. inter quos da-
nielem transtulit. et tres pueros illos
famosos qui dicti sunt. ananias. aza-
rias. misael. Et vocavit artaxat
vel arphares. principem eunuchorum
dicens. voca pueros nobiles iudeorum
de semine regio. decoros. robustos.
sine macula. et diligenter custodies
eos. et educabis. et erudies in sciencia nostra.
et in lingua. Ut pariti sint: in di-
vinationibus. et coniecturis sompni-
orum. et interpretationibus. ut sint
idonei assistere regi. et ei ministrare.
et questionibus respondere. Ex hoc loco
et ex prophetia ysaie volunt habere quidam.
quod daniel et tres illi pueri: fuerint
eunuchi. scilicet quia positi in custodi-
a eunuchorum principis. Et quia
ysaias comminando ezechie propheta-
vit in hunc modum. Quia revelasti
vasa domus domini nuncius regis ba-
bilonis: transferent ea in babilonem.
filios quoque tuos ducent captivos
et facient eos eunuchos: in do-
mo regis. Et non videtur hoc
velle ieronimus. vel alii sancti. Et quod in
littera sequitur. videtur obloqui huic
opinioni. scilicet quod dictum est decoros ro-

bustos. sine macula. Eviratio enim deco-
rem et robur hominum solet ~~obfusca-
re~~. obfuscare. Accepit ergo eos ex regis
mandato princeps heunuchorum. in cu-
ram suam. et mutavit nomina eorum.
Daniel namque dictus est balthasar. Tres
pueri qui dicebantur ananias. aza-
rias. misael. dicti sunt sydrac. misac.
abdenago. Sed quid est quod precepit rex
ut erudiret eos in lingua caldeorum. Nun-
quid periti erant in hebrea. et ita in
caldea: Eadem enim videtur fuisse
hebrea et caldea. Siquidem habraam
de caldea fuit: et venit in terram ca-
naan. et docuit filios suos linguam
suam. Quam autem docuit nisi hebream:
Itaque cum de caldea venisset: ergo vi-
detur fuisse lingua caldea: et hebrea.
Et hebrea: ab abraham dicta. Vel sicut
dicimus: quod non est dicta lingua hebrea:
ab habraam. sed ab heber. Lingua namque
hebrea fuit unica ab initio homi-
nis et sola remansit. in filiis heber.
in confusione linguarum. que facta
est in edificatione turris. que edifi-
cata est in terra sennaar. i. que postea
ut dicta est terra babel. quod so-
nat confusionem. et a nomine terre
scilicet babel: denominata est civitas in
ea constructa: babilon. Fuit ita-
que fere eadem lingua hebrea: et
caldea. tamen aliquantulum diffe-
rens. in idiomatibus. Et cum scirent
utrumque iudei: caldeam habebant
pro vulgari. sicut nos habemus linguam
latinam: et vulgarem: sicut ro-
manam. Precepit ergo rex princi-
pi eunuchorum ut et de cibo regis
educarentur. et ipso vino regis ute-

entur. quia noluit eos nutriri de
licate. Quod audiens daniel: persua
sit tribus aliis pueris ut nunquam
uterentur: nisi cibis legalibus. ne conta
minarentur cibis gentilium. Ve
nit ergo ad principem eunuchorum
dicens. Obsecro domine ut liceat nobis
uesci cibis nostris. dentur nobis legumi
na et olera. que concessa sunt nobis secundum
legem. et negauit ei dicens. Jussit
uos rex delicate nutriri. ut sitis pul
criores et robustiores. et corpulen
tiores. Si ergo inueniret uos maci
lentiores pre tenuitate edulii: time
o ne imputaret mihi. et pena in me
redundaret. Postea uenit daniel
ad eunuchum. cui custodie tradiderat
eum et tres socios suos. scilicet ad mala
sar. quia diuersis heunucis tradi
derat princeps eunuchorum pueros
nobiles. et huic. scilicet malasar: traditus
erat daniel. et tres illi pueri fa
mosi. Et rogabat eum daniel di
cens. Obsecro ut temptes seruos tu
os: per .x. dies. et permittas nos uti ci
bis nostris. Et si non inuenies nos pre
tenui edulio macilentiores: dabis
nobis hanc licentiam in posterum.
Et adquieuit ei. et dabat ei legu
mina. et olera. et cibos delicatos
quos ipsi comederent: in usus suos. re
seruabat. Et inuenti sunt post .x.
dies aliis omnibus pulcriores. et robu
stiores. et plus proficiebant in lin
gua et scientia quam alii. quia obser
uabant legem dei sui. Post tres
annos representati sunt pueri nobi
les ante faciem regis. et proposuit
eis questiones. et inuenit eos erudi

tos. Sed in daniele et in tribus sociis
suis. plus inuenit sapientie in
decuplo: quam in aliis. immo quam
in uniuersis magis et ariolis regni
sui. Et precipue deprehendit eorum
sapientiam in discussionibus som
niorum: et interpretationibus ser
monum. Et pre aliis sapiens
inuentus est daniel. et fuit in mag
no honore apud regem. et sic fuit us
que ad primum annum regni ci
ri. Sed caue ne intelligas sic fuit.
id est sic uixit: tamquam primo anno
regni ciri mortuus sit. cum tertio
anno regni ciri uidit uisionem.
Sed sic fuit. id est in tanto honore fuit
usque ad primum annum regni ci
ri. et postea in maiori. Et hic ter
minatur prima clausula. quia liber
iste sectus est per pericopas. id est per quasdam
clausulas siue distinctiones. Ab
hoc loco incipiunt uisiones da
nielis. que omnino sunt .x. Et dicun
tur uisiones danielis eo quod in propria
persona uidit uel quia uidit uel aliis ab
uisas exposuit. Difficile tamen est ab
hoc loco distinguere .x. uisiones. Unde
uidetur nonnullis. quia quod premissum est
fuit una uisio. ut dicatur uisio:
diuina inspiratio. per quam eruditus
est daniel. Postea ab hoc loco facile
erit distinguere nouem. Videtur
tamen quod precessit: inconuenienter
dici uisio. Unde eleganti dicitur: uisi
ones inchoare ab hoc loco: quia sa
tis commode possunt distingui .x.
Inchoat autem prima uisio in hunc
modum. Prima uisio danielis.

Anno secundo regni nabugodonosor.

uidit rex nab. sompnium .i. pre ni-
mio horrore quo perculsus est ab eius
memoria est elapsum. Sed primum
tibi uidetur habere calumpniam.
cum enim quarto anno ioachim.
nab. regnare cepit: et undecimo
anno regni eius. qui fuit septimum
regni nab. ipsum ioachim occidit. et
danielem et alios pueros. in babi-
lonem transtulit. et iam per triennium
fuerit in babilone: certum est quod ab
initio regni nab. multi iam fluxer-
ant anni. Non ergo factum est hoc
in secundo anno regni nab. Intelli-
gendum est ergo factum secundo anno
consummationis regni. que facta est
subiugatis egiptiis ut supra pretaxa-
tum est. Regnum ergo hic dicitur quasi
quoddam principium monarchie.
quam obtinuit nab. facta regni sui
consummatione. Tunc enim factus est po-
tentior monarcho suo quam ceteri re-
ges caldeorum: numquam fuerunt mo-
narchi. Anno ergo secundo ab hac con-
summatione regni: uidit nab.
sompnium. in quo uisione expauit.
Et nimio horrore perculsus non te-
nuit uisionem. Mane fecit uo-
cari ariolos. magos. maleficos.
caldeos. Arioli dicuntur. qui prius uic-
timas immolant. quam consulant.
considerantes fibras pecudum. et
in eis perpendentes coniecturas
diuinationum. Magi hebraice
dicuntur. qui latine sapientes. grece
philosophi. dicti magi quasi magni a
magnitudine scientie sic dicti. Ma-
lefici: qui in suscitatione mortu-
orum: nouerunt augurari. Cal-
dei: astronomici. quia caldei astrono-
mia sunt periti. His uocatis proposu-
it eis munera multa si possent ei re-
ducere ad memoriam uisionem.
et addere uisionis interpretationem.
Et responderunt ei. Exponat primo
rex uisionem seruis suis. ut deinde
accipiat ab eis interpretationem. Non
possum inquit. quia pre nimio horro-
re elapsa est michi. Et dixerunt. non
potest homo qui sub celo est hoc fa-
cere. Ad quos rex. Si inquit mani-
festarem uobis uisionem. pro uolunta-
te uestra fingeretis interpretationem.
Nunc autem in [illegible] uobis expo-
nere utrumque. Alioquin: peribitis.
et bona uestra publicabuntur. uel secundum
aliam litteram confiscabuntur. Et
statim precepit arioch principi mi-
litie sue: ut uinclaret eos. et con-
gregaret quotquot possent inueniri
in regno eius. et omnes occideret. Tunc
arioch ex precepto regis occidebat
ariolos et magos. id est congregabat ut oc-
cideret. Non enim occisi sunt. immo
omnes liberati. Inter alios congrega-
ti sunt daniel et socii eius. de quibus pre-
[illegible] est. cum aliis non uenerunt ante
presentiam regis. forte quia au-
dierunt proponi munera: noluerunt
accedere ne uiderentur querere munera; uel
forte arioli ex inuidia noluerunt eis
indicare. Tunc locutus est daniel ad
arioch. querens ab eo cur tam seue-
ra sententia: exierat de ore regis. et expo-
situm est ei. Et ingressus est daniel
ad regem. et petiit ab eo inducias
huius occisionis. ut uideret si for-
te deus misterium reuelaret ei. Et daniel

.clii.

sibi a rege in ductus reversus daniel ad hospicium suum exhortatus est socios suos ut humiliarent animas suas in fletu et ieiunio. in cinere et cilicio et orarent ad dominum ut liberaret eos. Et per eos alios. Et eadem nocte cum dormisset: revelavit ei deus somnium nabugodonosor et mane surgens dixit orationem prolixam ad dominum. in qua tangit de mutatione regnorum. quam viderat in revelatione somnii. Postea venit ad arioch ut introduceret eum ad regem. Tunc volens arioch placere regi: prior ingressus est ad regem. Et sequebatur eum daniel: et locutus est arioch ad regem. Inveni virum de transmigratione de tribu iuda. qui interpretabitur somnium regis. Et locutus est rex ad danielem. Balthasar potes mihi indicare visionem meam et interpretationem. Et respondit daniel. Non quia non est homo sub celo qui possed revelare visionem capitis tui. Sed deus revelavit mihi. tibi quoque voluit indicare ea: de quo cogitabas. Huic verbo adheret ieronimus dicens. quia daniel hic videtur consonare platoni. qui voluit sedem sapientie esse in capite. cum dominus in evangelio velit esse in corde. Quod ergo dictum est visionem capitis tui. intelligendum est ~~visionem capitis tui.~~ intelligendum est visionem animi tui. ut in nomine capitis intelligatur excellentior pars hominis. Cum vigilares inquit in lecto tuo. cogitabas de magnitudine regni tui et de successoribus tuis. Et postea

cum obdormisses deus ipsum voluit tibi dominus indicare de quo cogitaveras. Videre videbaris statuam per grandem ex. iiii. metallis compositam. habentem caput et collum aureum. de auro obrizo. auro scilicet purissimo. et adeo splendidissimo ut quasi quosdam radios de se emitteret. Vel secundum aliam litteram de auro ophat. Ophaz est nomen civitatis ubi aurum optimum invenitur. Humeri et pectus et brachia: argentea. Venter et renes usque ad femora: erea. Tibie ferree. Pedum: duplex materia. partim ferrea. partim testea. id est fragilis et lutea. Videbas praeterea lapidem qui de monte sine manibus abrumpebatur. et veniebat usque ad pedes statue et confringebat pedes statue. Et ipsam statuam diruebat: et confringebat minutatim. ita ut non remanerent eius vestigia usque ad pulverem. Et hec inquit visio tua. et statim post positam visionem. subdidit interpretationem dicens. Hec est autem interpretatio visionis. Quatuor inquit metalla ex quibus statua videbatur composita: significant. iiii. principalia regna. que sibi successerunt. Quorum alia: in alia translata sunt. Non expressit daniel nomina regnorum sed expositores hoc suppleverunt. Tu inquit es caput aureum. Aureum enim prevalet omnibus metallis. sic regnum tuum excellentius universis regnis. Et non est intelligendum quod fuerit maius omnibus sequentibus regnis: in quantitate. sed in velocitate

Hic vult habere ieronimus quod daniel non fuerit de tribu sacerdotali et iuda: quod hic notat.

tate. Quia reuera uelocius sibi
subiugauit regna multa: quam
aliquis regum. qui ei successerit.
Pectus argenteum. et brachia
argentea: significant regnum
medorum et persarum quod succendet reg-
no tuo: inferius eo. Duo brachia
duo signant regna. ut duos re-
ges: cirum. scilicet et darium. Venter
ereus. et femora erea: signat regnum
macedonum. siue grecorum. quod ele-
ganter per es designatum est. Es enim
ceteris metallis uocalius. Sic et reg-
num illud ceteris omnibus famosius.
et est ei conparabile propter duos. scilicet propter fa-
mam. siue propter grecorum eloquentiam.
Tibie ferree: significant regnum ro-
manorum. quod cetera regna edo-
muit. sicut ferrum cetera metal-
la: edomat. Quia malleis ferreis uni-
uersa metalla tunduntur. Cui etiam
regno congruit dupplex pedum
materia. partim ferrea. partim tes-
tea. quia desolationis illius regni:
causa fuit ciuilis discordia que de-
signata est per coniunctionem
ferri et teste. que uidebatur. Si-
cut enim ferri et teste inpossibi-
le est coniunctio: non enim posset ad con-
iunctionem aliquando coherere: ita ci-
uilis discordia: discohet. non sta-
re potest. et excadem sequitur: regni de-
solo. Post hoc addidit de lapillo.
lapillus inquit de monte sine
manibus excisus qui statuam con-
fregit. signat regnum celi. quod omnia
regna terre destruxit. Hebrei
nituntur infamare danielem.
et mendacem reputant. quia ceteris a-

pertius prophauit de christo. exprimens
nomen christi. et per ebdomadas sup-
putans numerum annorum. usque ad
diem iudicii. Quod quia significationem
lapilli retulit daniel ad regnum
celi. ipsi referunt ad regnum suum. quod
ut fabulantur: cetera regna con-
teret. Audita interpretatione ui-
sionis: admiratus rex. adorauit
danielem procidens in terram: et precepit
ei offerri thura. tamquam deo dicens.
Uere non est deus: sicut deus daniel.
Hic infamat porphirius hereticus
danielem. quia non legitur repudiasse
adorationem. Et constituit rex da-
nielem. secundum a se in regno. Ipse
autem non inmemor suorum sociorum:
intercessit pro eis apud regem. et im-
petrauit. ut constitueret eos pro-
curatores regionum sub se. ipse
autem semper assisteret regi. et trac-
taret negotia eius. Sic factus est da-
niel consiliarius regis. et ad quies-
cebat rex consiliis eius. et multa bona
fecit in regno: consilio eius. et con-
silio sociorum suorum. illorum. scilicet trium
puerorum. Eorum consilio fecit
discurrere fluuium eufratem. ita ut
nullus exercitus posset impedire mea-
tum eius. ut si obsessa esset babilon.
non deesset ciuibus obsessis copia a-
quarum. Eorum consilio fecit sex
porticus. tres intra ciuitatem. et tres
extra. Hec determinatur tamen fu-
erunt porticus. ut ad quod facte.
Fecit quoque ortum suspensilem ut sa-
tisfaceret uxori sue. Uxor namque
nab. erat de terra medorum. Unde
etiam cirus et darius uir originis

uendicabat sibi regnū babilonis. Et cum desideraret aspectum terre sue .i. medie: fecit rex fieri tres montes lapideos. īmense altitudinis. muros .s. excelsos: in modū montium et sup eos fecit ortū suspensilē. qui computatur inter mirabilia mundi. Et in h̄ modo orto delitato: sedens regina uidebat terrā medorꝝ. unde oriunda erat. Hic terminatur prima uisio daniel. Seq̄r sc̄dā.

Dicitur Sc̄a uisio danielis. autē sc̄dā uisio danielis. q̄dam opus nabug. q̄ in p̄pe dr̄ uisio. quia ūtā uisio ñ fuit: ñ īmodico. q̄d loco suo determinabitur. Et impp̄e dr̄ uisio danielis quia ill' scripsit. Pseq̄mur g̃ opus ill' nab. fecit rex nab. statuā aureā altitudinis sexaginta cubitorꝝ. ⁊ sex cubitorꝝ latitudinis. ⁊ posuit eā in cāpo durā. in t̄rā sennaar. in cāpo .s. illo: in q̄ edificata ē t̄ris. In cui constructione fc̄a ē confusio linguarum. Videt̄ t̄n durā nomē fluminis ēē. Vn̄ alia t̄nsl' habt: in cāpo duratis. Alia t̄nsl' h̄t in cāpo pibolo .i. in campo circūclu so. quia posita ibi statua circūsepiuit campū magica. ne pateret accessus ad eam. fecit itaq; conuocari oīs principes regni sui ut ipi p̄mi adorarent eam. et exēplo eorum ppl's adoraret. q̄a nolebat alium d̄m q̄ se coli in regno suo. Conuenerūt itaq; uniuersi p̄ncipes regni ad uocationem regis: in cāpo duram. Et

clamabat p̄co ualent̄. Vob' dico. siue dr̄. ppli. trib; et lingue q̄ ñ adorabitis statuam: p̄ticiemini in fornacem succensam. fecerat enī rex ūx̄ statuam fornacem. in qua succenderentur: qui eā corām p̄uerent adorare. Nota p̄gressū in eo q̄d dictum ē ppli tribz. lingue. Vna enim trib; p̄ continere poplos multos. quia posst habere plures ciuitates. et una lingua multas tribus. ut lingua hebrea habuerit .xii. Et adorabant uniuersi principes: statuam. inter q̄s erant: tres socii daniel. Et cum ñ adorarent: aliī p̄ncipes qui inuidebant eis. accauerunt eos apd̄ regem. incipientes ab edicto regis in h̄c modum. Exiit edictum de ore tuo rex. quia qui non adoraret statuam tuā p̄iceret in fornacem et ibi succenderetur. Hunc uiri alienigene q̄s posuisti sup capita tua p̄mi t̄nsgrediuntur mandata tua. Et uocati sc̄ ante presentiam regis: tres socii daniel. De ipo autem daniele nt̄a fit m̄tio in libro ei. Potest autem de facili reddi cā: q̄r cum ñ adoraret: non sit cōpulsus adorare .s. q̄a erat collateral' regi. Rex autem ñ adorabat statuam .s; aliī adorabāt eam. Vocatis g̃ t̄bz pueris: locutus ē eis rex dicens. Sydrac. misac. abdenago: cur contempsistis adorare statuam meā: Q's d̄s poterit uos liberare de manibz

meis? Numquid putastis quod deus
vester potens sit vos liberare de ma-
nibus meis? Audierat enim de po-
tencia dei hebreorum. Ad quem
illi. Non est nobis respondendum
vero de potentia dei nostri. Scimus quia
potens est liberare nos. Sed et si no-
luerit tamen nos non adorabimus te.
neque deos tuos. Statim rex furore
succensus: precepit eos proici in for-
nacem. et vocavit viros robu-
stos qui succenderent eam: et suc-
cenderunt eam napta. stupa. pice.
et malleolis. Salustius in pri-
mo historiarum ut tradit Iero-
nimus dicit quod napta est fomitum
ignis apud persas. nec determinat
cuiusmodi fomitum. Plinius dicit
esse liquamen in modum bitumi-
nis. quod arripit ignem in longin-
quo. Alii dicunt esse quoddam con-
fectum ex ossibus olivarum invo-
lutis in amurca. quod valet ad in-
escationem ignis. Et proiecerunt
eos in fornacem ita succensam:
ligatos. Angelus autem domini descen-
dit cum anania et sociis eius in
fornacem. et excussit flammam ig-
nis de fornace. Statim enim
ad descensum angeli egressus est
ignis de fornace. et elevatus in
aerem cubitis .xlix. quod probatum est
postea per geometriam. et succen-
dit ministros regis. qui adstant
iuxta fornacem. Ananie autem: et
sociis eius: ullam intulit lesi-
onem. tamen eorum vincula consump-
sit. nec ardor ignis in aliquo ve-
stes eorum obfuscavit. licet pro-
iecti fuissent in fornacem. cum
omnibus indumentis. cum braccis et
sarabarallis. longis. scilicet braccis. que cum
ligantur tibiis. Amodo dicit Ie-
ronimus: in hebreo non repperi. quia
oratio ananie de qua scripsi non est
in hebraica veritate. sed invenit
eam in theodotionis editione. O-
ravit ananias ad dominum dicens.
Merito hec patimur. peccavimus
iniquitatem fecimus. Sic enim
solent orare viri sancti. licet non pati-
antur propter peccatis. transfor-
mantes in se persona generalitatis.
Ac si dicant. Talia patimur propter
peccatis nostris. idest nostre gentis. In hunc
modum locutus est ananias dicens.
Peccavimus. Sed quicquid fecimus in
spiritu humilitatis et in anima con-
trita: hodie suscipias nos deus.
Nota quia ex eo quod hic dicitur. in
spiritu humilitatis et anima contrita vo-
luit quidam distinguere in
homine: inter animam. et spiritum.
et ex eo quod postea in hymno dictum
est. Benedicite spiritus et anime iustorum
domino. Sed nichil ad presentem locum.
Postea addidit hymnum a-
nanias. Benedicite domino omnia
opera eius. Et ponit cathalogum
creaturarum et videtur sequi or-
dinem incipiens ab excellenti-
oribus creaturis. idest ab angelis. Post-
ea subdens de stellis. de aquis
super celestibus. Postea descendit
ad inferiores creaturas. Tan-
dem ad se et ad socios suos di-
cens. Benedicite ananias. aza-
rias. misael: dominum. Tunc rex

nab. cum eēt iuxta fornacē uidit
tres pueros in fornace saltantes
et psallentes. et q̄rtum in medi-
o eorum: similem filio dei. i. an-
gelo. Et hic redit hebraica ūitas.
quia de oratione et himno triū
puerorum nich h̄r in hebraica
ūitate. de hac autē uisione regis.
h̄r in hebraica ueritate. et p hoc
modico: op⁹ istd̾ uisio dr̄. s. q̄r rex
accedens ad fornacē uidit tres
pueros in fornace saltantes ꝛ
q̄rtum in medio eorum similē
filio dei. Et admiratus exclamauit.
Sydrac. misac. et abdenago egre-
dimini. Et egressi sr̄: ad uocationē
regis. Et admirati sr̄ uniuersi:
uidentes eos. quia in nullo obfus-
cauerat ignis uestes eorum. Tūc
ait rex. Uere non ē ds̄ sicut ds̄
hebreorum. et p hibuit ne q̄s de in-
ceps blasphemaret in deum he-
breorum. Et misse sr̄ litte p uniu̾-
sum regnum ne q̄s in dm̄ he-
breorum blasphemaret: Alioq̄n:
p̄iret. Tercia uisio danielis.

Sequitur tercia uisio dani-
elis. Hec dicit̾ uisio dani-
elis. q̄d sc̄psERIT eam daniel. im-
mo sc̄psit eam nab. Et sc̄pturā
nab. posuit daniel: inter opus-
cula sua. Hec ē aliud hec tcia
uisio: q̄ epl'a nab. P uisionem
namq: desolationis sue. et ui-
sionis impletionē. restitutus na-
bug. in regno: destinauit epl'ā
ad uniūsos qui erant in reg-
no suo. ut magnificarent dm̄.
et scirent q̄a in manu ei⁹ sunt
regna. et cui uult aufert. et con-
fert ea. Premisit autē salutatio-
nem in hūc modum. Rex nab. u-
niuersis p p̄lis tribub⁹ et linguis:
pax uob̄ multiplicetur. P̄t salu-
tationem seq̄t̄ epl'a. in hūc mo-
dum. Ego nab. cum in regno
florerem: elatus sum in sup bia.
Et quia euanuit cor meū in e-
lationem: nocte dum dormirē
in stratu meo uidi desolatiōis
meē uisionem. Uidebar enim
m̄ uidē arborem magnam tāte
altitudinis ut sūmitas eius ce-
los tangeret. tante latitudinis ū
rami eius extenderent̄ usq: ad t̾-
minos terre. Sub umbra ei⁹ q̄es-
cebant: uniuersa animantia. iu-
menta et homines. In ramis ei⁹
habitabant uniūsa uolatilia
et dependebant in ramis eius
omīa genera fructuum esibili-
um. de q̄b; uiuebant uolatilia
iumenta et homines. Et uisus
ē m̄ angelus descendere de celo
dicens. Succidite arborem istā.
ramos ei⁹ abscidite. truncus liga-
bitur cathenis et erit sub diuo
donec fluxerint tempa. vij. Et
t̾rrefactus sum p tali uisione ꝛ
expgefactus sum. Et mane cō-
surgens conuocatis uniuersis
ariolis meis: sciscitatus sum ab
eis interpretationē uisionis. Et
nemo inuentus ē qui sciret in-
terp̄tari. donec ingressus ē ad
me collega m̄s daniel. Et uo-
cat eū collgam q̄r socium a se con-
stitut⁹ erat in regno. Q̄r p̄q̄m ii-

gressus est ad me et exposui ei visio-
nem: alterata est facies eius prescienci-
a. et statim deprehendi in facie eius
~~prescientia et statim deprehendi in~~
~~facie eius~~ alterationem. Erat enim
iratus: propter sinistram visionis sig-
nificationem. quia me diligebat.
Et dixi ad eum. Daniel serve dei
qui habes spiritum sanctorum deorum. in-
dica mihi interpretationem visio-
nis. sive prospera sit sive sinistra. Et
locutus est ad me. Domine mi rex
utinam interpretatio huius visionis ac-
cidat hostibus tuis. Tu es arbor
illa magna sub cuius umbra requies-
cunt universi homines. et iumen-
ta. quia fere universus orbis: subditus
est regno tuo. Significat autem succisio
arboris: quia tu a regno absci-
deris. quod in sententia vigilum .i. ange-
lorum. et in decreto dei est: quod bestia-
liter vives per vii. annos. et ha-
bitabis cum feris. fenum sicut bos
comedes. Ex hoc volunt quidam
habere quod ad litteram mutatus
sit in bovem. Post vii. vero an-
nos respiciet te deus. Et invenie-
ent te magnates tui et restitu-
eris in solium regni. quod significat ra-
dix reservata. non penitus extir-
pata. Et addidit. Redime rex
peccata tua elemosinis. quia
forsan comminatio est. Et sic fe-
ci. Anno revoluto eadem die. vii.
sedens in throno meo in babilo-
ne: cogitabam de magnitu-
dine regni mei et de mirան-
dis operibus que feceram in babilo-
ne apud me dicens. Numquid e-
go sum qui hec mira opera feci? Qui
civitatem hanc in sede regni mei
extruxi? Et statim facta est vox
de celo dicens. Nabugodonosor:
hodie eicient te de solio regni. et
erit habitatio tua inter feras. Et
statim exivi de civitate quasi versus
in amentiam. et inhabitavi in si-
lvis. fenum comedens more bo-
vis. Et ita fui per vii. annos. Post
vii. annos clamavi ad dominum et
respexit me. Et restitutus est mihi
sensus meus. Ex hoc verbo videtur
quibusdam quod non fuerit ad lit-
teram mutatus in bovem sed
passus sit mentis alienationem: ut
non posset habitare: nisi inter fe-
ras. Sicut habemus de quibusdam de-
moniacis in evangelio. quia non
poterant habitare: nisi in sepulcris
mortuorum. Postea quesierunt me mag-
nates mei et inventum restituerunt
in solium regni. Hic dicit io-
sephus se transtulisse librum dani-
elis de hebreo integrum. iiii.

Sequitur visio daniel.

Quarta visio danielis. Pre-
cedentes visiones revelate sunt
tempore nabugo. magni qui
captivavit iudeam. Hec autem vi-
sa est a balthasar. Et huiusque ser-
vavit daniel: ordinem visionum.
Exinde: postponit ordinem. Quia
visiones regum que prius vise
sunt: preponit visionibus suis. que
tempore precesserunt. et hoc ex humi-
litate. Hic balthasar qui vidit hanc
visionem: nab. pater fuisse dicitur
in littera .i. avus et pavus. Sic enim

exponitur in glosa. Certum est enim
quia balthasar iste non fuit fi-
lius nab. immo quintus ab eo.
Nab ut tradit iosephus regnauit
xl.iii. et octauo anno regni sui:
captiuauit iudam. Et ita post cap-
tiuitatem iudee: regnauit xxx.
vi. annis. Et hoc bene memorie.
quia necessarium erit ad colligendam
summam lxx. annorum quibus fuerunt
iudei in captiuitate. Post nab: reg-
nauit filius eius euilmoradab. de
quo legitur in fine regum quia ele-
uauit caput ioachim: de carcere.
Iste euilmoradab regnauit in
illis vii. annis in quibus bestialiter
uixit pater suus. Quod enim legitur
de nab. quod in illis vii. annis in siluis
habitauit inter feras nemo
ausus est regnum eius inuadere. in-
telligendum est nemo hostium. In
illis vii. annis dum regnauit
euilmoradab tirannidem suam
exercuit. ita quod propria seueritate:
importabilis fuit. Unde compulsi sunt
magnates regni: querere nab. et quesi-
tum inuenerunt. et inuentum
restituerunt in solium regni.
Et ipse euilmoradab a patre suo
detrusus est in carcerem. ubi erat
ioachim rex iuda. Postea uero mor-
tuo patre sublimatus in regem:
memor societatis quam habue-
rat cum ioachim in carcere: eleuauit
caput eius de carcere. Iste euilmora-
dab. habuerit tres filios. scilicet recu-
sa. labassiracum et balthasar. Et
secundum hanc opinionem: nabu-
chodonosor fuit pater balthasar. id est auus.

uel forsan recusa: fuit filius euil-
moradab. et recusa habuit duos fi-
lios. scilicet labasaracum et balthasar. Et
ultimo deuolutum est regnum ad
minorem filium. scilicet ad balthasar.
Et ita fuit quintus a nab. et sic na-
b. fuit pater eius id est pappus. Hanc autem
uisionem uidit balthasar in ob-
sidione babilonis. Et quod nocte ui-
sa est: eadem impleta est iuxta prophetiam
ysaie. qui sermonem dirigens
ad balthasar prophetauit in hunc mo-
dum. Pone mensam contempla-
re in specula. comedentes et biben-
tes. surgite principes arripite
arma. ¶ Obsederant cirus et da-
rius babilonem. Darius fuit auun-
culus ciri et incertum est an fuit filius
filie darii cirus. an filius sororis. Iste
cirus iure hereditario: uendica-
bat sibi regnum babilonis. quia
erat de genere uxoris nab. illius scilicet pro
qua factus est ortus suspensilis. Propterea
ipse et auunculus suus darius:
obsederant babilonem. Et cum
diu stetissent in obsidione: non cu-
rabat balthasar. confidens: de
urbis municione. sed intus epula-
batur cum optimatibus suis. de-
licate. ¶ Fecit igitur sollenne conui-
uium cum optimatibus suis mille. for-
te ut dicit iosephus interuenien-
te aliqua magna sollempnitate.
Et cum esset temulentus in conui-
uio: fecit afferri uasa aurea et
argentea que asportauerat pater
suus de domo domini et posuerat
in templo deorum suorum. ut in eis
biberent optimates eius. nec non et

pueri. et concubine ei. ut maiores
essent delicie conuiuii. Et etiam
in suggillationem iudeorum dicen-
tium libationem suam imminere.
q.d. Iudei gloriantur quia in proprio
libabuntur a manibus nostris. sed ad-
huc tenemus eos. et uasa eorum. In hoc
autem precipue sibi suscitauit dei
indignationem. quod uasa sancta que
posuerat pater suus in loco sancto.
saltem iuxta suam opinionem: ipse
exposuit ad inmundiciam. quia
exposuit ea concubinis suis: atque
ad bibendum. Propterea reuelauit ei
dominus uisionem desolationis reg-
ni. Nam cum sederet in mensa:
aspiciens ... et cir... uisus pati
etem ... Et habuerit ... candela
brum ... reuerentia. Et ... uidit
manum ... maior ... hominis scri-
bentem in pariete. Et uidebat
solam manum. nichil amplius ui-
dens: de humano corpore. Utrum
autem alii manum uiderint: incertum est.
De scriptura autem: certum est quod
uiderint eam. quia remansit in
parietem. Postquam manus dis-
paruit. Erat autem hec scriptura.
Mane. techel. phares. Nec aliquid
ibi scriptum est: preter has tres dicti-
ones. Hoc uidens balthasar: a
deo timefactus est. ut collidentur
genua eius. et uocauit magos
et ariolos suos. Et proposuit eis
munera dicens. quod siquis posset le-
gere. et interpretari scripturam:
indueret eum purpura. qui erat
maximus honor. et fieret tercius
in regno. Non quod haberet terciam

partem regni. sed quod esset unus trium
quos constituerat rex post se in reg-
no. Et nemo poterat legere scriptu-
ram. quia peregrinis figuris facta
erat. Unde amplius turbatus est rex.
Quod audiens antiqua regina egressa
est de thalamo suo in palatium
ut confortaret regem. Et forte fuit
hec antiqua regina: auia eius uel paui-
a. scilicet uxor nab. postquam factus est cor-
tus suspensilis. Rex inquit in eternum
uiue. Noli turbari: est in ciuitate
quidam de captiuitate iude. scilicet da-
niel qui multas uisiones interpre-
tatus est patri tuo. qui uocatus: et
interpretabitur tibi. Ex hoc loco patet
quia daniel non in tanta reuerentia
fuerat apud balthasar in quanta apud
nab. quia forte post ipsum nab. non i-
ta uise fuerant uisiones. Vel si
forte uidebantur non curabant
eum uocare. Uocatus est itaque da-
niel: consilio regine. et proposuit ei rex
munera. Ad quod daniel. Munera
sint tibi. Deus autem hanc uisionem
per me interpretabitur tibi. et addi-
dit. Nabug. dum in regno flo-
reret: euanuit cor eius in elati-
onem. ut putaret regnum a se
non a deo habere. Propterea .vii. annis
tamquam bos comedit fenum. et be-
stialiter uixit. Tu adhuc peccasti
grauius. quia uasa sacrosancta que
posuit pater tuus in loco mun-
do. tu exposuisti in mundicie.
ut in eis biberent pueri tui: et
cubine. Propterea per scripturam tibi
ostensam ostendit tibi dominus deso-
lationem regni tui. Est autem

huiusmodi scriptura. in his tribus dic-
tionibus consistens mane. techel.
phares. quarum interpretatio hec est.
Numerauit appendit diuisit.
Et est summa. Numerauit deus reg-
num tuum. et compleuit illud. et
dictum est per simile. Regnum nu-
meratum .i. terminatum. sicut di-
cimus numerati sunt numeri. postquam
computatio numeri terminata est.
Ac si diceret tibi dominus. terminatum
est regnum tuum. Non regnabis
ultra. appensus es in statera iudicii.
et inuentus es minus habens. i. mi-
norati sunt dies tui. ut prius te gla-
dius occidat. quam natura dissol-
uat. Et hoc etiam per simile dictum
est. Inuentus es minus habens. Ac si
diceretur. Appendit deus merita tua.
quasi in statera quandam alterum. s.
habentis aliqua merita bona pro quibus dig-
nus esses amplius regnare. et in-
uentus es minus habens. i. non habens.
Preterea diuisit deus regnum tu-
um. et tradidit medis et persis.
diuisit inquam a caldea. et quia
duobus regibus traditum est. ciro et
dario. Et statim fecit eum rex
indui purpura. Sed cur daniel ac-
cepit huiusmodi insignia. cum primo
respuisset dicens. Munera sint
tibi. ne uilipenderetur a dario. bal-
thasar successiuo. Et eadem noc-
te sicut interpretatus est dani-
el. impletum est. Darius namque
et cirus. qui obsedebant ciuita-
tem fluuium eufratem qui dis-
currebat sub muro ciuitatis
per alueum diuiserat in .l. bra-
chia. longe a ciuitate. Et adeo
longe extenuauerant. ut sub
muro ciuitatis sub quo discur-
rebat per alueum uadabilis esset. Et
intrauerunt nocte sub muro
per fluuium milites armati. Et
superuenientes cirus et darius deprehen-
derunt adhuc balthasar in con-
uiuio et occiderunt eum. cum
optimatibus suis. Et funditus e-
uersa est ciuitas. nec deinceps
reparata. Noua quedam babi-
lonia postea condita est sub alexan-
dro. in finibus egipti. et hic ter-
minatum est regnum assiriorum.

ca. vii

Sequitur .v. uisio daniel.

S.v.ui[illegible] .i. Darii [illegible] sio dani-
elis. que [illegible] initium est anni [illegible] ibi in-
choat. scilicet cirus. an filius sororis placu-
it dario [illegible] meditatio [illegible] et est. Post hanc
uisionem dicta est a quibusdam ui-
sio. prima proprie. ii. s. dictum est
de daniele et sociis suis. qui nolu-
erunt contaminari escis gen-
tilium. Visio tamen non fuit. unde tamen
prima illa proprie uisio dicatur.
Non inuenies quare hec quinta
uisio. sexta dicatur. Quam
tamen sextam appellat ieronimus.
in prologo aggei prophete sic inqui-
ens. Sicut legitur in .vi. uisione
danielis. Hoc est quod alibi .x.ma uisionem .ixna
appellat inquiens. sic legitur in .ixna.
uisione danielis. Uide ergo quod loquitur ieroni-
mus secundum quandam distinctionem uisionum.
quam non sequimur. Est enim uaria distinctio
uisionum sicut et decalogi. Quidam enim pri-
mum mandatum decalogi di-
stingunt in duo. et

alia comphendit in unum. ut sic
(con)clusum est. Ad hunc modum p(ro)ph(et)i
q(ui) p(ri)mam visionem danielis: di-
stingunt in duas. duas autem (ext)re-
mas comprehendunt in unam.
Iuxta quam distinctionem hec visi-
o q(uam) habes p(re) manibus: sexta dicitur. q(ua)m
distinctionem non sequimur. Aliter
numerum visionum distinguen-
tes. H(ec) autem .v. visio non aliu(n)-
de visio dicitur. nisi q(uia) in numero vi-
sionum ponitur. Si tamen potuimus
adherere alicui verbo: p(ro)p(ter) q(uod) visio di-
catur: illud suo loco notabimus.
Prosequamur ergo hanc visionem.
Mortuo balthasar. et eversa ba-
bilone dario et ciro. transtulerunt secum
danielem. Et habuerunt eum in
summa reverentia. Et regnavit
dari(us) qui erat maior natu. Et
sub eo cirus nepos eius. ad quem
iure hereditario: devoluendum
erat regnum. Et erat unum
regnum medorum et persarum. Pla-
cuit autem dario. ut constitueret
sub se: c. xx. satrapas in regno
suo. Q(ui)a forte tot erant regiones
in regno ei(us). Constituit quoque
super. c. xx. satrapas. tres principes ut
negotia que non possent termi-
nari coram satrapis: terminaren-
tur coram tribus principibus. Et
ita rex pro negotiis regni: nullam
sustineret molestiam. Unus
autem de tribus: fuit daniel. Et
inventa est maior sapientia in da-
niele quam in aliis. et studebat
rex ut eum sublimaret. super
alios duos principes. et super. c.

xx. satrapas. propter quod invidebant ei.
alii duo principes et satrape. et
querebant quomodo suscitarent
ei indignationem regis. Et que-
rebant occasionem: ex latere regis. q(uia)
querebant occasionem in videntes
ei: quia erat de latere regis. Vel
iuxta q(uod) fabulantur hebrei: querebant
occasionem ex latere regis. i(d est) quomodo
accusarent eum de uxore. vel de a-
liqua concubinarum regis. Quo in-
certius iocundius est agenti: michi mo-
lestius: pacienti. Preterea cogitaverunt
apud se. quia numquam invenirent
occasionem nisi in religione dei sui.
Ex cogitatione ergo venerunt ad regem
dicentes. Rex in eternum vive.
Placuit satrapis et principibus ut
de ore tuo exeat edictum inmuta-
bile. iuxta morem medorum et persarum.
q(uod) sit ad honorem tuum. scilicet ut per
xxx. dies nemo petat aliquid a deo
aliquo nisi a te. Et qui preterierit h(oc)
edictum proiciatur in lacum leo-
num. Et dicebatur lacus leo-
num. fovea quedam p(ro)funda.
facta ad receptaculum aquarum.
vel cisterna. in qua olim fuerant aque. sed
erant desiccate ubi modo cubabant
leones. Et erat genus tormenti quia
erant diversa genera tormentorum:
circa regem. Audito regis edicto:
singulis diebus descendebat dani-
el in cenaculum domus sue. Et
orabat ad dominum ter in die. hora scilicet
tertia. sexta et nona. In his namque
tribus horis orabant iudei secundum le-
gem. hora tertia. quia eadem
hora datus est decalogus legis. q(ui)a

· dvii ·

audiuit uniuersus populus dominum. illa decem sacra uerba proferentem. Hora sexta: quia eadem hora erectus est serpens eneus in lignum. cuius intuitu liberabantur a morsibus ignitorum serpentium. Hora nona ideo: quia eadem hora cum esset moyses ad aquas contradictionis percussit petram uirga. et fluxerunt aque. Hec tamen possunt adaptari ecclesie. Sicut enim secundum legem in deo adorabant hora tercia quia eadem hora decalogus datus sic ecclesia eadem hora instituit orare. quia ea hora: spiritus sanctus datus. Sicut secundum legem hora sexta orabant quia ea hora serpens eneus est in lignum erectus. sic ecclesia eadem hora orare instituit: quia ea hora: xpistus in cruce leuatus. hora nona ideo: quia eadem hora lanceatus. Et sic eadem hora fluxerunt aque de petra: sic de xpisti latere: sanguis et aqua. Superhabundat tamen iusticia ecclesie. quia non solum tribus horis diurnis orare instituit: sed etiam .vii. scilicet in matutinis laudibus. in hora prima. tercia. sexta. nona. in uesperis. in completorio. Videntes principes et satrape quod daniel ita singulis diebus oraret: accusauerunt eum coram rege. dicentes. quod inmutabiliter deberet perire. Et uolebat rex liberare danielem. suspendens animos eorum: usque ad uesperam. In uespera uero inuentes animum regis quod uellet eum liberare: dixerunt nullo modo posse hoc fieri. quia edictum regis erat inmutabile: apud medos et persas. Tunc fecit rex uocari danielem. Et eo uocato: flens locutus est ei. Daniel serue dei: deus tuus liberabit te a faucibus leonum. Et ex eius precepto: proiectus est in lacum leonum. et suppositus est lapis pergrandis. quem signauit rex anulo suo: ne forte in nocte lapide amoto: aliquid mali machinarentur danieli. Et anulis principum suorum signauit. ut omnis tolleretur suspicio. Et incenatus rex indormiuit id est iuit dormitum. Ideo autem sic exponitur. ne sit contrarium quod subditur. Somnus recessit ab eo. id est non dormiuit. Mane surgens uenit ad lacum. et inuenit lapidem signatum. Quo amoto: clamauit. Daniel serue dei potuit ne deus tuus liberare te a faucibus leonum? Ad quem daniel. Domine mi rex misit deus angelum suum et conclusit ora leonum. Et huic magis uerbo adhereo. quia pro hoc solo uisio dicitur. scilicet quia daniel positus in lacu leonum: uidit angelum missum ad hoc ut concluderet ora leonum. Et extracto daniele: fecit rex omnes qui accusauerant eum: cum uxoribus et liberis proici in lacum. Et antequam peruenissent ad fundum lacus: arripuerunt eos leones. et diripuerunt. et laniauerunt eos. et comminuerunt ossa eorum. Visio .v.

Sequitur sexta uisio danielis. quam uidit daniel et scripsit. hanc uisionem refert et se uidisse dani-

el in hc modum. Ego daniel
uidi uisionem tempe cri pse.
Videbat enim uide mare mag
num commoueri a quatuor uen
tis. Et de medio mari egredie
bantur .iiij. animalia. Et erat
primum simile leene. hns pen
nas aquile et erectum sup pedes
suos. Et stabat supra pedes hois.
et os ei .i. hois redditum est ei.
Secundum erat sile urso in parte.
hns tres ordines in ore dentiu.
Et dicebatur ei. Comede carne
plimas. Tertium erat sile par
do. hns alas auis. Et succresce
bant ei .iiij. capita. Quartum
nulli aialis figure conforme
erat. ut p hoc ceteris ferocius os
tendatur. Et habebat dentes
ferreos. Et dicebatur ei. Come
de omia h. Hoc erat hns .x. ca
pita. Inter que erat unum
modicum crescens in immsu.
et auellebat de aliis capitib
tria. Et habebat oculos hois. lo
quens sublimia. Antequam p
grediam quatum in uisione
pessimus exponam. Mare
magnum mundus e. De q dr.
hoc mare magnu et spaciosu.
Quatuor uenti aqb uidebat
daniel mare comoueri sr an
geli in quatuor partib mudi.
hominib ad custodiam et protectio
deputati. qui mundum quoda
modo concutiunt. dum p ho
minum custodia int se con
fligt. dum uult quisq illum
conseruare cui deputatus est.

De mari iiij. animalia egssa sr q
in mundo .iiij. regna suborta
sunt. Ut idem in hac uisione
significetur p quatuor aialia q in
statua nab. p .iiij. metalla. s. p au
rum argentum es. ferrum. P p
mum al. sile leene. significatu
e regnum assirior. Qd bene lee
ne simile dr. cu assirii notan
tur conformes ferocitate et lux
uria notabiles. Siquide leena
ferocissimum al e et precipue cu
nutrit catulos. nec non et libidi
nis inpaciens. Cetera quippe aia
lia certis tempib gestiunt in co
itu. leena semp gestit. Pulcre
quoq inde al pennas aquile hre
dr. q regnum illd sup cetera
regna hnit dominium. sicut
aquila rex e auium. Vel ele
gantius p hoc referri ad regni
diuturnitate. que significata
e p aquile longeuitatem. Aq
la enim longeua e. q senium
nescit. sic et regnum illd ceteris
diuturni fuit. In cepit eni a tpr
baruch patu habrae. ita cuius
tempa fuit nin qui fuit rex
assiriorum. Et durauit usq
ad habraa. et ab habraa usq ad
dauid. et a dd usq ad transmi
grationem babilonis. et a trans
migratione babilonis usq ad
balthasar. Tantam itaq hnit
diuturnitate. ut cum incepit
in secunda etate pelatu sit
usq ad qrtam etatem. Et di
uise sunt al e ei .i. regna qb
impabat. Qd aute in uisione

seq̃r. stetit supra pedes hominis ꝛ
os hominis redditum ē ei. ad regē
assiriorum. s. nab. eleganter p̃ re
ferri. Q̃ cum p. vii. annos bestialr̃
uixit. et quasi leena: p̃ea restitu
ta ē ei facies hominis. i. ro huma
na. Vl' post referri ad regnum
caldeorum gnalr̃. qui desolato
regno suo sese homines recog
nouerunt. P secūm al'. q̃d simi
le erat urso in pte. significatū
ē regnum medorū ꝛ psarum. q̃
nature ursi conformes sc̃ pse et
medi. Est enim ursus animal
patiens laborum. uictu parcū.
Sic medi et pse: duri sunt ad
tolerantiā laborum ꝛ parci in
uictualib; quia tenuē hn̄t ui
ctum. contenti sale l' cardomo
mo. Pulcre q̃; rōe al' sile urso
in pte dr̃. qui cum cet̃a regna
in iudeos ferocitatem in par
te expssit. n̄ ex toto repssit. P
tres ordines dentium: signi
ficati sunt tres p̃ncipes q̃s da
rius constituit in regno me
dorum et psarum. Vel con
glutinatio triū regnoꝝ in
unum regnum. s. regni assi
riorum. medorum ꝛ psarū.
Q̃ tria regna mortuo baltha
sar conglutinata sc̃ in unū.
Vel secūm q̃sdam p tres ordi
nes dentium significati sc̃
tres ordines regum. sibi in
hoc regno succedentiū. qui
oīo fuerunt. xiiii. S; hoc sta
re n̄ p̃. Q̃d autem seq̃r dictū
ē ei. comede carnes plimas i

[margin note:] exercuerit: istud solū iudeos n̄ lesit. l' q̃og molestie intulit. Q̃l ita ursi ferocita tem.

pletum ē tempore assueri. Cui
dc̄m ē ab aman. Comede carnes
plimas. i. occide iudeos. q̃d tn̄
minime factum ē. s; dc̄m. Vn̄
dictum ē eleganti. i. exq̃site: di
ctum ē non factum ¶ P tertium
al' simile pardo sig̃tatum ē reg
num grecorum. siue macedonū.
Pardus enim ē al' uelox ꝛ tan
te uelocitatis: ut p̃ nimia ue
locitate ī petu suo ruat in uul
nera. s. in uenabula uenanti
um. Cui' uelocitate expmitur:
strenuitas alexandri ꝛ ueloci
tas regni ei'. Tante siq̃dem stre
nuitatis fuit alexand'. ut in. vii.
annis totam asiā exquisierit.
Et cet̃a regna potius triumphā
do q̃m expugnando: subiuga
uerit. Unde merito at' iste dc̄m
ē hr̄e alas auis. Capita q̃; sūt
crescebant ei. q2 alexand'. succes
sere in regno: iiii. circa eum
nutriti. Et sic in. iiii. ptes di
uisa ē monarchia regni alexā
dri. ¶ P quartum al' q̃d nul
li alium erat conforme: den
tes hn̄s ferreos. comedens atq;
comminuens reliq̃ et conculcās
sub pedib;: significatum est
regnum romanorum. Q̃d
fuit feroci: ceteris. ꝛ cet̃a om̄ia
regna edomuit. sic̃ ferrum ē
domat om̄ia metalla. Pulcre
rō al' dc̄m ē hr̄e. x. cornua. q̃a
regnum romanoꝝ finalr̃ di
uidetur in decē regna. Q̃d. ii.
p. x. soles sig̃tatum ē. in uati
cinio sibille ericteē. sig̃tatum

est ꝑ .x. cornua. in hac uisione
danielis .s. .x. nationes regni roma
norum que erunt in fine. Per
modicum illud cornu quod succres
cebat inter .x. cornua. et auelle
bat .iii. ex eis tria: significatus est an
tichristus. qui de facili sibi subiciet de
.x. regnis tria. regnum .s. egypti.
regnum ethiopie. regnum af
frice. Dicitur autem id cornu
modicum. non ꝓ modicitate po
testatis sed ꝓ malitia. Pulcre quia
idem al' uidebatur habens oculos hominis.
quia antichristus ꝑspicacem habebit o
culum rationis. Vnde et ꝑ sapi
entiam suam inueniet thes
sauros absconditos in uisceribus ter
re. Pulcre quia ad dictum est. et os
hominis loquens sublimia. Ipse nam
que extolletur super omne quod co
litur deus. non tamen se hominem ꝓfi
tens sed filium dei. Procedit da
niel in uisione dicens. Aspicie
bam donec throni positi sunt.
hic littera curta est. nec commode po
test transire sine supplemento. quasi
d. Aspiciebam illud modicum
cornu. quod ita crescebat in immen
sum et infestabat sanctos donec
throni positi sunt. donec iudicia
ria dei potestas repressit eum. Pro
cedit daniel in uisione iudicii.
Et primo ꝓsequitur de deo iudice .s.
de deo patre uel de deo trinitate.
Postea subdit de homine iu
dice .s. de filio dei in forma
humana iudicaturo. Cui pater
dedit omne iudicium. iuxta
quod legitur in euanglio iohannis. Po
testatem dedit ei iudicium face
re quia filius hominis est.
De throno. Et Aspiciebam inquit et ecce
antiquus dierum sedit .i. deus pater
uel deus trinitas omnem diem antiqui
tate preueniens. quia fuit an
te omnem diem .i. ante secula. et eterna
liter. et iudicium sedit .i. assessores
iudicii sedi .s. cum eo iudicantes
pariter. De quibus in euanglio. Vos
qui secuti estis me. sedebitis super
thronos .xii. sedes. iudicantes .xii.
tribus israel. Et libri aperti
sunt .i. conscientie singulorum singulis
reuelate sunt. Tunc enim queque
fecerit singulis patebunt. preter il
la peccata mortalia que ꝑ condig
nam satisfactionem deleta sunt.
Addit etiam de seueritate et bre
uitate iudicii. Subdens. Thronus
eius flamma ignis. rote eius uelut ig
nis succensus. et fluuius igneus eg
rediebatur a facie eius. Huius modi
locutionibus expressa est seueritas.
et breuitas iudicii. quam dicit apostolus
futuram in momento: et ictu
oculi. Postea subdit de filio hominis
uenientem ad iudicium. Aspiciebam
inquit in uisione noctis et ecce fi
lius hominis uenienti in nu
bibus. Et ascendit usque ad an
tiquum dierum. Et offerebant
ei. ~~Et datum ei.~~ Et datum est
ei regnum et honor et imperium. Et
seruierunt ei ipsi tribus et lin
gue et potestas eius potestas eter
na. et regnum eius non corrumpe
tur. Ecce inquit filius hominis
ueniens in nubibus. Sicut enim

·clx·

i. baiulus nubibus ascendit in celum
sic baiulis nubibus ueniet. ad regem
turus est ad iudicandum. inter presentes
Unde in actibus apostolorum habetur. bestia
Viri galilei quid statis aspicientes
in celum? hic ihesus qui assumptus
est a uobis in celum sic ueniet quem-
admodum uidistis eum euntem
in celum. i. sicut baiulus nubibus
uidistis eum ascendentem. sic ba-
iulatus nubibus uidebitis ad
regem iudicium uenientem. Et
ascendit inquit usque ad anti-
quum dierum. quia licet se hu-
miliauit ad suscipiendam huma-
nitatem. non amisit patris equali-
tatem. Et offerebant ei scilicet fili-
o hominis assistentes: ipsum pre-
sentabant patri. s. antiquo dierum. De
quo s. antiquo dierum dicitur mi-
lia milium ministrabant ei: et
decies centena milia. Milia mi-
lium. i. milies mille angeli. Vel
mille milia. Et est inconculca-
tio quod sequitur. decies centena milia
assistebant ei. quia decies cente-
na. l. centum: sunt mille. Et
ita idem fuit ac si diceret. Mille
milia assistebant ei. Et caue ne
intelligas alios ministrantes
alios assistentes. Sed omnes indif-
ferenter intellige ministrantes
ut assistentes. i. ei obsequentes.
Aspiciebam inquit quid faceret
ille antiquus dierum illi quarte
bestie. uel illi modico cornu
quod ita infestabat sanctos. Et ecce
facta est uox de celo dicens. mo-
reretur. et mortua est illa quarta

bestia. et posita in ignem. Tres quoque
alie mortue sunt et posite in ig-
nem. quia regna huius mundi habebunt
tempora usque tempus iudicii. scilicet
tunc omnia desitura. Et non poteram
intelligere quid sibi uellet hec uisio.
et multum desiderabam. quod recte
danieli congruit. quia uir deside-
riorum est. Et accessi ad unum de
assessoribus iudicis. Et petii ab eo:
interpretationem uisionis. Et bre-
uiter exposuit michi: inquiens per
iiii. animalia significari iiii. regna
mundi. ut pretaxatum est. Et ego
amplius perscrutari uolens in-
telligentiam uisionis. querebam
ab eo diligentius quid per illud mo-
dicum cornu: significaretur. Et
respondit per illud significari
antichristum. qui finaliter sanctos infesta-
bit. Et tanta erit persecutio an-
tichristi: ut si fieri potest: moueantur
etiam electi. Unde in euangelio
dicitur. Nisi ad breuitatem fuissent
dies illi non saluaretur omnis
caro. Et de diuturnitate potestatis
antichristi: subdidit dicens. Erit
ei hec potestas usque ad tempus
et tempora. et dimidium temporis.
i. annum unum et duos
annos et dimidium anni. Est enim
idioma hebreum. tempus pro an-
no ponere. iuxta quod dictum est. usque
ad tempus. i. per annum unum.
Hic quoque tam grecus quam hebreus
in plurali duo nomina. quorum alterum
significat numerum dualem. alte-
rum pluralitatem generalem. sicut
nostra pluralia. Verbi gratia. Si homo

hebreū ecc: hīc hebre in plali: duo nomina. puta homones et hoīes quo altierum sigtaret duos tantum hoīes. altm indif ferent ples hoīes. Juxta q. dictum ē. τ tempa. i. duos annos. q i poñet hebreus: nom sigtans nuūum dualem. τ dimidium tēpis. i. unius anni. Sequr. vii. ui sio danielis. vii. uisio danielis.

Anno tertio balthasar. ego daniel uidi uisionem cū eēm in susis ciuitate que est in elam. cum sedēm sup portam u lai. Potest hoc intelligi de susis ciuitate in q erat sedes regni as sueri. in qua habitabat mardo cheus. Aliq uolunt hanc ciuita tem fuisse ectabanī. in qua le gr daniel fecisse celebre mauso leum. ad sepeliendos reges psa. Cui ad honorem danielis sep adtitulabatur iudē custos. & ubi h fuit. fuit in elam. s. ut q ciuitas ē elamitarū. Et ui de quia pro qd in litta nra dt sup portam ulai. ht alia trās latio sup portam paludis. & forte ulai proprium nom fuit paludis. que erat iuxta portā. Unde dca est porta ulai. Aspi ciebam inquit sup paludem, et uidebam arietem habentē duo cornua. altm alto maius. Et aries uentilabat aera cor nib. ad orientem. ad aqlonē. ad mīdiem. τ p hoc intelligi de eodem ariete. Vel si de alio ariete intelligatur: ñ obloqr.

ut sit sermo de eodē regno. sedm diuersas psonas. sedm regulam ticonii. Et ecce hyrcus ueniebat ab occidente hīs unum cornu in signe in fronte. & tanta erat uelocitas eius ut uix summitate pedum: uideretur tange terram. Et ueniens ad arietem: contul cabat eum. et conteebat sub pe dib. et nemo erat qui poss eum libare. Ab hmodi contri cione. Et aspiciebam donec auulsum ē ei. cornu illd in signe. et loco eius succrescebāt ei. iiii. et ad radicem uni illo rum: subonebatur unum modicum. crescens & inmensum eleuabatur usq: ad celum. et deiciebat interram magnā partem stellarū. Et ascendebat usq: ad pncipē. alibi dicit. usq: ad principem pncipum. τ ibi nulla ē ābiguitas. i. usq: ad de um. Et audiui nescio quē. ne cio cui loqtem. τ dicebat. Usqq: uisio? Et responsum ē in fi nem. & p hoc uerbo: uolt h q dam referre ad finem mūdi ad psecutionē antixi. Sz elegantiu refertur: ad desolationem iu deē. factam p antiochū epipha nem. que h dca est finis iudeē. ut distinguant q tres fines iudeē. s. due captiuitates. et tertia desolatio. Usq: inquit h uisio? In finē. a mane usq: ad noctem. et eēt dies duo milia. τ treceni. Et cepi ingt meē cogitare. qd h uisio spec

rex. ad quattuor regna. quorum unum
erat passurum ab alio desolatio-
nem. non tamen poteram ad plenum in-
telligere. et cum ita cogitarem: stetit
coram me facies hominis. et dixit.
Gabriel edisse huic homini: hanc vi-
sionem. Et forsan angelus ille non
est dictus gabriel per personam: sed pro-
nominis interpretatione. Interpretatur
enim fortitudo dei. Unde ad
fortia et maiora nuntianda: dicitur
gabriel mitti. Ideo christus uenturus
ad dimicandum contra aerias
potestates: premisit gabrielem.
Et interpretatus est ei visionem
dicens. Per arietem habentem duo
cornua: alterum maius alterum minus.
significatur regnum medorum et per-
sarum. In quo fuerunt duo re-
ges. quorum alter altero fuit
maior. quia cirus qui succes-
sit dario: fuit longe poten-
tior eo. Per arietem quem con-
culcauit hircus: significatus est
darius filius sarsami. qui fu-
it quartus decimus et ulti-
mus rex regni persarum. Quem
conculcauit hircus. id est alexan-
der. qui bene ab occidente ue-
nire dictus quia grecia me-
dis et persis est ab occidente. A-
uulsio cornu insignis: fuit
mors alexandri macedonis.
Velocitas hirci: strenuitas eius.
Qua mortuus est in flore etatis
sue. scilicet tricesimo anno secundo e-
tatis sue. Hic regnauit ni-
si xii. annis. et in tam modi-
co spatio: tot sibi regna sub-
iugauit. Pro cornu insigni auul-
so. surrexerunt. iiii. quia mortu-
o alexandro: successerunt ei. iiii.
in regno. Tolomeus qui fuit
nutritius eius cum: habuerit
egyptum. Philippus frater eius: filius
magni philippi: habuit greciam.
et macedoniam. terram. scilicet patris
sui. Antigonus habuit asiam. Se-
leucus babilonem et siriam. Ab hoc
quarto. scilicet a seleuco: descendit
antiocus epiphanes. qui signifi-
catus est per modicum cornu. quod
ad radicem quarti cornu succres-
cebat. Illud modicum cornu. scilicet
antiocus epiphanes creuit in
immensum. et ascendit usque ad ce-
lum. id est usque ad caput regni iudeorum.
quia cepit ierusalem. et usque ad
dominum quia desolatum est templum
et sanctuarium. et deiecit magnam
partem stellarum in terram. id est multos
de iudeis tendentes ad celum.
inclinauit ad terram. timore
mortis reuocans eos a cultu dei.
ad idolatriam. Et compellens
comedere suillam. Et audiui un-
quit. nescio quem nescio cui loquen-
tem. usque visio. Quousque durabit
desolatio templi et sanctuarii. signifi-
cata per hanc visionem. Et res-
ponsum est. a mane usque ad
noctem. et est dies. ii. milia et ccc. Ac
si diceretur
Fluent dies et dies. quia fluxus
dierum est a mane usque ad noc-
tem. donec fluxerit dies duo
milia et trecenti. id est sex anni. quia
tot dies: ~~in in summa sex an~~

~~ni. quia tot dies~~: ibi in insũma an
nos reddẽ. ⁊ aliqt dies pl'. q. dicet.
illa desolatio scĩarii: p. vi. ãnos
ptelabitur. Sȝ ptea tempe ma
thatie et machabeorũ termina
bitur. Et ego daniel langui et
egrotaui p dies. Cumq; surrexis
sem: faciebam opa regis. ⁊ tñ stu
pebam aduisionem. ⁊ ñ erat q
interpretaretur. ¶ Seqr octaua
uisio danielis. viii.

Anno pmo darii filii assu
eri. i. astiage. ñ illi de quo
dcm ẽ in hester: intellexi in libs
ieremie. libationem ppli mei p.
lxx. annos futuram. liberationẽ
namq; ppli iudaici. p. lxx. ãnos
futuram. sps scs ieremie reue
lauiat qm ipe in scpturis rede
gat. quos reuoluens daniel. et
inspiciens: intellxt libationẽ.
Et intellecta inquit libatiõe:
apposui animũ ut orarem dñm:
p ipa libatione. in ieiunio. cili
cio. ⁊ cinẽ. Sci enim uici ado
postulant: qd intelligunt in
beneplacito ẽẽ. Et uisus ẽ dani
el plixa oratione. cuius sũma
i. ca finem concluditur. Exaudi
dnẽ. placare dnẽ. attende et fac.
placare. ⁊ si offensus. attende. ⁊
si auersus. fac. qd postulam.
Cumq; inqt adhuc loquerer:
et orarem. i. loquẽdo orarem.
~~Adhuc me loquente~~: Ecce u
gabriel q uidam in uisione
inpncipio. i. in uisione que
hanc pcedit. que. s. uisa ẽ an
no tercio regni balthasar. cito

uolans tetigit me intẽpe sacrificii
uesptini. forte ptelata fuerat orõ.
a tempe sacrificii matutini: usq;
ad horam sacrificii uesptini. et lo
cutus est m et dixit. ¶ Nunc
egssus sum. i. uisibiliter t appa
rui. ut docerẽ te. et intelligeres.
Ab exordio pcũ tuarum: egssus
ẽ sermo a dño. i. data ẽ libatio
nis sententia. ad peticionẽ tuã.
Et ego ueni ut indicarem t hi. ⁊
alia etiam seriora. uolo t indi
care. qr uir desidioz es tu. Tu au
tem ãiaduite sermonẽ et intel
lige uisionem. ¶ Septuaginta
ebdomades abbreuiate sup po
pulum tuum. ⁊ sup urbem
scãm: ut consumetur puari
catio. ⁊ finem accipiat peccatũ
et deleatur iniquitas. et addu
catur iusticia sepiterna. ⁊ im
pleatur uisio et pphes. n. s. et
ungatur scs scõz. Scito g et
ãiaduite ab exitu sermonis. ut
itm edificetur ierlm usq; ad
xpm ducem: ebdomades. vii. ⁊
lx: due erunt. Et rursus edi
ficabitur platea. ⁊ muri in an
gustia tempis. ⁊ p ebdomades
sexaginta. ii: occidetr xpc. ⁊ ñ
erit eius ppls qui eum negatu
rus ẽ. Et ciuitatem et sanctu
arium dissipabit popls cum
rege uenturo. et finis eius uasti
tas. et p finem belli statuta de
solo. Confirmabit autẽ pac
tum multis: ebdomas una. ⁊
in dimidio ebdomadis defici
et hostia et sacrificium. Nunc

·lxx·

expositioni istorum insistam. His verbis definitum tempus adventus Christi insinuavit angelus danieli. computans secundum ebdomadas annorum. non dierum. Ut ebdomada dicatur spatium .vii. annorum. Et computat iuxta morem hebreorum: secundum annos lunares qui breviores sunt solaribus. Superat enim solaris lunarem: .xi. diebus. Annus enim solaris continet. trecentos sexaginta quinque dies. et quadrantem. Annus lunaris non nisi trecentos .l.iiii. Itaque secundum annos lunares inveniet .vii. ebdomade. annos quadringentos nonaginta. secundum annos solares: annos quadringentos octoginta .v. Et hoc est quod ait. lxx. ebdomades adbreviate .i. secundum annos lunares. computate: sunt super populum tuum: ac si diceret. Cito respiciet deus populum pro quo orasti. tuum non meum. quia me deseruit. Sicut in exodo dominus loquens moysi ait. Descende quia peccavit populus tuus. q. d. Non meus. ut consumetur .i. deleatur prevaricatio. et .i. finem accipiat peccatum. ut sit precedentis expositio. vel inculcatio. et adducatur tempore. s. gratie: iustitia sempiterna .i. iustitia evangelii vincens iustitiam legis. et impleatur visio et prophetes .i. s. i. terminum habeant lex et prophete. quia lex et prophete: usque ad iohannem. Et ungatur sanctus sanctorum. Vide quia ex eo quod hic dicitur ungatur sanctus sanctorum et ex eo quod infra dicitur. cessabit hostia et sacrificium: colligitur illud. unde arguuntur iudei. Cum venerit sanctus sanctorum cessabit unctio vestra. quia numquam in daniele ita seriatim legitur sed ex his duobus colligitur. Secundo quoque animadvertite ab exitu sermonis ut reedificetur ierusalem. usque ad christum ducem. ebdomades .vii. et .lx. due. Quia hoc verbum multipliciter exponitur. Ideo ad presens pretermittamus ut post prosecutionem sequentium: in prosecutione diversarum expositionum. liberius immoremur. Vide quod hic separatim ponit numerum ebdomadarum. quia cum prius proposuit summam numeri dicens septuaginta: modo distinguit per .vii. et sexaginta duas. et unam. s. novissimam. quam videtur ab aliis separare quasi de ea specialiter aliqua dicturus. de qua postea subdit. Confirmabit autem pactum multis ebdomas una. Et rursum. edificabitur platea et muri. Hoc quod hic interseritur ad reedificationem murorum ierusalem factam a neemia specialiter referendum est. Et post ebdomades sexaginta duas. supple et .vii. occidetur christus. non statim eis impletis. sed postea in fine septuagesime. et non erit eius populus qui eum negaturus est dicens. Non habemus regem nisi cesarem. Et alibi. Hunc nescimus unde sit. Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus romanus. s. cum duce venturo .i. vaspasiano. hoc longe post mortem christi. et tamen mortis christi exigit iudeis. Et finis eius civitatis. s. vastitas.

specialiter

Et post finem belli statuta de
solo. i. adeo pfinita. Confirmabit
autē pactum fidei multis ebdo
mas una. nouissima. s. p̄ ea diui
dit nouissimā dicēs. Et in dimi
dio ebdomadis: deficiet hostia 7
sacrificium. q referendum ē ad tēs
annos et dimidiū: inqb; pactū
fidei confirmatum ē. Jn quib; . s.
dns predicauit: 7 q ptib; pmise
rat. confirmauit. nec continu
atur ulto pxāo. s; aliqātulum lon
ge pmisso. Jlli. s. usq; ad xpm dy
cem. ebdomades. vii. 7 lx. due p̄t
q̄s secuta ē nouissima. de qua dr.
Confirmabit autē pactum mul
tis ebdomas una. in cuius dimi
dio: cessauit hostia et sacrificiū.
Jam enim tres anni nouissime
ebdomadis pterierant: q̄n bap
tizatus ē dns. Et tunc ceperunt
cessare hostie legales. Nūc ad il
lud uerbum exponēdo redeam̄.
¶ Ab exitu sermonis et ē. Beda
ponit prius expōnem affricani
p̄tea suam. Tercio ponit expo
nem tertulliani de qua dic̄. q̄d
uerba sua dixit. At si dicēr. pot̄
secutus ē propriam uoluntatē:
q̄ hystorie ueritatem. Compu
tat g̊ affricanus annos ebdo
madarum a uicesimo anno:
regni artaxersis. Vide g̊ quia
p̄ darium istum: cui anno
primo h locutus est angelus
danieli: regnauit cir̄. Post ci
rum: cambises. Post cambisē:
duo magi. p̄ duos magos: xer
ses. Post xersem: artaxerses. Cui
us uicesimo anno inchoat
affricanus: computatōnem eb
domadarū. H artaxersis pincna
erat neemias. Ad q̄ cum delati
eēnt rumores infestationis ppli
sui: q̄ paciebatur afinitimis gen
tib; ñdum reedificatis muris
ciuitatis: tristatus ē. Et in tan
ta fuit amaritudine aīi: ut eā
exp̄meret uultu faciei. Et dep̄
hendens rex in facie eī alterācio
nem: q̄siuit q̄d eēt in eā. Et ex
posuit ei. Tunc pcepit ei rex: ut
acciperet pecuniam de thesauris
p̄pis et ueniret in ierlm. Et eius
auctoritate: reedificaret muros
ciuitatis. Et sic fēm ē. ¶ Ab exi
tu g̊ sermonis ut itēm edificet̄
ierlm. i. a tpr̄ quo exiit sermo
de ore artaxersis ut reedifica
rentur muri ierlm. i. a uicesi
mo anno regni artaxsis usq;
ad q̄ntum decimum annum
impii tibii scdm affricanum
sunt ebdomades. lxx. Si enim
alt̄ inchoetur computatio. s.
ex quo dedit cir̄ iudeis licenti
am redeundi. p̄t septuaginta
ebdomades inueniunt̄. c. ānī.
Et adhuc ampliores. si alt̄ in
cipias. s. a p̄mo anno darii. in
quo h locutus ē angls danie
li. Et hoc pbat p reges psarū.
et p reges macedonum. qui
successert regib; psarū: et p
reges romanoꝝ. computans q̊t
annis singli eoꝝ regnauerunt.
Sic affricanus. Beda in hoc
tm̄ ab eo discrepat: q affricanus

·clxxi·

numerum annorum ebdomadarum
non ultra quintum decimum an-
num tiberii protendit. Beda usque
ad decimum octavum extendit.
In quinto anno imperii tiberii dominus
baptizatus est. In decimo octavo:
passus est. Que autem harum opi-
nionum cui preferenda sit: be-
da lectoris diligentie relinquit.
Quod autem subditur et civitatem et
sanctuarium dissipabit populus cum
rege venturo: non ad septua-
ginta ebdomades pertinet. cum
predictum sit quod ebdomades
usque ad christum ducatum pertingent.
Sed scriptura: post occisionem christi ad ven-
tum et passionem eius: quod etiam post
eventurum esse iudeis merito
mortis eius: exponit. Unde his per
anticipationem prelibatis: ad
exponendum eventum novissi-
me ebdomade quam pretermiserat:
redit subdens. Confirmabit
autem pactum multis ebdomada
una. Tertullianus computat a pri-
mo anno darii ex quo scilicet hec
locutus est dominus danieli. Et dicit
sexaginta duas ebdomades
impletas in die nativitatis christi.
Et ideo factam esse distinctionem
ebdomadarum quia in die na-
tivitatis christi: implete sunt. octo
sequentes in captivitate ro-
manorum. hebrei non adhibent
fidem libris danielis. nec habent
eum pro propheta quia de christo aperte pro-
phetavit. et etiam nomen eius
expresse posuit. hoc tamen facile
pertranseunt ita exponentes.

Septuaginta ebdomades abbre-
viate sunt super populum tuum ut con-
sumetur iniquitas et finem acci-
piat peccatum. Ac si diceret da-
nieli angelus. Daniel ab hac die
qua tibi hec loquor: usque ad extremum
novissime ebdomade. hec populo
tuo per partes accident. Primo
propitiabitur ei deus super peccatis et de-
lebuntur peccata et finem accipiet pre-
varicatio. Hic enim urbe et tem-
plo destructis: in luctu est populus.
sed in brevi restaurabitur. Et non
solum hoc fiet in his. lxx. ebdo-
madibus: sed etiam nascetur christus. scilicet
summa rerum gerendarum apud iudeos:
erit sub sacerdotibus. quia mortuo
moyse: habuerunt duces. id est sub
iosue. post ea reges. Deinde habebunt
sacerdotes. penes quos erit summa rerum
gerendarum. et implebitur visio et
prophetes. id est terminabitur. Ut non in-
veniatur propheta in israel. Et un-
getur sanctus sanctorum. id est sepe fiet unc-
tio sacerdotalis. Scito ergo quia ab
exitu sermonis ut iterum edificetur
ierusalem. id est ab hac die qua exiit a me
sermo iste de reedificatione ie-
rusalem: sunt tot ebdomades. Et in-
fra spatium earum reedificabitur
platea et murus civitatis: a nee-
mia et sepe occidetur christus. id est sepe
occidentur sacerdotes. Sicut tem-
pore machabeorum factum est. Quod autem
in fine subditur. deficiet hostia
et sacrificium. Et usque ad con-
summationem et finem persevera-
bit desolatio. refert ad finalem
desolationem: factam ab helio a-

driano quia tunc penitus cessaue
runt hostie iudeorum in ierusalem. quia
exiuit edictum ab imperatore roma
no: ne aliquis iudeus habitaret
ultra marinas partes. ix.

Sequitur nona uisio danielis.
Hanc tamen quam nonam diximus et de
cimam que postea sequitur plerique
in unam comprehendunt et unam
tamen dicunt fuisse uisionem. Quia
ut pretaxatum est. quod uisionibus pre
mittitur licet uisio non sit: pro una
uisione computant. Nos autem
aliam facimus distinctionem uisio
num et .lxx. sequentes: absque eo quod uisi
onibus premissum est .x. uisiones di
stinguimus. Hanc nonam uisionem
uidit tertio anno regni ciri. Sed quo
modo tertio anno regni uidit uisio
nem liberationis populi. cum primo
anno regni eius data sit eis licen
tia redeundi? Darius enim deliba
bat de danda licentia redeundi
iudeis. Sed cito sublatus est de me
dio quia parum regnauit. Cirus
autem qui successit dario: statim
primo anno regni sui. dedit eis
licentiam. Cum ergo daniel anno
tertio ciri uidit liberationis uisi
onem: uidetur liberatio precessis
se uisionem. Videtur ergo quia licet
primo anno ciri data sit licenti
a redeundi: tamen pigri fuerunt quia
edificauerant domos plantaue
rant uineas et ortos. Susceperant
filios de uxoribus indigenis ter
re illius. Mortui erant patres eorum
qui uiderant terram sanctam. Et uix post
triennium potuerunt ihesus magnus sacerdos et zorobabel colligere cir
citer quinquaginta milia qui uel
lent redire. Et cum illis quinquagin
ta milibus. tertio anno ciri redie
runt. In diebus illis inquit: ego da
niel lugebam trium ebdomadarum diebus.
panem desiderabilem non comedi. ca
ro et uinum non introierunt in os
meum. id est a delicationibus cibis ab
stinui. sed neque unguento unctus
sum: donec complerentur trium
ebdomadarum dies. Iuxta morem
persarum loquitur qui ungentis utun
tur per balneis. Die autem uicesima
quarta mensis primi eram iuxta
fluuium tigridem. Et mira de contri
bulibus meis merum. et leuaui oculos
meos et uidi. ¶ Et ecce uir unus
uestitus. alia translatio habet indutus
badim. quod sonat: lineum. unde lxx.
ephot. quo utebantur sacerdotes:
appellat ephot badi. quasi ephot line
um. Nam alterius modi erat erat
ephot sacerdotale. quod .iiii. preciosissi
mis coloribus erat intextum. nec pro
tendebatur ultra crura. quia non erat
necessarium: ut amplius protenderetur. ni
si tamen ut baltheo succingi possit.
Ephot autem lineum quo utebantur
prophete: quo legitur usus samuel: lon
gum erat et renes eius accincti au
ro obrizo. auro .s. purissimo. quod
adeo rutilat. ut radiolos quosdam
splendoris emittat. Et uolunt quidam
corripi penultimam. quod contra ro
nem uidetur. cum positio cogat pro
ducere. nam .z. est duplex consonans.
Et erant corpus eius .i. torax: quasi criso
litus et facies eius quasi species fulgoris. et

·clxiii·

oculi eius ut lampades ardentes. et brachia eius. et que deorsum usque ad pedes quasi species eris candentis. Et uox sermonum eius ut uox multitudinis. et ego solus uidi uisionem. ¶ Porro uiri qui erant mecum: non uiderunt. sed terror nimius irruit super eos. et fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus uidi uisionem grandem hanc. et non remansit in me fortitudo. sed et species mea immutata est in me. et emarcui. nec habui quicquam uirium. Et audiui uocem eius. et audiens iacebam consternatus super faciem meam. et uultus meus herebat terre. Et ecce manus tetigit me. quia in figura hominis apparuit ei angelus ne paueret. sed confortaretur. quia similia suis applaudunt similibus. Et erexit me super genua mea. et super articulos manuum mearum. ut incumberet terre quasi quadrupes. et dixit ad me. Daniel uir desideriorum es tu. quia presumpsisti instantia et afflictione corporis et ieiuniorum duricia: cupis scire uentura et quod secta. Intellige uerba que ego loquor ad te. et sta in gradu tuo. Nunc enim missus sum ad te. q. d. Ex quo orare cepisti exauditus es a deo. sed non statim missus sum ad te. ut mora ipsa tibi daret occasionem amplius petendi et desiderandi et sic amplius merendi. Cumque dixisset mihi sermonem istum steti tremens. Et ait ad me. ¶ Noli timere daniel. quia ex die primo quo apposuisti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu dei tui:

exaudita sunt uerba tua. et ego ueni propter sermones tuos. Princeps autem regni persarum restitit mihi. q. d. Ex quo cepisti orare data est a domino sententia: et deliberatio est populi. et statim uolui uenire ad te. ut nuntiarem tibi liberationem. Sed statim affuit coram deo: angelus persarum malus secundum bedam. accusans iudeos et enumerans peccata eorum. quibus digni erant adhuc in captiuitate detineri. desiderans persas adhuc eos persequendo: amplius peccare. ¶ Timens quoque ne impediret peticionem tuam: ad te uenire distuli. Nondum enim uenissem ipso impediente: nisi uenisset michael in adiutorium mihi. qui scilicet deputatus est ad custodiam iudeis. Et ego remansi ibi iuxta regem persarum i. iuxta michaelem angelum. qui contra persarum principem loquebatur. Veni autem ut docerem te que futura sunt populo tuo in nouissimis diebus. quoniam adhuc uisio protelabitur in dies. Gregorius in ipsum exponit de bonis angelis. qui diutius uolunt homines flagellari: ut amplius examinentur. Bonus quoque angelus. secundum gregorium: amplius uellet flagellari iudeos. ut amplius examinarentur. Cumque loqueretur mihi huiuscemodi uerbis: deieci uultum meum in terram et tacui. Et ecce quasi similitudo filii hominis tetigit labia mea. et aperiens os meum locutus sum. et dixi ad eum qui stabat contra me. Domine mi: in uisione dissolute sunt compages mee. et nichil in me remansit uirium.

Rursum g° tetigit me q̃si uisio
hominis. et confortauit me et
dixit. Noli timere uir desideriorum
pax t. Cumq; loq̃retur mec̃: in
ualui. et dixi. Loquere mi dñe.
q̃m confortasti me. Et ait. Num
quid scis q̃r uenim ad te? et nunc
reuertar. e. d. Breuiter dicã t: q̃r ue
nim. Quia non possum diutius
morari. Incbit enim in cito reu
ti. Cum eni egidet a conspectu dei
apparuit p̃nceps gtorum ueniẽs.
acusatur ppłm tuum uolens ui
deos detinere in captiuitate. usq;
ad tpa gtorum qui successuri st̃
psis. et abeis. pmi. Uerũtamen ad
nuntiabo tibi q. exp̃ssum ẽ in scp
tura ueritatis. i. inp̃scia dei. Ne
mo ẽ adiutor mis in omnibz his.
nisi michael princeps ũr. cui. s.
creditus ẽ ppls iudeorũ. Ego autẽ
ab anno primo darij: et ẽ. Istud
scdm q̃sdam adhuc ẽ de nona ui
sione. ut loq̃tur adhuc daniel
anglo. Sz ex hebĩca ueritate ut
dicit ieronimũ apte dep̃hendit. q̃
hic inchoat decima uisio. et ẽ re
capitulatio. Precedens nãq; uisi
o: uisa ẽ tertio anno ciri. hec ã
uisa ẽ primo anno darij. De ui
Ego inq̃t daniel sione. x.
a primo anno darij medi:
stabam in oratione. scilicet p ipo
ad dñm. ut confortaret regnũ
ei et roboraretur. Dari namq;
beneficꝰ fuit danieli. quia cõstitu
it eum secũ. et honorauit. ppea
in primo anno regni eius. sta
bat in oratione in conspectu di.

ut confortaret regnum eiꝰ. Et nũc
ueritatem adnuntiabo tibi. Me
taplasmꝰ est. q̃ freq̃s est in pphis. et
ẽ responsio dni. Et siquis pure
aliquid petat a dño. statim dñs
respondet. Ecce assum. Ac si diceret
dns danieli. Tu oras ad me: p reg
no psarum. Et ego ãnũtiabo ti
bi statũ illius regni. Et ecce tres
adhuc reges stabt in pside: et q̃rtꝰ
ditabitur opibz nimis sup oms.
et cum inualuit diuitiis suis
omis concitabit. ad usus regnum
gtie. Surget uero rex fortis et
dominabr̃ potestate magna. et
faciet q placuit ei. et cum steterit c
teretur regnum eiꝰ et diuidetur in
.iiij. uentos. Et cfortabitr̃ rex au
stri. et de p̃ncipibꝰ eiꝰ preualebit sr̃
eũ. ¶ Primus trium regũ q̃s post
dns danieli. successuros in regno
psarum: fuit cãbises filiꝰ ciri. q̃ non
regnauit n̄ octo annis. Cui successit
in regno: erineides magꝰ. q̃ duxit
filiam eius in uxorẽ. s. patheidẽ.
Erant enim in regno psarũ. vij.
sapientes assistentes regi. Et in
secretis negociis consulentes ei.
q̃ dicebantur magi: q̃si magni.
A magnitudine sciẽ sic dicti.
Int̃ q̃s ẽ ẽet ceteris potentior duxit
filiam regis in uxorẽ. et fcs ẽ rex.
Sicubi ũ legantur regnasse duo
magi: sciendum q̃ n̄ n̄ iste reg
nauit. Sz cũ hrẽt frem unũ de
magis: cstituit eũ coadiutorẽ
sibi in regno. Ideoq; dicunt duo
regnasse. Un alij .v. magi mox
in india: occidunt eos. nec regna

clxiiii

uest nisi pannū. Postea deuolutū
ē regnū ad darium. filiū ydaspis.
nō hereditario iure: set per uxore sua
scilicet quia duxit in uxorem filiam
cambise. eadem scilicet quam duxerat ermeides
magus. Iste factus ē rex ad hinnitum
equi. id est ad auguriū hinnitus equi. Post
istos tres successit quartus ille poten-
tior. scilicet xerses. filius darij filij ydas-
pis. De quo multa preclara leguntur
in historiis gentium. qui duxit in-
numerabilem exercitū contra greciā. Et
succendit athenas. Et notandum
quod dominus .iiij. regibus persarū post cirum
enumeratis: noue preterit. Et ad alex-
andrum regem macedonū transit.
dicens. Surget rex fortis et dominabitur
regni eius post morte eius. statim sub-
dit dicens. Et diuidetur regnū eius in
.iiij. uentos celi. Ipse enim non habuit
heredem. Sed eo defuncto obtinuit
tholomeus filius lagi: egyptum que est
ad meridiem. Philippus frater eius mace-
doniam: que est ad occidentem. Seleucus
babiloneм et siriā. que sunt ad orien-
tem. Antigonus: asiā. que ad septentrio-
nem. Cum autem regnū alexandri in
.iiij.or partes diuisū sit: dominus tamen persequitur
successionem regni egypti et regni
... num sirie. Quia tamen curauit de
illis persequi a quibus afflictus est populus
dei. Et quandoque egyptij reges inuales-
cebant sicut reges sirie. Et tunc erant
iudei: sub eorum potestate quandoque eorum.
¶ Potest autem breuiter colligi ca-
thologus regū egypti et regum si-
rie. Post alexandrum in egypto reg-
nauit tholomeus filius lagi. Cui suc-
cessit tholomeus philadelphus. huic
successit tholomeus eugetes. huic
successit tholomeus philopator. huic
successit tholomeus epiphanes. ¶ In
siria post seleucū regnauit antiochus
sother. Post eum: antiochus theos.
Post eum: antiochus galericus. Post eum:
antiochus magnus. Post eum antiochus
ephiphanes. De his per ordinem persequ-
itur dominus. incipiens a tholomeo
filio lagi: qui regnauit post alexan-
drum. a quo successores eius reges. scilicet
egypti cognominati sunt tholomei.
Confortabitur inquit rex austri. id est
egypti. qui quantum ad terram: est ad
austrum. id est inualescet potentia
tholomei. filij lagi. Legitur enim fu-
isse potentissimus. adeo ut pir-
rum regem epirotarū: a regno ex-
pulsum. in regnū restituerit. Et
demetrium filium antigoni uicerit.
et seleuco partem regni ab antigo-
no sibi ablatam: restituerit. Post
hunc regnauit tholomeus phi-
ladelphus. sub quo .lxx. interpretes
totam bibliotecam hebreorum in
grecum sermonem transtulerunt.
sicut in persecutione historie dicetur.
Iste legitur duxisse in prelium duo
milia elephantos. super quos erant
turres lignee. In quibus erat mul-
titudo armatorum et uidebantur
quasi castra. Tempore istius regnauit
in siria: anthiocus theos et fuit bel-
lum diutinum inter eos. Sed tan-
dem facta est confederatio interue-
tu matrimonij. quod anthiochus
theos rex sirie duxit uxorem fili-
am tholomei philadelphi. scilicet be-
ronicem. repudians uxorem suam

laodicem. ¶ Hanc confederatio-
nem sigtauit dñs danieli his
uerbis. Pt finem annorum quibus s.
pugnabunt inter se: tholomeus
philadelphes et antiochus theos. con-
federabuntur. filiaque regis austri
ueniet ad regē babilonis. i. sirie.
que quantum ad ierlm: est ab aquilone.
facere amicitiam. i. pacē reforma-
re inter prēm et maritū. Et non
obtinebit fortitudinē. nec stabit
semen eius. Et tradet ipsa et qui addu-
xerant eam: adolescentes eius et qui con-
fortabat eā. i. maritus. Quia an-
tiochus theos peremptus est ueneno. ab
uxore sua. s. laodice quam repudiau-
at. Que licet in priorem grām re-
stituta esset. tamen timens uiri incon-
stantiam ne forte adhuc immuta-
retur animus eius erga eā: ueneno
eum occidit et beronicē et filiū.
quem ex ea susceperat et eos qui cum ea
uenerant de egypto. occidi fecit
a principibus sirie. qui ei adhe-
serant et filium suum gallicū
regem substituit. ¶ Postea tho-
lomeus eugetes defuncto prē
suo tholomeo philadelphe. au-
diens sororem suā ita in siria per-
emptam: ingressus est siriam cum exerci-
tu. Et preualuit adeo ut usus regem
sirie. totamque siriā destruxisset nisi
insurgentibus contra se principibus
egypti. compelleretur redire. Sed audi-
ens sedicionē contra se motū. in
egypto: rediit: et duo milia quin-
genta idola: desiria asportauit.
et infinitam pecuniā et suppel-
lectilē uariam. hoc sigtauit dñs

danieli: his uerbis. Stabit de germine
radicis eius. i. tholomei philadelfi plan-
tatio. s. tholomeus eugetes. Et ueniet
cum exercitu. & ingredietur prouinciā regis
aquilonis et abutetur eis. i. sub iure
eos et obtinebit insuper deos eorum. et
sculptilia. Uasa quoque preciosa auri et
argenti captiua ducet in egyptū. Et
instabit in regnum rex austri. i.
reuertetur intram suā: auditis
rumoribus sedicionis. contra se mo-
te in egypto. Huic successit tho-
lomeus philapater. cum quo pugnauit
anthiochus magnus. qui successit
gallico: occiso prius primogenito
fratre suo. s. seleuco ceraunio. fuit autem
pugna iuxta oppidū raphie. quod
est in foribus egypti. Et amisit an-
tiochus omnem exercitum et per desertū fu-
giens pene captus est. Huic succes-
sit tholomeus ephiphanes. Et cum
adhuc esset. iiij. annorū: insurrexit
contra eum antiochus magnus et mul-
ti alii insurrexerunt contra eum. T. s.
tempore tholomei ephiphanes uenit
onias magnus sacerdos in egyptū. et
honorifice receptus est a tholomeo.
Pugnantibus enim contra se antiocho
magno et ducibus tholomei. iudea
in medio posita in contrarium scinde-
batur. Aliis antiocho. aliis tho-
lomeo fauentibus. Quod uidens o-
nias summus sacerdos: fugit in e-
gyptum. assumptis plurimis iudeorum.
Et dedit ei tholomeus regionem
heliopoleos. Et concedente rege: e-
dificauit templum templo iudeorum
simile. asserens se imple uaticinium
ysaie. qui prophauit in hunc modum. Erit

altare dn̄i in egypto ⁊ titulꝰ eius·
in t'minis eī. In quo tn̄ potius trāns
gressus ē mandatum dn̄i. q' pcepat
ne alibi q̄ in loco sc̄o immolarent
ei. Vn̄ p'ea templū ab onia cōstru
ctum: a romanis destructū ē. et ci
uitas solotenus euersa.

Post anthiocum magnum
regnauit anthiochus epi
phanes. Et hucusq; dicit ieronimus
conuenit expo hebreor ⁊ porphirii
cum nr̄a. Porphirius enī here
ticus exposuit danielem pociꝰ n̄
euerteret: q̄ ut edificaret. In his aūt
que sequunt̄ expo nr̄a ab eorum
expone discrepat. Ipsi enim sequētia
oīa referunt ad anthiocū epi
phanem. Nos autē ad antixp̄m. Nec
ē inconueniens si eadem congru
unt: et anthiocho ephiphane.
qui in typū eī precessit. Q̄d aūt
ad antixp̄m hec referenda sint:
auctoritate ipī dn̄i in euuan
gelio conpbamꝰ. Cum enī disci
pulis pdiceret signa et excidio
nis ierl'm et aduentꝰ sui extre
mi inter cet'a signa aduentus
sui hoc signum eis pposuit q̄d
hic in daniele legit̄. Cum uid'itis
abominationē desolonis in
medio tēpli: scitote q̄ȝ ppe ē ad
uentus meꝰ. Cp sequimur ḡo hic
que conīa sc̄t antixp̄o ⁊ antio
cho. q̄ autē sp̄alr' cōgruunt an
tiocho: usq; ad psecutionē histo
rie machabeor differemꝰ. ne b' bis
id dicamus. Ad utrūq; referri
p̄: q̄ ait dn̄s. ⁊ stabit in loco eī
despectus. Q'a in loco antiochi

magni regnauit antiochꝰ ephipha
nes. fr̄ eius qui p'mo omnib; uilis
ē uilis ⁊ despectus. S; ptendens
q̄'dā mansuetudinē et leuitatem.
fraudulenter optinuit regnum.
Vel ad antixp̄m p' hoc referri q' in fi
ne mundi consurget de gente
modica. s. de gente iudeor. adeo
uilis et despectꝰ: ut n̄ exibeatur
ei honor regiꝰ. S; fraudulenter
obtinebit regnum l' principatū.
Q̄d aūt sequitur ueniet clam ⁊c̄.
usq; ad historiam machabeorū
reseruabitur. Q̄d autē infra sub
ditur. Non reputabit dm̄ prm̄
suorum ⁊ erit in concupiscenti
a feminarū. apte scd'm hanc lit
teram cōgruit antiocho. de cuiꝰ
luxuria multa dicunt̄. Non so
lum in hystoriis hebreorū: uerū
etiam in gentis. S; iux̄ aliam littā
congruit antixp̄o q̄ ē huiusmodi.
Et dm̄ prm̄ suorum n̄ intelli
get. ⁊ sup concupiscentiā fe mi
narum ⁊ sup om̄e dm̄ non in
telliget. Q̄d re uera antixp̄o con
gruit. Qui omnimodā corpis casti
tatem seruabit. ut p simulati
one religionis facilius in sinu
et se eē dm̄. Iste antiochꝰ ephi
phanes ad optinendū regnum
egipti excogitauit dolum mi
rabilem. Dedit ḡo sororē suam
uxorem tholomeo ephiphane
regi egypti. q' suscepit ex ea duos
filios. Intrauit ḡo egyptū c̄ mul
titudine magna antiochꝰ ephi
phanes. tāq̄m causa uisitan
di: uirum sororis sue ⁊ nepotū

los. Et honorifice susceptus e a tho-
lomeo epiphane. Et dum delica-
te epularentur: habuit anthiocus
paratos milites. et in dolo fecit eum
occidi. Et statim uoluit optinere
ciuitatem in qua hoc factum e: et
alias obsideret. Sed uiriliter restite-
runt ei principes egypti. et expule-
runt eum de finibus egypti. Tunc
furore succensus: uenit in ierlm.
Et spoliauit templum asportans
inde auri et argenti quamplurimum. Et
statuit statuam suam in arce sion.
Postea rediit in siriam. et ibi collegit
infinitam pecuniam. Reuoluto
biennio collecto exercitu: intrauit
egyptum. Et obsedit alexandriam
que e in introitu egypti. Egyp-
tii autem iam confederati erant
romanis. Quorum auctoritas: iam
per uniuersum orbem dilatabatur.
Iam enim uigebat senatus et populus
romanus. Nondum tamen erant im-
peratores romani. Duo ergo legati
a romanis destinati: nauigio
uenerunt alexandriam. et cum appli-
cuissent: egressus e eis obuiam an-
tiochus ephiphanes. Cui statim locu-
tus e alter ex eis. scilicet marcus puplius
lenas. Senatus inquit et populus romanus
precipiunt tibi: recedere ab amicis suis.
Et cum ille peteret inducias aliquot
dierum ut sciret quid responderet eis: mar-
cus puplius lenas in sabulo fecit circu-
lum circa eum et dixit. Senatus et
populus romanus precipiunt tibi ne egredi-
aris de hoc circulo: donec respon-
deas. Ad quod antiochus. Si sic uisum
e senatui et populo romano: recedendum e. Et statim recessit ab egypto. Quod
sequitur. deum autem moasim uenerabitur
in loco suo. et deum moasim ponet e
deo alieno: commune adhuc presbiter et an-
tiocho et antixo. Moasim enim sonat
presidium. Presidium autem proprie dicitur mu-
nitio facta in ciuitate uel castro ut uico
ad defensionem contra hostes. Et si ita ac-
cipiatur presidium. spiritualiter hoc congruit
anthiocho qui legitur posuisse presi-
dium. id est construxisse munitionem
in ierlm. scilicet in arche sion. ut tucius
possideret totam iudeam. et ibidem
posuit idolum iouis. et sic deum mo-
asim. id est deum presidii sui: ueneratus
e in loco suo. Quod. scilicet deum presidii: postea
posuit e deo alieno. Quia idolum io-
uis postea posuit in templo. et ita deum
moasim posuit e deo israel. id est in tem-
plo dei israel. Ideo ipsum ex parte presbiter congru-
ere antixo. ut presidium sit nomen te-
torii. quod tela in arce sion positum
e antixo: tentorium suum de quo infe-
rius agitur. Antiochus autem ibi posuit
et idolum et presidium. Quod autem sequitur
terram gratuito diuidet. spiritualiter congruit
antixo. qui satellitibus suis diuidet
terram. singulis dans petitiones suas
et thesauros quos per sapientiam suam
inueniet: liberaliter distribuet. De
eodem antixo subditur. Et figet ten-
torium suum apheno inter maria. super
montem sanctum et inclitum. et ueniet
ad summitatem eius et nemo auxiliabi-
tur ei. Uide quod sermo hebreus: non
habet .p. litteram. sed pro ea habet .fe. sicut etiam
grecus: phi. Scribitur ergo apud hebreos.
fe. scilicet sonat .p. ut dicatur apheno.
non afenno. Et interpretatur solium. Et

·clxv·

Pro

ē sensus figet tentoriū suum apē
no .i. tentoriū solū sui. q. figet ten
toriū: ⁊ in tentorio thronū. Qđ. io
determinatū ē q̄ꝛ q̄nq; figitur
tentoriū sine trono. s. ut dormi
at ibi rex ⁊ quiescat n̄ ut sedeat
iudex hoc tentoriū ponet inter
duo maria .i. in ierlm. que ē int̄
duo maria. s. mare tirenum. qđ
ē ei ab occidente: ⁊ mare mortuū
lac̄. s. ille in quo submersa ē pē
tapolis q̄ ē ei ab oriente. Solent
enim h. duo maria ɔstitui q̄ii. ū.
t̄mini urbe. super monte scm̄ ⁊
inclitū .i. monte oliueti q̄ dr̄ scs̄
ꝓp dn̄ica habitatione: ⁊ scs̄: ꝓp
ascensione. q̄ꝛ in ascendit in ce
lum. Et ueniet ad sūmitate ei.
Simac̄ id ip̄m apti ait. Exten
det inq̄t papiliones eq̄tat̄ sui.
int̄ maria sup monte fortitu
dinis et ueniet usq; ad uerticem
montis. q̄ꝛ sedebit in supcilio
montis intro suo iudicans. Et
dum ita iudicabit. audiet̄ uox
de celo dicens. Morere ⁊ statī ful
minabit̄: ⁊ in subdr̄. Et nemo
auxiliabit̄ ei. ¶ Intp̄ aūt illo ɔ
surget michael p̄nceps magnus
q̄ stat ꝓ filiis ppl̄i tui. q̄i recapitu
latio ē. ut n̄ intelligat̄ hoc tp̄e
antix̄. p̄ morte s; de tp̄e psecutionis
antix̄: ⁊ necē ē ū tē stet ꝓ pplo suo q̄ꝛ
tp̄s q̄le n̄ fuit ab eo q̄ gēs ēē cepunt.
Et ab initio mundi non fuit tanta
psecutio tanta q̄nta erit tp̄r antix̄.
In tm̄ enī infestabit scōs. ut si
fi p̄ moueant̄ electi. Et in tp̄e
illo saluabit̄ ppl̄s tuus oīs qui ī

uentus fuit scptus in libro. Istud
ēt cogit hoc intelli: de tp̄r an̄ mor
tem antix̄: q̄ꝛ reliquie iudeorum:
q̄ saluabuntur: ɔuertentur. ad p̄di
catione helie ⁊ enoch. Quos pri
occidet antix̄. q̄ moriat̄: ⁊ ad eorū
p̄dicatione saluabunt̄ iudi. q̄cq̄
inuenti fuerint scpti in libro .i.
in di p̄destinatione. ¶ Postea sub
dr̄. t p̄dicat de resurrectione dicens.
Multi de his qui dormierant in
terre puluē: euigilabunt. Alii
in gloriā. alii in obpbriū, ut uideat̄
semp. Non ē intelligendū qđ re
pbi semp uideant: glam electoꝝ.
Cū scptum sit. Tollat̄ impi ne
uideat glam dei. Potest g̃ refer
ri ad electos. q̄ reua semp uidebit:
penas maloꝝ. Vel de ip̄is repbis
p̄ ita exponi. ut sep̄ uideant .i. sep̄
miam suā attendant: ⁊ id ip̄m
sit eis: ad cumulū supplicii. Q̄ a
docti fuerint: fulgebunt sic̄ splē
dor firmamti. Q̄ aut̄ erudiu: si
cut stelle. P h̄modi distinctionē.
fulgoris nich ampli notat n̄ dif
ferentē claritatē in electis. ¶ Tu
autē daniel claude sermonē et
signa librum q̄i uisionē ē reue
latā noli exponē. s; inexpositā sī
be. q̄a usq; ad temp statutū ptrā
sibunt plimi ⁊ multiplex erit
scientia. q. d. Noli exponē n̄ poste
ris relinquatur: exercitii matia. De

diuturnitate psecutionis.

Cum capuisset dn̄s danieli futa
secta. s. de consūmatione mun
di. de finali psecutione antix̄:
sub inuolucris liboꝝ: ɔsuluit de

diuturnitate persecutionis. Unde sub-
dit. ¶ Ego daniel cum essem iuxta fluui-
um tygridem. uidi duos uiros in
ripa fluminis altrinsecus unum exaltata
parte. 7 alterum ex regione. 7 uir indutus
lineis. qui erat primo uidam stabat
super aquas. Duo uiri in ripa fluminis.
altrinsecus. scilicet duo angeli. scilicet princeps
grecorum 7 princeps persarum. loquen-
tes contra populum dei. uolentes eum in cap-
tiuitate detineri. Et dixi uiro qui
erat indutus lineis. Usquequo fi-
nis horum mirabilium? Qui cum ex-
tendisset manum dexteram et sini-
stram suam in celum: iurasset per uiu-
entem in eternum quia scilicet hoc in
uerum dicet: ait. In tempus 7 tempora
et dimidium temporis. id est in tribus an-
nis 7 dimidio complebuntur omnia hec.
cum completa fuerit dispersio populi scilicet id est
populi iudaici. In dispersionem uel per tempus dispersus
erit ab antichristo populus dei. Hic argui-
tur porphirius exponens hoc de
antiocho epiphane. cuius persecutio
non nisi tribus annis durauit. Postea da-
niel tamquam uir desideriorum: uoluit
scire quid post mortem antichristi futurum esset.
et quesiuit. Unde sequitur. Et ego audi-
ui et non intellexi. 7 dixi. Domine mi
quid erit post hec? 7 ait. Vade daniel.
id est uadens quo deus monuerit 7 non intel-
liges hos sermones. quia clausi sunt
et signati. 7 cum completa fuerint:
fideles eos intelligent. impii autem
non intelligent. Postea repetit de
tempore persecutionis ut addat. his
uerbis. Et in tempore cum ablatum fuerit
iuge sacrificium antichristus enim tollet
omnia sacrificia tam legalia quam euuan-
gelica. 7 faciet se offerri sacrificia noua.
predicans se filium dei: et posita fu-
erit abominatio id est antichristus abomina-
bilis in desolatione id est in templo desolato.
a cultu diuino 7 ritu sacrificiorum cum
ipse qui in templo positus erit ad colen-
dum id est ad cultum diuinum exibendum.
et persuaserit. erunt dies mille ducen-
ti nonaginta. id est tres anni 7 dimidi-
um. Idem enim sub aliis uerbis inculcat. ut
addat. Et statim sequitur additio. Beatus
qui expectat 7 peruenit usque ad dies
mille 7 trecentos .xxx.v. id est beatus erit
qui post dies mille ducentos nonagin-
ta. quibus durabit persecutio antichristi. pa-
cienter expectabit .xl.v. diebus 7 aget
penitentiam quia post mille ducentos
nonaginta dies antichristi id est post tres annos
et dimidium. adhuc relinquentur.
.xl.v. dies electis ad penitentiam. Un-
de sunt mille .ccc.xxx.v. Si enim
mille ducentis nonaginta: ad-
dantur .xl.v. fiunt mille .ccc.xxx.
.v. Utrum autem post .xl.v. dies additos
ad penitentiam statim iudicium fiat.
ut aliqua mora temporis intercedat. nusquam
habetur diffinitum. nec est temere diffini-
endum. Tu autem daniel uade ad
prefinitum id est ingredieris uiam uniuerse
carnis. sicut cuilibet homini est a deo pre-
finitum 7 requiesces in spe. 7 in fine
cum resurges: stabis in sorte tua. id est
in ordine tuo. in numero sanctorum. et
tunc uidebis quod nunc operata sunt. ¶ Que
huc usque persecuta sunt dicit ieronimus: con-
neri in hebraica ueritate. Que autem
secuntur dicit assumpta de theodotio-
nis editione. scilicet de fabula susanne.
de fabula belis 7 draconis. Quod ideo non

.clxiii.

ipse fatetur apposuit: ne videretur ignorare. Hec per precedentia immo longe ante facta sunt. quia historia susanne que prima occurrit facta est primo. post initium captiuitatis cum adhuc daniel esset iuuenis. et ita recapitulatio est. Historiam autem susanne appellat ieronimus fabulam secundum hebreos. qui fabulam appellant. Non quod historia non fuerit: sed quantum ad nos. Quidam ut aiunt. fabulam danielem hoc scripsisse. cum aliquid ante quam sit appositum libro daniel. Qua autem ratione ad hoc inducantur. suo loco ostendetur in historia. Non negant tamen hystoriam esse. et alii scriptam esse. Alia quoque ratione appellant fabulam. quia quoddam interser tum est quod reputant fabulosum. scilicet quod leguntur ibi duo sacerdotes lapidari. Quod uidetur obloqui ieremie. Isti enim duo sacerdotes fuerunt achias et sezechias. quorum exprimens nequitiam et predicens penam. ieremias: ait. Faciat te dominus sicut achie et sezechie. quos frixit rex babilonis in igne. Ac si hodie diceretur. Sic faciat tibi deus: sicut fecit iude. Hoc autem facile potest determinari. quia nomine ignis quelibet materialis pena potest intelligi. et ita frixit eos rex babilonis in igne. id est ad eius arbitrium puniti sunt. Alioquin iudei cum in captiuitate essent: non auderent inter eos mactare. Sicut nec modo iudei aliquem de iudeis conuictum auderent lapidare sed traderent eum regi. Origenes quoque in decimo stromatum: eandem historiam appellat fabulam ubi ponit fabulam susanne et belis. Liber autem stromatum dicitur. qui liber instructionum. Stroma enim interpretatur instructio. Duas enim instructiones id est translationes fecit origenes. de hebreo in grecum. et in secunda apposuit asteriscum et obelum. Si enim aliquid de hebraica ueritate in prima pretermissum in secunda supplebat: apponebat asteriscum. ut ostenderet illud esse appositum ad illuminationem. Asteriscus enim interpretatur stella. Ubi autem aliquid pretermissum suppletur: ipsa suppletio ad illuminationem est. Si autem aliquid apposuerat preter hebraicam ueritatem: ponebat obelum. ut ostenderet iugulandum esse. Obelus enim interpretatur sagitta. Historia nota est. De historia susanne.

Erat uir habitans in babilone et nomen eius ioachim. et accepit uxorem filiam helchie pulcram nimis et timentem dominum. Parentes enim eius cum essent iusti: erudiebant filiam suam secundum legem moysi. Et hic ut ait origenes admonentur parentes. ut non solum filios sed etiam filias suas in lege dei erudiant. Erat autem ioachim diues ualde et erat ei pomerium uicinum domui sue. et ad domum eius. quia honorabilior erat ceteris. confluebant ad eum omnes iudei. et in pomerio eius tractabant iudicia. Ad quorum discussionem singulis annis constituebant duo sacerdotes. et qui in anno illo fuerant constituti: pessimi erant. Et ut tradunt hebrei: decipiebant mulierculas. dicentes de semine suo nasciturum christum. quia erant de tribu iuda. Ac si dicerent eis. bonum uobis esset: si de

semine uestro possetis impugnari. De istis locutus est dominus dicens. Egressa est iniquitas de babilone a senioribus. qui uidebantur regere populum. cum non regerent. Usque ibi in historia non est uerbum indigens expo nere. Afferte mihi oleum et smigmata. id est unguenta. Smigma proprie dicitur ordeum cum palea. quod decoquunt mulieres. ut se lauent aqua illa quia uenustat faciem. sicut et cerusa et purpurisso solent faciem depingere. Hic autem smigmata. appellat unguenta quia in terra illa utuntur unguentis post balneis. Si hoc genero mori michi est. id est mors anime. Quotiens enim mortaliter peccamus: mortem anime incurrimus. Et uenerunt cum parentibus et uniuersis cognatis suis: quibus reuelauit conscientiam suam et falsam accusationem sacerdotum. At iniqui illi iusserunt ut discooperiretur ut uiderent eam capite reuelato. et sic saciarentur decore eius quia extrema linea amare: non nichil est. Que flens suspexit ad celum. leuans oculos cordis: ad eum qui habitat in celis. Cum duceretur ad mortem suscitauit dominus spiritum pueri iunioris. cui nomen daniel. Ex hoc uerbo errauerunt quidam putantes danielem mortuum: et a domino tunc suscitatum. Dicitur autem dominus suscitasse spiritum daniel. non quod tunc primo inspirauerit ei spiritum prophetie: sed quia spiritum propter etatis infirmitatem quiescentem: tunc excitauit. Et exclamauit daniel uoce magna spiritu suscitato. Mundus ego sum a sanguine huius. id est non consentio dampnationi eius

quia iniusta est. Et conuersus ad eum omnis populus dixit. Quid sibi uult sermo iste quem locutus es: Qui cum staret in medio eorum dixit. Sic fatui sunt filii israel. id est indiscreti. reuertimini ad iudicium. quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. et dixerunt ei senes. Ueni et sede in medio. et iudica nos. quia tibi dedit deus honorem senectutis. licet non etate. Et separatis illis nec mendatium simul confingerent: uocauit alterum et improperauit ei multa. Dic inquit sub qua arbore uidisti eos loquentes sibi: Qui ait. Sub scino. Et conuocato altero: similiter quesiuit. Qui ait. Sub prino. Ex hoc loco probat hebreus hanc pericopen de greco assumptam. et ita hoc appositum esse a quodam greco libro danielis. quia in greco habentur quedam allusiones quibus alludit. et increpatur daniel sacerdotibus. que non possunt reperiri in hebreo. ab eo enim quod hic latina editio. sub scino. quod grece dicitur. ki[schinu]: alludendo subiecit chise. et ab eo quod dictum est sub prino: subiecit apotri. prinu: prise. Ac si responderet alludendo ei. qui dixerat sub scino. scindat te deus. et ei qui dixerat sub prino: premat te deus. Quod euidentius potest ostendi in latino. Ut si querat quis ab alio quando factum est hoc: et respondeat quinta feria. Et ipse statim addat alludendo: feriat te deus. Uel si dicat factum hora prima: et obiciat ei alludendo: primat te deus. De fabula belis.

·schinu·

Post fabulam susanne: seqr
fabula belis et draconis. q. p
tnslone abacuc q ibi legr: reputat
hebreus fabulosum. q: nusq legit
tal' tnslo facta in sacra scptura. Et
refert ieronimus q: cu obiceet hoc
ei qdam hebreus: respondit qda
qui erat cum ieronimo qd simi
lis translatio leget de ezechiele
qa cu eet in babilone: tnslat est
in iudeam. q statim arguit heb
us dicens. in ipa litta ezechielis
expssum hri qd tnslatus e spu
n corpe. Vn inquit apls ut ta
q sapiens locutus e dicens. Siue
in corpe siue in spu raptus sim:
nescio ds scit. Premittitur au fa
bula belis. fabule draconis. Bel
erat idolum babilonioy sic dcm
a belo. A quo idola gentium de
nominata st et originem habu
runt. Legr enim quia ninus qui
niniuen condidit 7 a noie suo deno
minauit: pmu ad honorem pris
sui beli: facit statuam aurea. Et
ei diuinos honores exhibuit. Et im
posuit ipi statue nom bel. 7 a
noie illius idoli noia idoloy di
riuata st. s; scdm uaria lingua
rum idiomata: idoloy noia st
uariata. Ut alie gs idolum su
um appellarent baal. alie baalim.
alie beelphegor. alie beelzebub.
Inchoat g sic historia. Mortuus
e rex astiages. i. darius qui sic cog
nominatus e. 7 suscepit cirus pses
regnu eius. Erat aute daniel co
uiua regis. 7 honorat sup omis
amicos ei. Erat au idolum noie
bel apd babilonios et impende
bantur in eo p singlos dies simi
le artabe. xii. 7 oues. xl. 7 ampho
re uini sex. Rex quoq; colebat
eum. 7 ibat p singlos dies adora
re eum. Porro daniel adorabat
dnm dm suum. Dixitq; ei rex. Qr
n adoras bel? Ad q daniel. quia
n adoro idola manu facta. sur
da. 7 muta. s; uiuente dm qui
creauit celum 7 tram. Et ht po
testatem. ois carnis. Ad q rex. No
ne uidr bel tibi uiuens ds? Nonne
uides qnta comedat et bibat coti
die? Ad q daniel arridens. ne er
res rex. Est enim intrinsecus luteus.
et forinsecus ereus. neq; comedit t
bibit aliqn. Et irat rex uocauit
sacdotes belis. Et ait illis. Nisi
dixeritis. m qs comedat inpen
sas has: moriemini. Si au os
tenderitis qd bel comedat h: mo
rietur daniel quia blasphema
uit bel. Ad q daniel. Fiat iuxta
uerbum tuum. Erant au sacdo
tes. lxx. exceptis uxoribz et paruu
lis et filiis. Et uenit rex in templu
belis c daniele. Et dixert sacdo
tes belis. Ecce nos egdimur foras.
et tu rex pone escas et uinum
misce. 7 claude hostiu. 7 signa
anulo tuo. Et c ingssus fuis.
mane n inueris oia comesta
a bel: moriem: ul daniel q m
titus e aduersum nos. Uidebant
eni sibi tuti. e. quia fecerant
sub mesa introitum abscondi
tum. uiam. s. subtranea. p q co
sueuant ingdi. 7 comede que

apponebantur ante idolum. Factum
est igitur postquam egressi sunt illi. et rex po-
suit cibos ante bel: precepit daniel pu-
eris suis ut afferrent cinerem. et cri-
brauit per totum templum coram rege.
Egressique clauserunt hostium et sig-
nantes anulo regis: abierunt. Sacer-
dotes autem ingressi sunt nocte iuxta con-
suetudinem suam et uxores et filii
eorum et comederunt omnia et biberunt.
Surrexit autem rex summo dilucu-
lo et daniel cum eo. et ait rex. Salua-
ne sunt signa daniel? Qui respondit.
Salua rex. Statimque cum aperuisset
hostium intuitus rex mensam. Ex-
clamauit uoce magna rex. Mag-
nus es bel. et non est apud te quisquam dolus.
Ex hoc loco uidetur hanc pericopen
apud hebreos non haberi. Non enim so-
let accipi huiusmodi uerbum. excla-
mauit uoce magna: nisi in bo-
no. Et risit daniel et tenuit regem
ne ingrederetur intro et dixit. Ecce
pauimentum. animaduerte cuius uesti-
gia sunt hec. Dixitque rex. Uideo uesti-
gia uirorum. mulierum et infan-
tum. Et iratus rex. apprehendit
sacerdotes et uxores et filios eorum et
ostenderunt ei abscondita hostio-
la per que ingrediebantur. et consume-
bant que erant super mensam. et
perierunt omnes. et tradidit rex
in potestatem danielis bel. qui
subuertit eum. et templum eius.

De fabula draconis.

Erat in eo-
dem loco draco magnus.
et colebant eum babilonii. E-
rat autem in specu profundissima.
cuius profunditas: attingebat usque
ad abyssum. siue ad matrem aquarum.
Et quia draco natalis piger est ad ex-
citandam eius pigriciam. sic spelun-
cam in qua erat. faciebant sonitum
quendam babilonii ut uideretur to-
nitruum. Habebant enim quosdam un-
gulas corallinas: quibus percutiebant
ydraulia. uasa quedam aquatica. et tan-
tus erat sonitus ut uiderentur fieri
tonitrua. Et tunc excitatus draco: e-
mittebat fumum. uel ignem. et propter
hoc putabant babilonii: esse deum et
ualde potentem. Forte hunc draconem
asportauerunt romani de babilone.
quam postquam triumphauerunt et subiu-
gauerunt sibi orbem. Acceperunt ido-
la de diuersis regionibus et romam
transtulerunt. Dixit rex danieli. Ecce nunc
non potes dicere quod iste non sit deus
uiuens. Adora ergo illum. ad quem daniel.
Iste non est deus uiuens. tu autem rex da mihi
potestatem et interficiam draconem:
absque gladio et fuste. Do inquit tibi.
Tulit ergo daniel picem et adipem et
pilos. et coxit pariter. fecitque massas.
alia translatio habet offas. et dedit in os
draconis et disruptus est draco. Et
dixit daniel. Ecce quem colebatis: mor-
tuus est. Quod cum audissent babi-
lonii indignati sunt uehementer
et congregati sunt aduersus regem et di-
xerunt. Judeus factus est rex. bel destru-
xit draconem interfecit. sacerdotes occi-
dit. Dixerunt ergo ei. Trade nobis danie-
lem. alioquin: interficiemus te. et
domum tuam. Uidens ergo rex quod uel-
lent irruere in eum. necessitate
compulsus tradidit eis danielem. qui mi-
serunt eum in lacum leonum in quo

erant .vii. leones. quibus dabantur coti-
die duo corpora .i. due oues. vel duo
corpora dampnatorum et due oues. Et
non sunt eis data cibaria ea die.
ut deuorarent danielem. De translatione abacuc.

Erat autem abacuc propheta in iudea qui coxerat
pulmentum et intriuerat panem in al-
ueolo. et ibat in campum: ut fer-
ret messoribus. Dixitque angelus domini. fer
prandium quod habes danieli in babilo-
ne. qui est in lacu leonum. Dixitque a-
bacuc. Domine: babilonem non uidi. et
lacum nescio. Et apprehendit an-
gelus domini uerticem eius et portauit
eum capillo capitis sui et posuit
in babilone eum super lacum in impe-
tu spiritus sui. et clamauit abacuc di-
cens. Daniel serue dei. tolle prandi-
um quod misit tibi dominus. Et ait daniel. Re-
cordatus es mei deus et non dereliquisti
diligentes te. Surgensque come-
dit. et confortatus est. Angelus autem domini
restituit abacuc in loco suo. Veni-
ens ergo ad lacum rex die septima
ut lugeret danielem. qui .vi. diebus
fuerat in lacu: Intro aspexit: et ec-
ce daniel sedens. et exclamauit uo-
ce magna dicens. Magnus es domine
deus danielis. et extraxit eum. Illos autem
qui eum accusauerant. fecit deici
in lacum et deuorati sunt in mo-
mento coram eo. Explicit daniel.

Incipit liber hesdre.

Anno primo regni ciri ut dicit
esdras. suscitauit dominus spiritum
ciri ut relaxaret captiuitatem iude-
orum. ut impleretur uerbum iere-
mie. qui predixit relaxationem capti-
uitatis post .lxx. annos futuram. et iam
ut dicit iosephus conueniebat sep-
tuagesimus annus. Iam enim erat. Pri-
mus namque annus regni ciri fuit
sexagesimus septimus. a captiui-
tate .s. septimus septime decadis.
Iam enim fluxerant sex decades anno-
rum et de septima .vii. anni. Cirus
iste legerat prophetiam ysaie. Christo meo
ciro cuius apprehendi dexteram et infra
subditur. Subiciam ei regna terre et
ipse reedificabit domum meam
in ierusalem. Estimauit itaque hoc de
se predictum cum de christo esset prophetatum.
Et sic primo anno regni ipsius sus-
citatus est animus per lectionem ysa-
ie. ad relaxationem captiuitatis et
reedificationem templi. In zachari-
a tamen habes. in penultimo capitulo .xii. prophetauit
quia relaxatio captiuitatis facta
est anno secundo regni darii filii ida-
pis. Alii habent quod tricesimo anno regni
ciri. Hanc tamen quod uidetur repug-
nantiam suo loco determinabimus.
Dedit itaque cirus primo anno reg-
ni sui iudeis libertatem redeundi.
et qui serui erant: fecit eos liberos. Non
solum dedit eis libertatem uerbo:
sed etiam scripto. Misit enim epistolam
suam per uniuersum regnum suum
ut quotquot essent iudei in regno suo:
ubicumque libertatem redeundi haberent.
Et qui nollent redire iuuarent
redeuntes in auro et argento et
uestibus et iumentis. Premisit autem
salutationem in epistola et post saluta-
tionem fuit hic tenor epistole. Dominus
deus celi subiecit mihi regna terre. ac
si diceret. Ipse diuisit mecum in reli-

quis terram. sibi reseruans celum.
Oportet ergo me edificare domum eius
in ierusalem. sicut preceptum est mihi per ysa
iam. scilicet fluxerant tamen ducenti .x. an
ni. ex quo predictum fuerat hoc ab
ysaia. Quia ab ysaia usque ad capti
uitatem fluxerunt .c.xl. anni. et a cap
tiuitate usque ad reditum septua
ginta. qui omnes sunt ducenti decem.
Primo itaque anno date libertatis.
scilicet sexagesimo septimo: ceperunt zo
robabel dux. filius salathiel. et ihesus
magnus sacerdos filius iosedech. qui
tractus est in captiuitatem. ubi genu
erat eum discurrere per uniuersum
regnum cyri et exortari iudeos ut
redirent. et quia iam edificauerant do
mos. plantauerant uineas et ortos.
et cum essent alienigene facti erant
qui indigene pigritabant redire. Et
uix in tribus annis potuerunt colligere
.xl. milia et trecentos. Et connumeratis
seruis et ancillis quas habebant
de alienigenis fuerunt omnes quinqua
ginta milia. ¶ Surrexerunt itaque de
tribu iuda cantores. leuite. ianito
res. nathinnei. scilicet ministri aque. quo
rum locum hodie obtinent sub
diaconi. Et super hunc locum habetur. quod
a tribu iuda dicti sunt iudei. quia prima
mouit iter: torpente leui et ben
iamin. quia he tres tribus tracte sunt
in captiuitatem. Super genesim habetur
ubi agitur de turre babel. quod a dedan
qui cognominatus est iudas dicti sunt
iudei. Alii habent: quod a iuda machabeo.
et ita multiplices sunt de hoc nomine. ¶ Tunc
reddidit eis cyrus uasa que asporta
uerat nabugodonosor de templo
domini. Non tamen est omnia: sed particulariter
reddidit omnia. et computantur ua
sa. scilicet fiale. et chiati. et inter cetera uasa
numerantur quedam uasa. que dicun
tur refrigeratoria. et incertum est quis
esset usus eorum. Et uidetur uel
le iosephus quod huiusmodi omnia uasa mise
rit per mithridatem procuratorem suum.
sarabasar. principi iuda. ut pro loco
et tempore prout essent necessaria essent tra
deret ipsis ea. Significauit quoque prin
cipibus terre sibi subditis ut mi
nistrarent eis necessaria ad edifica
tionem templi. et ad oblationes fa
ciendas. Cum autem essent in procinctu
itineris: uenerunt ad eos quidam di
centes se esse de filiis israel. scilicet de duode
cim tribubus et licet non haberent cartam
genealogie sue quam ostendere possent.
tamen receperunt eos. quia pauci erant.
Venerunt quoque ad eos quidam dicen
tes se esse de genere sacerdotum. et nes
cierunt ostendere cartam genealo
gie sue. immo probauerunt eos non
esse de genere sacerdotum. quia erant
de genere berzellai. et confessi sunt
se ex parte matris esse de genere sacer
dotum. Tunc ait artarsata. recipie
mus interim uos in consortium nostrum.
donec sacerdos ueniat sed nequaquam
in numero sacerdotum. Congrega
ti itaque filii israel redierunt sub zoro
babel duce. et ihesu magno sacerdo
te et fuerunt circiter quinquaginta milia.
Cumque uenissent in ierusalem et in
uenissent locum desolatum. habi
tauerunt singuli in ciuitatibus su
is. unusquisque secundum ius parentele
sue antique. Erat autem imminens

.clxx.

septimus mensis qui totus fere sol-
lennis est apud hebreos. et convenerunt omnes
in ierusalem ut ibi sollempnizarent mense
septimo. Prima ergo die septimi men-
sis quando est festum tubarum edificave-
runt zorobabel et iosue et fratres eorum
altare domino in eodem loco in quo fu-
erat antiquum altare. et obtulerunt
super illud iuge sacrificium et ho-
locausta sua et pacifica. Et princi-
pes terre excepto regis ciri ministra-
straverunt eis necessaria oblationibus faci-
endis. Edificatum est autem primum al-
tare de lapidibus non sectis. id est de lapidi-
bus rudibus sine cemento nec tamen habuerunt
ignem de sublimi. Quem longe
post invenit neemias absconditum
sub terra. ut suo loco dicetur. Cre-
dibile tamen est quod ignem de subli-
mi excusserint de ruinis antiqui
altaris. sicut de calculis solet eli-
ci ignis. Nondum etiam habebant
sanctuarium. Sanctuarium autem dicebatur
archa cum illis que intus erant. et
propiciatorio et duobus cherubin. Hoc
sanctuarium absconderat ieremias in
spelunca in qua latuit helias iuxta
montem oreb. Cum enim post eversam
urbem a caldeis daret nabugo-
donosor optionem ieremie. ut
veniret in babilonem et ditaret
eum. vel si melius videretur ei re-
maneret in terra et esset in manu
eius terra. accepit sanctuarium et ve-
nit usque ad montem sinai ubi appa-
ruit dominus in igne moysi et dedit
legem in caligine. Et ibi abscon-
dit illud in spelunca in qua latuit
helias. Postea socii eius qui cum

eo erant ad eumdem locum redierunt.
volentes asportare aurum quod erat in
sanctuario. et clausum est eis os spelunce
ita quod non potuerunt invenire. Ad eum-
dem itaque locum non venerunt illi qui
redierant de captivitate audien-
tes quod ibi abscondisset sanctuarium
ieremias. Et invenerunt hostium spe-
lunce. et extraxerunt sanctuarium de spe-
lunca et reportaverunt in ierusalem. Et
ita habuerunt sanctuarium longe ante
templum consummatum. Unde se-
pe improperatum est eis a domino per zacha-
riam et aggeum. Vos habitatis
in domibus laqueatis. in palatiis
grandibus. archa autem mea adhuc est
sub pellibus.

De initio reedificationis templi.

Anno secundo in initio secundi men-
sis post phase ceperunt pecuni-
am a principibus terre et dederunt eam
latomis et ceperunt fundamenta templi.
Unde patet templum funditus fuisse
eversum. Si enim maneret funda-
menta antiqui templi: modo non ia-
cerent fundamenta. In iactione autem
fundamentorum aderant canto-
res filii asaph et cantabant mu-
sicis instrumentis. Et omnis unani-
miter congaudebant eis. Erant
tamen ibidem nonnulli antiquiores qui
viderant fundamenta antiqui templi.
Et videntes fundamenta modo iacta
modica esse et nullius momenti: eiula-
bant fletu magno et multis erat eis. et
tantus erat eiulatus ut ex equo
responderet exultationi. Viden-
tes autem hostes eorum quod edifica-
rent templum accesserunt ad eos
in dolo. ut dolose possent eos cir-

conuenire. Hostes eorum spiritaliter intel
ligendi sunt samaritani. quos iosephus
uocat cutheos qui missi sunt de di
uersis regionibus a regibus assiriorum
in terra decem tribuum ut eam excolerent.
et habitarent. et susceperant circumcisio
nem et legalia. Isti ergo accesserunt ad iu
deos edificantes templum dicentes.
edificabimus uobiscum. ut postea
adoremus uobiscum. quia speramus in deo
uestro. hoc autem excogitauerant ut
si essent in eodem opere cum eis: oportu
nius infestarent eos. et possent im
pedire. Ad quos zorobabel et iosue.
et ceteri eorum. Non edificabi
tis nobiscum. Sed potissimum edificabimus:
potius ad honorem nobiscum. quia soli
nobis preceptum est a ciro ut edifice
mus. Videntes ergo quia non potarent
eis nocere in dolo: nocuerunt eis
in aperto. Corruperunt enim muneribus
omnes principes terre ut infestarent
eos. nec non et consiliarios regis ciri.
Cirus autem non poterat his in
tendere propter grandes et frequentes
molestias bellorum. Et multas
patiebantur infestationes iudei. a
samaritanis. et a principibus terre.
Adeo ut sepe interpolaretur edifica
tio templi. Et propter crebras infestationes
parum profecerunt in edificando. ita
quod toto tempore regni ciri. id est per xxx.
annos non processit altitudo edificii
usque ad quantitatem stature huma
ne superterram. Nec amplius processerunt
non tamen ut in atrio gentium in quo
manebant homines mundi. et in
atrio interiori in quo manebant
leuite: pungebat murus usque ad
scapulas eorum. ita quod poterant se ap
podiare. Mortuo autem ciro statim
uenerunt ad eos dicentes. Qua auctorita
te edificatis? Mortuus est rex: qui dede
rat uobis auctoritatem edificandi.

Regnauit autem ciro defuncto
cambises filius
eius quem solus hesdras ap
pellat artaxersem. uel assuerum cum
omnis historia appellent eum cambisen.
Sed potuit esse binomius. uel trinomius.
Miserunt ergo samaritani et principes
terre epistolam suam ad cambisem premis
sa salutatione in hunc modum. Artaxersi:
serui sui transflumen salutem dicunt.
Omnes enim qui erant citra eufrathen:
dicebantur esse transflumen. Post salu
tationem: fuit hic tenor epistole. Sig
nificauerunt enim ei ut legeret in an
nalibus et ibi inueniret. quia ierusalem
fuerat ciuitas munitissima. et sepe
fuerat rebellis regibus. Si ergo dixerunt
ipsi sustinebis eam reedificari: redun
dabit in caput tuum. Et nos memo
res salis quod comedimus in aula regis:
significauimus hoc tibi ut tu precaue
as. fuerant enim non nulli ex eis ser
uientes in domibus regum pro defen
sorum ei. Tunc reuolutis annalibus
ita inuenit cambises sicut ipsi significaue
rant ei. et rescripsit eis. ut non negligen
ter. sed fortiter satagerent. ne reedi
ficaretur. Et interruptum est opus edi
ficii. viii. annis. quibus regnauit cam
bises. Quo mortuo duxit filiam eius
unus de .vii. magis. sed interfectus est
ab aliis magis. nec regnauit nisi per an
num. Et data est filia cambisis da
rio filio idaspis. cuius primo anno

clxxi

surrexerunt prophete dei in iudea. scilicet zacharias et aggeus. Et exhortati sunt iudeos ex parte ut edificarent templum. promittentes eis quia rex iste qui successerat non solum edificandi licenciam daret. sed etiam que cirus preceperat auctoritate sua confirmaret. Et quia in novem illis annis quibus ab edificatione templi destiterant: dederant operam domibus edificandis et mirabiles sibi construxerant domos: improperabant eis ex parte domini. Vos habitatis in domibus laqueatis in palatiis grandibus: archa autem mea adhuc in pellibus est. Secundo itaque anni regni darii filii ydaspis. aggressi sunt edificare confidenter ad exhortationem aggei et zacharie. Huiusmodi autem confidentie causam plenius exponit iosephus. Et quia hesdras breviter transit: nos aliquantulum de iosepho prosequemur. ¶ Zorobabel ut tradit iosephus fuerat amicissimus et familiaris huic dario. Refert enim quod cum interruptum esset opus edificii: in principio regni eius post mortem cyri: venit zorobabel ad cambisem missus a iudeis si forte posset immutare animum regis. et diu fuit in curia eius. Et erat amicissimus huic dario qui tunc temporis erat miles gregarius. Et cum non haberet cambises heredem nec filium: multi post mortem eius aspirabant ad regnum. Inter quos iste darius erat qui erat miles gregarius in curia regis. Ad quem venit secreto zorobabel. consulens ei ut votum faceret confirmandi que preceperat cirus. si quando sublimaret eum deus in regem. Et consilio eius adquiescens. ita vovit secreto. presente solo zorobabel. Unde quando certus

audivit zorobabel quod ipse regnaret recolens antique familiaritatis et voti quod secreto fecerat eo presente: confidenter venit ad iudeos qui pretermiserant edificium cum duobus prophetis. scilicet aggeo et zacharia. Et exhortatus est eos ut secure edificarent. quia ipse pro eis apud regem intercederet et impetraret. Et ad eius monitionem ceperunt edificare secundo anno regni darii. Cumque convenirent eos principes terre: querentes qua auctoritate edificarent. responderunt auctoritate dei nostri. qui hec nobis mandavit per prophetas suos. Et mitigavit deus aliquantulum animos eorum. Et statuerunt de communi consensu principes terre cum iudeis ut mitterent legatos ad regem ut si placeret ei edificarent. Alioquin: desisterent. Et cum compromisissent de mittendis legatis missus est zorobabel a iudeis et honorifice susceptus. Et constituit eum rex unum de tribus cubiculariis suis qui custodes erant capitis sui. Et singulis noctibus iacebant coram eo. Cumque esset zorobabel cum rege fecit rex sollempne convivium magnatibus regni sui. nec solum principibus verum etiam servis et ancillis et protelatum est per .vii. dies. Erat autem consuetudo in regno persarum in huiusmodi sollempnibus conviviis: proponere quedam problemata. Ad cumulum iocunditatis. ut in solutionibus huiusmodi problematum. oblectarentur convive. Cum itaque rex in lecto suo insompnem duceret noctem. excitavit tres cubicularios suos quorum unus erat zorobabel.

Dixit ergo eis quia excogitaverat quod
in crastino proponeret eis coram convivan-
tibus. Et nunc volebat eis proponere ut co-
gitarent de solutione, ut premium
inventi et ex preparato responderent. Et
proposuit eis tria, querens quid eorum
esset fortius aliis duobus, et utrum ve-
ritas esset fortior illis tribus. Fuerunt autem
hec tria, scilicet rex, vinum, mulier. Quibus pro-
posuit eis dicens: Qui illum qui posset sol-
vere problema honoraret et multis
muneribus ditaret. Et tota nocte
cogitaverunt de solutione. In crasti-
no presentibus convivis proposuit eis
huiusmodi problema. Et respondit pri-
mus quod rex erat fortior omnibus. Et ex-
ponit Iosephus multa argumenta quibus
hoc probavit. Sed hec est summa totius pro-
bationis, quod homo preest omnibus, rex
autem preest hominibus, quod positus est super
capita hominum. Ergo rex preest omnibus,
et ita fortior est omnibus. Secundus ait:
quia vinum erat fortius rege. Et vo-
lens hoc probare: quia regum animos in-
mutat. Zorobabel ait mulierem
esse fortiorem vino et rege. Non tamen
ibi stetit volens transire ad quartum, scilicet
ad veritatem, quod tamquam iudeus et cul-
tor unius dei volebat ostendere verita-
tem unius dei, id est unum deum qui veri-
tas est, omnibus esse fortiorem. Breviter
ergo probavit eis mulierem esse fortiorem re-
ge, quia regum animos enervat, refe-
rens eis quod ipse viderat concubinam
regis que adeo infatuaverat re-
gem: ut quando vellet auferret dia-
dema de capite eius et poneret super ca-
put suum et colafizaret eum. Et
ea dolente rex dolebat et eadem gau-

dente ipse gaudebat. Postea ostendit
eis unum deum esse, in quo erat veritas,
que fortior erat omnibus aliis. Et hoc appro-
batum est ab universis. Et honoravit
eum rex multis muneribus et preter munera
multa que contulit ei, promisit ei quod da-
ret ei quicquid ab eo postularet. Tunc Zoro-
babel nactus oportunitatem: peto inquit
ut impleas votum tuum. Et reduxit
ei ad memoriam votum quod secreto fecer-
at. Eo presente et recordatus ait: Imple-
bo. Et non tantum misit litteras, sed etiam mi-
sit proprios nuntios ad principes terre,
ut de redditibus suis ministrarent
iudeis necessaria ad edificationem templi.
Et plus fecit quam Cyrus fecerat, quod Cyrus precepit
ut edificarent et expensas dedit, sed
prohibentibus penas non indixit. Iste autem
dedit edictum ut siquis hoc prohiberet tol-
leretur lignum de domo eius et in eo sus-
penderetur. Edificaverunt itaque sine omni in-
festatione et in sex annis consummatum
est edificium. Et ita vides quod legis in evangelio:
templum edificatum est xl et vi annis,
quod postea destructum est a Romanis. Non
enim quod edificatio templi tot annis pro-
lata sit: sed quod tot annis regnaverunt
reges quorum temporibus edificatum est. Reg-
navit enim Cyrus et quinto anno cepit
edificari xxx annis. Post eum Cambi-
ses octo annis. Magus post Cambisem u-
no anno. Et ecce xxxix. Primo anno
Darii qui successit Mago non edifi-
caverunt. Et ecce xl. Anno secundo eius cepe-
runt edificare et in sex annis con-
summaverunt. Et ita xl et vi annis edi-
ficatum est, id est a primo anno regni Cy-
ri est regni tempore inchoata est edifica-
tio templi usque ad eius consummationem

tot anni fluxerunt. Alioquin non ita
intelligatur: non constaret. Certum
est enim quia tertio anno regni cyri
egressi sunt de captiuitate et in quar-
to anno inchoauerunt edificare. Itaque cum
in quinto anno cyri templi edificatio
inchoata sit: et in sexto anno
darii consumata sit: non est protela-
ta xl.vi. annis. Quod quod in euangelio dicitur
xl. et vi. annis edificatum est templum
hoc: predicto modo intelligendum est. Cum
autem in septimo vel octauo anno reg-
ni darii templum consummatum sit:
duodecimo anno regni eiusdem: de-
dicatum est. Tertia die eiusdem anni
duodecimo mense. id est in martio qui duo-
decimus est iuxta supputationem hebreorum
qui aprilem ponunt primum. Dedicatum est
itaque templum duodecimo anno
regni darii filii ydaspis. conuenienti-
bus ad dedicationem sacerdotibus et
leuitis de uniuersis finibus israel. Et cum
legatur trina dedicatio templi. templum
salomonicum primo dedicatum est in
septembri. Dedicatio autem templi
sub zorobabel restituti. de qua in
presentiarum agitur: facta est in hieme. et quia
institutiones noue solent ueteres ab-
olere. et prius celebraretur festum de-
dicationis in septembri. extunc celebra-
tum est in hieme. Et cum in hieme facta
sit templi dedicatio sub zorobabel
restituti: in hieme facta est dedicatio
templi ab antiocho epiphane pol-
luti. Tertio namque legitur dedicatum.
Non quia destructum: sed quia pollu-
tum. et extunc celebratum est festum de-
dicationis in hieme. Et sic fiebat tem-
pore incarnationis. Unde et dominus in

dedicatum

hieme legitur interfuisse festo dedica-
tionis. Unde hic in euangelio. facta sunt
encenia in ierosolimis et hiemps
erat. ¶ Post darium regnauit xer-
ses filius eius. Tempore huius xersis dicit
iosephus hesdram reparasse bibliothecam.
et ea reparata: uenisse in ierusalem. sed secundum
nonnullos tractatores perhibent aduentum
hesdre inferius. scilicet sub artaxerse qui
post xersem regnauit. Post xersem enim
regnauit sed tam modico spatio reg-
nauit ut tamquam infectum sileatur.
Utrum autem hoc sub xerse vel sub artax-
erse factum sit non multum interest.

De hesdra et de reparatione bibliothece.

Ezdras iste fuit de tribu sacerdo-
tali. et aaronita. fuit etiam
filius transmigrationis id est natus in transmi-
gratione. Et cum adhuc esset in cap-
tiuitate audiens libertatem populo
suo restitutam. et quod libere possent
celebrare cerimonialia sua: audi-
ens quod eos a preceptis domini in multis ab-
errare. inspiratione spiritus sancti. totam
bibliothecam que a caldeis combusta
fuerat: reparauit. ut reparata biblio-
theca ueniret in ierusalem. Et tribu-
bus suis. bibliothecam reparatam traderet.
et eos in lege dei instrueret. Nec
mirum uideri debet si per spiritus inspi-
rationem totam bibliothecam repa-
rauit. cum sint hodie multi qui preter
spiritus inspirationem libros multos si
essent conbusti: repararent. quia eos cor-
detenus sciunt. Nam si combustus esset
liber psalmorum. vel hymnorum et liber an-
tiphonarius et gradalis. et huiusmodi libri
omnes iuxta quos regulares horas dicerent:
multi sunt qui memoriter te-

171

nent. et de facili repararent. Nec solum bibliothecam reparavit: verum etiam in hebreo quasdam figuras et quasdam pronuntiationes invenit. Quasdam scilicet figuras scriptibiles. id est ad scribendum faciles. et quasdam voces pronuntiabiles. id est ad pronuntiandum faciles. Quia hebrei primo habebant difficiles pronuntiationes: quia omnes eorum pronuntiationes formabantur in gutture. Invenit etiam preposteram scripturam que est pro tunc antiquis scilicet hesdre hebrei in scribendo more nostro a sinistro cornu incipiebant. et ad dextrum procedebant. ipse instituit ut a dextro inchoarent: et in sinistrum terminarent. Propter primum inventionem dictus est velox scriba. Tradit autem ieronimus quod in bibliotheca que in captivitate reparaverat: multa preterea correxit ex libris samaritanorum. qui habebant v. libros moysi. de antiqua scriptura et multa quidem addidit. quia ordinavit psalmos. et titulos apposuit. In fine etiam deuteronomii addidit. Non fuit tantus vir intra quem moyses. cum quo loquebatur dominus facie ad faciem. Hoc enim non ait moyses: post mortem suam. Multa ergo addidit. multa pretermisit. Sed nulla credendus pretermisisse de necessariis: nulla addidisse. de superfluis. Propter primum reparatione bibliothece magnificatus est hesdras apud artaxersem. ¶ Et videns quia sibi compatiatur gratiam regis: petiit ab eo licentiam redeundi in ierusalem. ut in lege dei sui quam spiritu sancto dictante reparaverat: populum suum instrueret. Et data est ei licentia a rege. et dedit ei rex post nuntios ad procuratores suos transflumen. qui testarentur eum esse legatum suum: ut auctoritate sua posset mutare procuratores. Et novos procuratores pro arbitrio suo substituere. Preos dem quoque nuntios significavit procuratoribus suis. ut ministris templi ministrarent necessaria. oblationibus faciendis in templo. Et ad petitionem ipsius hesdre absolvit ministros templi: a tributo. Solvebant enim quot annis iudei annuum canonem pro tributo et etiam ministri templi. ianitores. cantores. sacerdotes et levite. et alii. Sed ab hac tributi solutione ad petitionem hesdre: sunt absoluti. Data igitur a rege licentia cepit hesdras colligere socios qui cum eo ascenderent principes de israel. id est de decem tribubus que erant ultra caspios montes scilicet ultra montes medorum et persarum. Nam cum in prima ascensione quando scilicet ascenderunt zorobabel et ihesus magnus sacerdos: dictum sit quod ascenderunt cum eis tribus iuda et beniamin. quod hic dicitur collegisse socios principes de israel. de decem tribubus intelligendum est: collectos esse principes. id est potiores. Et collecti sunt iuxta auua. sive iuxta locum ubi cadit fluvius in auua. Sic habet series littere. Iosephus dicit iuxta eufraten. Potest enim auua esse nomen fluvii in quem decidit alius fluvius. Vel forsan rivulus est eufratis. quia eufrates per multos dirivatur rivulos. Et collecti sunt duodecimo anno regni artaxersis. primo mense prima die mensis. Collectis autem universis cum que sola vis sua est ei quod paucos haberet nathineos. id est ministros atque quosdam iosue. vocatur **Et nomi** Significavit ergo magistro nathineorum qui petat scilicet na-

natinneis ultra caspia claustra. ut
mitteret ei natinneos. Et misit .cc.
quinquaginta. Nota quia caspia clau-
stra vel caspie porte. sive portus. dicuntur diffi-
ciles quidam ingressus inter montes
medorum et persarum. sicut porte vel portus dicun-
tur difficiles quidam ingressus. inter
phireneos montes. Et nota quia non videtur
esdras misisse nuntium ad magistrum
natinneorum ultra caspia claustra. Jero-
nimus ponit hebreum. dicens in casphi-
am. vel caspha. Hebreus enim non habet .p.
litteram sed pro ea ponit phi. Missis ita-
que ad esdram ducentis .l. natinneis:
fuerunt socii eius omnino. mille septingen-
ti. cum quibus ascendit. Zorobabel et
ihesus magnus sacerdos. primo ascende-
runt. cum [illegible] quinquaginta milibus.
Hesdras vero ascendit cum mille
septingentis. Postea neemias: cum lon-
ge pluribus. ut ita distinguatur tertia
ascensio. Antequam autem arripe[r]-
ent iter: indixit eis triduanum
ieiunium. ut liberaret eos deus a ma[...]
nibus latronum qui circumsitum erant per deser-
tum. Noluit enim ab artaxerse postula-
re. ut preberet ei conductum. quia mag-
nificaverat deum israel apud eum.
dicens securum esse qui de eo confide-
bat. Unde modo tempore esset ei querere conductum
quia videretur diffidere de deo suo. Pac-
to autem triduano ieiunio: aggressi sunt
iter et longis anfractibus procedentes:
venerunt in iherusalem .v. mense. Tempore
istius hesdre ut habetur in cronicis: fu-
it democritus ille .s. philosophus qui semper
flebat. Tempore eodem cepit ignis e-
rumpere de hetna monte ut aiunt noz
erumpit. Tempore eodem cecidit lapis quidam

grandis de celo in egeum mare. quasi
mullum caput. Unde dictum est egeum
mare. quia ege: capra sonat. ¶ Cum
venisset hesdras in iherusalem: siluit per tres
dies. Miserant sapientes regis et
rex ipse. munera multa per eum ministris
templi. Et rex speravit ut [...] oraret
pro eo et pro diuturnitate regni eius: mise-
rat eis .c. talenta argenti. c. choros
tritici. c. batos olei. et de sale sine mensu-
ra. et hoc dabat eis singulis annis ut
orarent pro eo. De his omnibus siluit
hesdras per tres dies. Tertia autem die convo-
cavit sacerdotes et levitas et alios
ministros templi. in atrio templi.
Et ostendit que missa fuerant eis,
et qui cum eo redierant de capti-
vitate. obtulerunt holocausta sua et
pacifica. et alia sacrificia. pro libatione
sua. et pro declinatione peccatorum. Postea
docuit eos hesdras legem dei quam
reparaverat. et tunc etiam creditur
correxisse bibliothecam iuxta libros
samaritanorum. ¶ Cum autem die quadam
esset in atrio templi docens legem acces-
serunt ad eum non nulli de princi-
pibus dicentes. Nescis quia populus dei non-
dum separatus est ab alienigenis? Ad
quos hesdras. Quomodo non est separatus? Ad
quem illi. Nosti quia filii israel cum uxo-
ribus alienigenis. matrimonia contraxe-
runt. intra aliena et eas secum ad-
duxerunt. Et filios quos ex eis susce-
perunt. Adhuc etiam contra preceptum domini
cohabitant eis. et ita mixtus est san-
guis alienigenarum sanguini populi
dei. Et iste excessus pervenit usque
ad sacerdotes. Ex quibus multi uxores
alienigenas quas secum adduxerunt sentio

confectas. labore uie macilentas et et ita horridas dimiserit. Et cum filia bus eorum .i. gentium statuum principum ut pacem haberent cum eis: ma trimonia contraxerint. ¶ Hoc audiens hesdras rupit capillos. et uulsit barbam. et scidit uestimenta. flens et eiulans aspso capite suo puluere. et ita sedit in atrio templi. coram domino usque ad horam sacrificii uespertini. Circa ues pam audito fletu et eiulatu: conue nerunt ad eum principes et multi de po pulo ut consolarentur eum dicentes. Quid fles et eiulas? Tuum erit discer nere nostrum autem erit te tueri. et ad hoc iuuare. Ac si diceret. ad arbitrium tu um fiet huiusmodi separatio: nobis coopan tibus. Tunc hesdras confortatus est. Et de eorum consensu misit nuntios per uniuer sam terram ut die tertia conuenirent omnes in ierusalem. qui uiri uniuersi. et hoc man dauit sub intimina[ti]one pene. ut qui ea die non esset in ierusalem. bona eius publicarentur. Et nemo haberetur ex cusatus nisi legitima necessitate de tentus. Ad eius itaque uocationem con uenerunt omnes in ierusalem tertia die. Et fecit hesdras pulpitum ligneum in atrio templi. et gradus ligneos ut inde loqueretur populo. quod ante tempus eius fac tum non fuerat. Immo sacerdotes uo lentes uerbum facere populo: ascendebant tabulata. siue deambulatoria tem pli et inde loquebantur populo. ¶ Facto pul pito ascendit hesdras et legit au diente uniuerso populo: legem quam reparaue rat. et precipue deuteronomium in quo recapitulatur tota lex. Et confes si sunt quia in multis transgressi fuerant.

sed per ignorantiam legis. que iam fere apud eos obsoleuerat. Et dixerunt. Pecca uimus. et ad arbitrium tuum satisfa ciemus. Sed non possumus modo amplius expec tare quia frigus est. Erat enim mensis cas leu .i. december in quo frigus est. et intemperies aeris. Tu autem uade per uniuersam terram. Et ubicumque inueneris uxorem alienigenam in domo alicuius. eice eam et nos erimus te cum. et placuit hesdre et redierunt unusquis que ad propria. Statim incepit hesdras fa cere in ierusalem huiusmodi separationem. et uenit ad domum iosue .i. ihesu mag ni sacerdotis. Et inuenit filios eius habentes uxores alienigenas. et eiecit eas sub iure iurando. Quia compulit eos iurare: ut amplius non reciperent eas. Et cum de filiis ihesu magni sac dotis: hoc dicat hesdras de ipso ihesu magno sacerdote: hoc uidetur uelle za charias. Vidi inquit ihesum sacerdotem magnum stantem iuxta altare: indutum sordidis uestibus. Et ait dominus. Auferte uestes sordidas et ponite super caput eius ci darim mundam. Hebreus dicit hoc non posse ad litteram referri ad ihesum mag num sacerdotem. quem uidit zacharias in illa uisione que ad eo processerat in diebus suis. qui nullo pacto dimiserat suam. et duxerat alienam. Sed dictus est sordidis ue stibus indutus: propter filios quos sustinuit cum uxoribus alienigenis contaminari. et hoc non correxit in filiis. Vel propter totum populum in quo debuit hoc corrigere: cum esset sacerdos. Hic terminantur uerba hesdre. non liber. Que enim sequuntur uerba sunt neemie. Verum autem neemias scripsit que secuntur uel hesdras in perso na neemie: incertum est. Hesdras iste

.clxxxiii.

putatur ab hebreis fuisse ma(la)chias.
extremus .l. xii. p(ro)ph(et)ar(um) qui longis te(m)po
rib(us) p(ost)ea uixit. V(er)ba neemie. In q(u)o neemi
as refert facta sua. De reedificatione
murorum ier(usa)l(e)m p(er) ieremiam.

Neemias iste fuit de captiuitate
iude. fili(us) tra(n)smigrationis .i. na
tus in transmigratione. Adholescen(s)
strenuus. (et) decorus. (et) erat in curia re
gis artax(er)sis. (et) pincerna ei(us). Iste neemi
as cum e(ss)et in susis castro cum artax(er)
se n(on) in susis ciuitate que in historia
hester dicta (est) metropolis: audiuit si
nistros rumores de statu iudee (et) q(uod) mul
ti qui adhuc erant in captiuitate:
tra(n)sibant in iudeam (et) redibant. Quesi
uit (er)go a q(ui)b(us)dam uenientib(us) de iude
a: quomodo se h(ab)erent iudei. Et dixe
runt ei. quia adhuc infestabant(ur)
grauiter a circumstantib(us). q(uia) patebat
hostib(us) ingressus in ciuitatem. no(n)du(m)
muris reedificatis. Et singulis nocti
b(us) libere ingrediebantur latrunculi
et occidebant iudeos in uicis (et) plate
is. ita q(uo)d mane singulis dieb(us) inue
niebant(ur) p(ro)strati. Hos rumores au
diuit mense casleu .i. in decembri. Cu(m)
q(ue) audisset neemias iudeos e(ss)e in af
flictione in ier(usa)l(e)m cepit flere (et) ieiu
nare et affligere se. Et fact(us) (est) machi
lentus. Et p(ost)ea cum in me(n)se nisan
e(ss)et coram rege (et) ministraret ei dep(re)
hendit rex mutatione(m) uult(us) eius. (et)
macie(m) et ait. Quare fact(us) es machi
lentus cum n(on) langueas? Et timu
it neemias in (con)spectu regis (et) orau(it)
ad d(omi)n(u)m ut poneret uerba in ore e(ius).
que responderet regi. Et d(omi)no in
spirante respondit. Q(uo)d mirum

si machilentus sim. cum audiam
contribules meos occidi. (et) ciuitate(m)
in q(u)a s(un)t sepulcra patru(m) meor(um)
patere hostib(us). q(uia) sepulcra patru(m)
meoru(m) demoliuntur. (et) cineres p(ro)se
quuntur. Ad q(uo)d rex. Q(ui)d t(ibi) uelles
fieri? Ad q(uo)d neemias. Vellem inquit
si t(ibi) placeret ut dares m(ihi) licentiam
redeundi in ier(usa)l(e)m. (et) reedificandi
muros. Tunc locuta (est) regina ad
neemiam. Usq(ue)q(uo) posses reedificare
muros ut postea redires? Et data
(est) ei a rege licentia eundi in ier(usa)l(e)m.
et manendi ad temp(us). Q(uo)d (et) t(ame)n de
terminatur in historia: quanto
tempore data sit ei licentia. Data (est)
aute(m) ei licentia uigesimo anno:
regni artaxersis. Vn(de) in daniele:
dictum (est). Ab exitu sermonis ut
reedificetur ier(usa)l(e)m .i. a uigesimo
anno regni artax(er)se quo data (est)
licentia neemie ut reedificaret
muros ier(usa)l(e)m. ¶ Data sibi licentia
ascendit neemias in ier(usa)l(e)m. (et) silu
it p(er) tres dies n(on) indicans q(ua)re uene
rat. (et) nocte egressus (est) cum q(ui)b(us)da(m) de
his qui erant in ciuitate: ut ui
deret ruinas muror(um). (et) sciret si for
te possent reedificari. a(n)teq(uam) faceret
mentione(m): de reedificatione. Et
uisum (est) ei q(uod) possent reedificari.
Tertia die (con)uocauit p(o)p(u)l(u)m. (et) expo
suit eis q(ua)re uenerat. (et) congratu
lati s(un)t om(ne)s. (et) ipsa die ceperunt ree
dificare muros. Ostendit au(tem) eis
neemias modu(m) reedificationis. (et) p(r)i(m)
us ostendit eis: de muro exteriori
q(uo)m(od)o reedificand(us) e(ss)et. Ciuitas e(n)i(m)
habebat muru(m) t(r)iplicem sic(ut) patet

ex euersione facta a romanis. Hic aut
non agit nisi de edificatione dupplici
s muri .s. exterioris et secundi . Ostendit
autem eis neemias modum reedificandi
di murum exteriorem . secundum numerum
portarum. Erant enim in muro exteriori
vi. porte propriis nominibus designate. Primo
ergo ad consilium neemie edificaue
runt portam gregis sacerdotes filii nepo
tis ihesu magni sacerdotis. Ihesus namque
sacerdos reliquit filium ioachim. Io
achim reliquerat filium. d. nomen.
¶ Sacerdotes ergo edificauerunt portam
gregis. Alia translatio habet. edificauerunt
portam et probaticam piscinam. quia probatica
piscina de qua habetur in euangelio
: proxima erat huic porte. Porta
autem gregis dicebatur. quia per eam intro
ducebantur animalia. que necessaria e
rant ad offerendum in templo. Et e
rat prope templum. Et iuxta eam piscina
in qua abluebantur membra hosti
arum. In belleem quoque legitur fuisse por
ta gregis. iuxta quam erant pastores custo
dientes uigilias noctis. super gregem
suum. quibus nato domino angeli appa
ruerunt. Hic autem non agitur de por
ta gregis que in bethleem est. sed que
in ierusalem que dicta est porta ofer. quia por
ta nebulosa. quia enormem habebat al
titudinem. ita ut obrumbraret
ciuitatem. Secundo edificata est porta
piscium. que respicit iopem et dispo
lim et maritimam tirreni maris.
Unde copia piscium deferebatur ad ciui
tatem. Unde et porta illa dicebatur.
porta piscium que postea ut tradit
iosephus dicta est porta dd. Tertio e
dificauerunt portam ueterem. que

dicta est porta uetus. quia in antiqua ciuitate
que dicta est iebus. quam ut quibusdam pla
cet condidit melchisedech. ab ipso est sta
bilita est. ubi non erat. Uel ut aliis pla
cet. hoc erat nomen infame. ut nescio
quid familiaritate nominis diceretur porta uetus.
quia per eam primo irrupunt caldei.
Et ex hac porta erat amplitudo ci
uitatis. Quarto edificata est porta
uallis. Et incertum est pro quo ualle sic di
ceretur. Habebat enim ab oriente
uallem iosaphat. in qua defluit torrens
cedron in aquis pluuialibus quia tor
rens ille non habet aquas nisi pluuiales. Ab
occidente uero habebat uallem geon.
quod autem potius intelligendum sit de
ualle iosaphat. uidetur ex eo quod sequitur.
de porta sterquilinii. siue stercoris. que
respiciebat uallem iosaphat. Ciui
tas enim tunc temporis sita erat in quodam
cliuo. Et ita se habebat situs ciuitatis
ut superuenientem inundatione pluuiarum:
omnes sordes ciuitatis per portam illam deflu
erent: et in torrentem cedron. qui deflu
it in uallem iosaphat. Unde quia porta
sterquilinii sequebatur post portam uallis: uidetur
est quod porta uallis dicta sit: quia ab oriente
habebat uallem iosaphat. Sexto loco edi
ficauerunt portam fontis .s. portam syloe. Syloe
fons est ad montem libani radicem. non habet iu
ges aquas. sed incertis horis et diebus. ebul
lit. Et dicit ieronimus. quia ut tra
dunt qui situm terre nouerunt:
fonticulus iste dictus est syloe. a sylo.
quia originem habet a silo. Ibi enim emer
git de uisceribus terre et postea tamen
defluit in uiscera terre. Et per uenas
terre et subterraneos meatus: deri
uatur usque ad radicem montis syon

ni. et ibi tamen emergit. Cum autem dic-
tum sit sex portas ciuitatis. sex pre-
dictis nominibus censeri: inueniuntur
tamen in plerisque locis in sacra scriptura
alia nomina earundem portarum. ¶ Legitur
enim de porta negotiatorum. in qua scilicet
negotiatores habebant merces suas.
propter frequentiam uenientium in ierusalem.
et adorantium in templo. Unde perpen-
ditur hanc fuisse porta gregis. que e-
rat proxima templo. Unde negotiatores
ibi statuebant merces suas. quia per illam
portam erat accessus ad templum. ut
peregrini et aduene qui debebant offer-
re in templo inuenirent ibi uena-
lia que offerrent. Quia porta illa e-
rat prope atria templi. intantum excres-
serant ut in ipsis atriis: facerent
negotiationes suas. Et imposuerunt nummu-
larii mensas suas. Legitur quoque de porta
iudiciaria. et incertum est que illarum
sic diceretur. forte in ipsa porta gregis se-
debant iudices. Ut enim habes super illum
uersum psalmi. Aduersum me loque-
bantur qui sedebant in porta. iu-
dices sedebant in porta ciuitatis. ut
superuenientes de uillulis libere pos-
sent accedere ad illos. ne uerecunda-
rentur in conspectu ciuium. uel paterentur
irrisionem ab eis. ¶ Legitur quoque de
porta equorum. Sed sciendum quod non e-
rat porta ciuitatis. sed porta atrii exte-
rioris. De hac porta equorum habes in
regum iiii legitur. quod cum ioas puer
septennis inunctus esset in regem
arripuerunt athaliam ut occiderent
eam. Sed nolentes eam occidere inter
atria templi. ne contaminarent lo-
cum sanctum: eiecerunt eam per portam equo-
rum. id est per portam atrii exterioris. que dice-
batur porta equorum: quia usque ad illam
licebat uenire equitando sed non eam tran-
sire. ¶ Postea computat neemias im-
pedimenta que habuit in edificatione mu-
rorum. quia non sine grandi molestia:
edificauit eos. Et primum impe-
dimentum fuit a circumstantibus. Au-
dientes enim principes circumstantes et
precipue principes samaritanorum quod
reedificarentur muri ierusalem: timu-
erunt ne adhuc fieret rebellis et
bellicosa. Et clam collecto exercitu
uoluerunt superuenire ex improuiso. ut
ita impedirent opus. Sed significatum
est neemie a iudeis qui uicini erant
samaritanis. Et collecto undique
populo egressus est ut obuiaret eis.
Quod illi audientes redierunt. ¶ Postea
timens sibi neemias. fecit ut dimi-
dia pars populi semper starent extra ci-
uitatem armati. ut si superuenirent
hostes eos amouerent. et alia pars
edificarent. Et edificabant arma-
ti altera manu operantes. et altera gla-
dium tenentes. uel saltem gladiis
accincti. et iuxta eos scuta et lancee.
et alia arma. ¶ Postea narrat aliud
impedimentum. quia facta est fames in
terra. Et adeo artabantur pau-
peres ciuitatis qui operabantur in e-
dificatione murorum ut compellerentur
uenundare filios et filias et do-
mos. et agros obpignorare. et exponere
grauibus usuris. Deinde non haben-
tes quod obpignorarent. uoluerunt
exire de ciuitate: et dimittere opus.

Quod audiens neemias conuocauit
uniuersum populum et coram uniuerso
populo: dure arguit diuites dicens.
Quare uos impeditis opus dei? Et compulit
eos auctoritate sua quia dux erat con-
stitutus a rege. filios uel filias a pau-
peribus uenundatos ipsis pauperibus red-
dere et debita relaxare. Ipse etiam non
exegit ab eis redditus suos. qui ei debe-
bantur pro ducatu. quia constitutus erat
dux a rege. Tertium impedimentum
fuit longe grauius. quia principes contesta-
tes quosdam de maioribus ciuitatis: cor-
ruperunt muneribus adeo ut uenirent
ad neemiam dicentes. Tu edificas
ciuitatem ad opus tuum et suscitas
nouos prophetas qui prophetent adhuc fu-
turum regem in israel. Et facis contra
regem. quia uis te facere regem. Et hoc
significabimus regi. Sed nec propter hanc in-
festationem destitit neemias: ab
edificatione murorum. Et in modico
spatio: consummata est edificatio. Sex-
to autem mense completa est. De sollem-
pnitatibus iudeorum.

Prima autem die .vii. mensis. que
totius fere sollempnis est apud he-
breos. conuenerunt in ierusalem ut sollem-
pnizarent domino. Et prima die celebra-
uerunt duas sollempnitates. scilicet festum
neomenie et festum tubarum. quod fie-
bat in memoria liberationis ysaac.
Et cum ea die oblaturi essent sacrifi-
cia et holocausta sua: non habe-
bant ignem de sublimi. Nouerant
autem quia ieremias in euersione ciui-
tatis sanctuarium asportauerat in o-
reb. id est archam et que in archa erant.
cherubin et propitiatorium et inde fue-
rat in ierusalem reportatum. Audierant
quoque non nulli ex eis quod idem ieremias in
euersione ciuitatis: stipites assump-
serat de altari combustos igne de subli-
mi. et prunas ardentes. et asportauerat
in ualle iosaphat. ubi fecerat puteum. ubi
posuerat stipites combustos igne de
sublimi. et carbones. ut ita reseruare-
tur ignis de sublimi. et os putei ob-
truserat lapidibus. supposita terra. Ve-
nerunt ergo in uallem iosaphat et e-
rudauerunt puteum. et inuenerunt sti-
pites et carbones et iuxta inuenerunt
glaream. aquam. scilicet lippidam et spissam. et re-
portauerunt secum. Cumque fecissent
super altare struem lignorum: et superposuis-
sent sacrificia et holocausta: super iecerunt sti-
pites illos combustos. et carnes. Illa scilicet
ignis antiqui uestigia et statim emi-
cuit ignis qui holocausta consumpsit.
Et sic recuperauerunt ignem de sublimi.
Decima quoque die septembris sollempniza-
uerunt. et uentum est usque ad quintadeci-
mam que erat prima dies scenophegi-
arum. Tunc ex precepto domini: conuenit
omne masculinum de israel in ierusalem ut
celebrarent festum scenophegie. quod
protelabatur per .vii. dies. Erant autem ibi
hesdras et neemias. quorum consilio
agebantur omnia. Et dictum est hesdre
ut singulis .vii. diebus: legeret legem coram
uniuerso populo. Et fecit hesdras pulpitum
ligneum iuxta portam aquarum. id est iuxta
portam atrii sacerdotum. que dicebatur porta
aquarum. quia iuxta eam: erat basis quedam
magna. scilicet mare eneum et decem luteres.
Et cum ascendisset pulpitum hesdras:
erant ibi .xii. leuite: imperantes silen-
tium. Et cum legisset hesdras usque ad

meridiem. s. ad horam prandendi. In
ter cetera lectum est. quod preceperat moyses
festum scenophegie celebrari in um
braculis. et a diebus iosue filii nun. non
fuerat celebratum in umbraculis. Fece
runt ergo sibi obumbracula. alii super tec
ta domorum alii in atriis templi. alii per
plateas ciuitatis. Et enim obseruatum
est hoc a iudicibus usque in hodiernum di
em. Post .vii. scenophegie celebraue
runt diem octauam. Non tamen in
telligendum est aliquod festum iudeo
rum protelatum fuisse per octo dies.
Ipsi enim deseruiunt ebdoadi. Nos
autem ogdoadi. Fuit itaque dies illa oc
taua sollennis per se. non de sollennita
te scenophegie. Et instituta est sol
lennis. pro facienda collecta ad neces
sarios usus templi. non dico ad reficien
da sartatecta templi. quia oblationes ad
hoc deputate. reponebantur in gazo
philatio corbanam. Sed ad panes pro
positionis emendos. ad iuge sacrificium.
et ad ligna emenda. ignibus altaris
necessaria. quia iam defecerat serui
tus gabaonitarum. quibus iosue impo
suit hoc iugum seruitutis. ut mi
nistrarent ligna necessaria ignibus al
taris. nec non ad quedam alia. Cum
autem in precedentibus .vii. diebus sceno
phegie legisset hesdras legem audi
ente populo. animaduertit populus peccata
sua et parentum suorum qui legem fue
rant transgressi. pro quorum peccatis fue
rant captiuati. Et flebat uniuer
sitatum peccata propria. tum peccata parentum.
Hesdras ergo uidens eos flentes dixit
non sic esse faciendum. Gaudete inquit.
comedite pinguia et bibite mul

dies

sum. i. uinum melle dulcoratum. quia
non est dies afflictionis. sed iocundita
tis et exultationis. Non enim est in
sollennitatibus domini flendum. sed gau
dendum. Sed si uidetur uobis statuere
anni diem afflictionis. in qua affliga
tis animas uestras et peccatis uestris et peccatis
parentum. Et de communi consensu statu
ta est ad hoc. uigesima .iiii. dies septem
bris quia festum scenophegiarum
protelatum est usque ad uigesimam pri
mam. Et in uigesima secunda. fecerunt
collectam. Et uigesima tertia inter
posita. statuerunt diem afflictionis.
uigesimam quartam. Et afflixerunt
ea die animas suas et ieiunaue
runt usque ad uesperam. iumenta
et homines. nec non et pueri septem
nes. Non tamen in posterum tractum est in
exemplum. Certum est enim quod de
cima dies septembris. erat dies
afflictionis. Ea namque die erat festum
propiciationis. expiationis. afflicti
onis. quia ea die affligebant se pro
peccatis totius anni. Et protelabatur af
flictio licet non in tanta austeritate.
usque ad .xv. decimam diem. s. primam diem
scenophegiarum. Et in decima quidem
die ieiunabant iumenta et homines.
et pueri septennes. In .iiii. autem
sequentibus. ieiunabant quidem homines.
sed non iumenta uel pueri septennes.
Quod autem usque ad .xv. decimam diem
protelaretur afflictio. habetur in glosa super
lucam ubi agitur de ingressu zacha
rie in templum. Cum ergo semel
statuta sit ab hesdra dies afflic
tionis uigesima .iiii. septembris.
non est tractum in exemplum. Afflixe

runt autē se ea die in hc̄ modum.
De nocte q̄tt̄ surrexerunt q̄ legitima
eorū erant: a uespa in uespam. et
singlis. iiii. uicibz: atris templi. Le
gebatur lectō de lege. & p̄ lectā lectō
nem: clamabant leuite ut p̄sterne
rent se in terrā. & sic p̄plm in terram
p̄stratum. dicebat sacerdos orone. P̄tea
~~redibant~~ redibant singli ad p̄pa.
Quatr̄ q̄: in die conueniebant. & hoc
fiebat. Et tradit beda q̄ ab hac die af
flictionis semel instituta: licet fu
erit unica. ecclia magnū accepit
exemplum. Etiam ex eo q̄d octies con
ueniebant: habuit exemplū ecclia
sue institutionis. Et numerum q̄dē
sibi reseruauit ecclia. s; mod n̄ usq;
q̄q; seruauit. Secum octies conueniat
ad psallendū dno: non tn̄ q̄ter
in nocte. & q̄tt̄ in die. scdm institu
tione hesdre: s; semel in nocte. iuxta
libum p̄phe dicentis. Media nocte
surgebam ad confitendum tibi. & septi
es in die. iux̄ uerbum p̄phe dicen
tis. Septies in die laudē dixi tibi. hc̄
enī ecclia unā horam regularē in
nocte q̄ uocant nocturnos. Et. vii.
regulares in die. s. matutinas
laudes. p̄mā terciam. sextā. nonā.
uespas. completoriū. Ex eo g° q̄d
leuite monebant p̄plm ut se p̄s
ternerent ad orationem: institu
it ecclia ut leuita p̄plm exhorta
retur ad genu flectione. dicens. Flec
tamus genua. Et sicut tūc legeba
tur lectio an̄ oronem sacerdotis.
sic & nūc legunt lectones in noctur
nis. Et in septem horis reglaribz
diei: capitulare q̄d dic̄ sacerdos: ē

p̄ lectione. Vn̄ et eadē responsio finali
ter subdit capitulari: q̄ finaliter
subdit lectioni. s. deo grās. Et int̄ ca
pitulare & oronem q̄nq; in p̄festis
diebz: interponunt quedam preces. et
fiunt q̄dā genu flectones. In festiuis
diebz nich interponit. s; statim dicto
capitulari: dic̄ sacerdos oronē. Et no
ta quia capitulare dic̄ in q̄bz dā
ecclis non soli sacerdotes. s; etiā lecto
res. ut in romana ecclia. P̄tea con̄sid
ans hesdras amplitudinē ciuitatis.
& raritatē habitatoꝝ & domoꝝ: ro
gauit q̄sdam de p̄ncipibz & maiori
bz terre. ut habitarent cū eis in ieru
salem. & q̄dam sp̄nte se obtulert. q̄s
benedixerat dnm. P̄ea statuert ut
p̄iterentur sortes p̄ uniūsos fines isrl.
Et sic q̄m caderet decima sors: p̄pararet
sibi domum in ierlm. & habitaret i
ad custodiā sepe. forte n̄ semp. Et sic
h̄uert decimā p̄tem oīum: q̄ tūc erāt
in uniūsis finibz isrl. & poplata ē ci
uitas habitatoribz. P̄ea cōpletis. vii. di
ebz scenophegiaꝝ & die ieiuniorum:
disposuit neemias de dedicatione ci
uitatis. q̄ antiqtus ciuitates dedicabā
tur. i. sctificabantur dno. De dedicati
one ciuitatis ierlm.

Die g° sta
tuta conuenert filii isrl oēs q̄ re
dierant de captiuitate in ierlm. et
dedicata ē ciuitas. in hc̄ modū. Ascē
dert sacerdotes & leuite sup muros ci
uitatis & p̄ncipes & maiores ciuitatis.
ex alta p̄te. Alii ab oriente. alii ab occi
dente. & ambulabant sup muros. ple
becla subsecte eos p̄ terram. ad radicē
muroꝝ. Eūq; uenirent alt̄usec: con
uenert in templū. & ibi obtulert sac

ficia sua. holocausta et pacifica. et ita
consumata est dedicatio ciuitatis. ¶ Postea
rediit neemias ad dominum suum scilicet ad ar
taxersem assuerum tricesimo secundo anno
regni eius. Vnde patet quod xii. annos moram
fecerat in iudea. et uidetur uelle quod iste
fuerit artaxerses assuerus. qui repudiata
uasti duxit hester in uxorem. Iosephus autem
potius uult: quod fuerit filius isti. qui similiter
dictus est artaxerses assuerus. Si enim iste qui de
dit neemie licentiam edificandi muros.
esset ille qui repudiauit uasti: non uide
tur iosepho quod hesdras et neemias hoc
siluissent. ¶ Postea petiit neemias a re
ge. licentiam redeundi in ierusalem:
et licentiam manendi interminabilem.
ut liceret ei ibi mori et sepeliri in sepul
cro patrum suorum. Et accepta licentia
rediit. Cumque uenisset in ierusalem deprehen
dit sacerdotes in multis peccasse. et indu
obus precipue. quia quedam sacrorum uasorum
que deputata erant usibus templi. in proprios
usus redegerant. Et cum deberent
habitare in gazophilaciis templi: quia
erant custodes sacrorum uasorum: fecerant
sibi propria gazophilacia. in quibus habitabant.
et ad ea transtulerant uasa sacra. Fecit ergo
neemias destrui illa gazophilacia. et
compulit eos habitare in gazophila
ciis templi. Deprehendit quoque iudeos pec
care in obseruatione sabbati. quia in sab
bato ueniebant iudei de circumstantibus
uillulis in ierusalem et afferebant fructus.
et uinum uenale. Et sic contrahebant
iudei nundinas suas in sabbato. Et hoc
prohibuit neemias. non amplius fieri ex eis.
¶ Gentiles quoque de tyro et sydone et mari
tima conueniebant in sabbato iuxta
ierusalem et extra portas celebrabant nundi
nas. in quibus iudei emebant necessaria. Vi
dens autem neemias quod non de facili posset
huiusmodi nundinas amouere: precepit ut
semper in sabbato per totam diem clause
essent porte ciuitatis. ut nemo posset e
gredi uel ingredi. et sic factum est. Postea e
gressus est quadam die cum armata
manu. et prohibuit eis sub interminatio
ne de incepto conuenirent. Alioquin: bo
na eorum publicarentur. et ita cessaue
runt. ¶ Et mortuus est neemias in
senectute bona. et terminauit uitam
in huiusmodi oratione. In hunc modum. Me
mento mei deus in bonum. Et huc
usque continuantur annales hebreorum.
A libro geneseos usque ad hunc locum.
Librum autem machabeorum non nulli he
breorum dicunt esse. de uoluminibus
hebreorum. Alii dicunt agiographis transla
tum. Siue autem sit de libris hebreorum
siue non sit: palam est quia non con
tinuatur precedentibus. Immo usque ad
hystoriam machabeorum. multa re
stant danda que de iosepho et aliis
historiographis: necessarium erit
colligere. Quare sanguis in templo
Prosequentes ergo adhuc fusus est.
P que facta sunt sub monar
chis persarum. Ea tamen sola que spectant
ad populum dei. Post artaxersem sub quo re
diit neemias. regnauit artaxerses
longimanus. et post eum darius filius
sarsami. quem expugnauit alexander.
Et in eo terminata est monarchi
a persarum. et alexander obtinuit reg
num. Et eo mortuo: diuisum est
in iiii. tetrarchas. et de uno eorum pro
cessit radix peccati. scilicet antiochus epi
phanes ut in daniele legimus.

inter minatione

Artaxerses ille longimanus constituit procuratorem suum in samaria et siria. qui dictus est uagosus. uel uagoseth. Super quo non est multo tempore curandum. quia in historiis peraque corrupta sunt nomina et numeri. Et tunc temporis erat princeps sacerdotum: iohannes filius heliaphat. Et summa rerum gerendarum: penes summum sacerdotem agebatur. Primo enim ut in multis locis habetur. fuit populus dei sub iudicibus. postea sub regibus. deinde sub sacerdotibus. Sed post reditum de transmigratione: iste iohannes habebat fratrem. qui dictus est ihesus. qui aspirabat ad summum sacerdotium. factus ergo familiarissimus uagoso procuratori tandem insinuauit ei: maximos esse redditus summi sacerdotii: et si posset impetrare apud regem persarum quod faceret eum summum sacerdotem multa munera conferret ei. Et promisit ei uagosus quod hoc intimaret regi. et quod obtineret. Factum est autem dum in festo quodam forte neomenie esset sacerdos in ministerio dei indutus pontificalibus: et assisteret ei frater suus ortum est litigium inter eos. Et ille qui aspirabat ad summum sacerdotium confidens de familiaritate procuratoris: multa improperabat iohanni fratri suo: summo sacerdoti. Qui indignatus percussit eum. et infra atria templi mortuus est. Quod audiens uagosus: statim uenit in ierusalem. et precepit sibi aperiri atria templi. quia uolebat intrare templum. et responderunt quod ei non liceret. Ad quos ille. Ego inquit longe mundior sum quam adhuc uiuo quam cadauer mortuum. Et uos maculatis templi. fecistis cadauer. Et aperta sunt ei atria templi et intrauit templum: forte non intrauit sancta sanctorum. Postea egressus de templo conuocatis leuitis et ministris templi: cum ad intercessionem hesdre fuissent a tributo absoluti: statuit eos tributarios et imposuit eis longe grauius tributum quam esset illud: a quo fuerant absoluti. Et cum iudei omnes absoluti essent a tributo septimi anni ab artaxerse. quia eo anno non colebant terram: non redegit eos uagosus: ad idem tributum quia commiserant scelus: etiam in gentibus inauditum. scilicet quia in templo dei effuderant sanguinem humanum.

Quare manasses sacerdotium amisit. quia uxore carere noluit.

Post artaxersem longimanum: regnauit darius filius sarsami. qui misit procuratorem suum in samaria. scilicet saraballa. Et tunc summus sacerdos erat iaddus qui successerat patri suo iohanni. Iste quoque habebat fratrem qui dictus est manasses. qui aspirabat ad summum sacerdotium. Venit ergo ad procuratorem. scilicet ad saraballa. et intimauit ei quanta et quam fructuosa esset dignitas summi sacerdotii. Et dedit ei procurator filiam suam isacam. De cuius matrimonio habetur tertio in glosa super lucam. Postea rediit in ierusalem. cum uxore sua. et administrabat tamquam sacerdos. quia erat unus de sacerdotibus. Et sustinebat hoc summus sacerdos ut habens uxorem alienigenam: administraret. Quod grauiter sustinens populus: conuenit summum sacerdotem: ut poneret in opus

clxxviii

onem fris sui: utrum mallet di-
mitte sacerdotium: an uxore. Et
positum e in optione eius. & nolu-
it dimitte uxorem. Et puatus
a sacdotio: 9pulsus e egredi ciuita-
tem. Et uenit ad socerum suum
saraballa qui consolatus e eum.
et honorifice recepit pmittens ei
q impetr & ei a rege sumu sacdotiu. Mlti
qq uenerut cum eo ppt enormitates
scelerum suor de iersl erat 9pul-
si. Et dabat eis saraballa domos
& possessiones interra sua. De ui-
ctoria alexandri 9tra darium. et
de gestis eius.

Tempore da-
rii filii sarsam mortuus e
philippus macedo rex grecie. Et
factus e rex filius ei alexand cum
eet xx. annoru. Iste fuit magni-
fici ai & statim pposuit q poss ex-
pugnare: et obtinere siriam. quia
continua erat regno suo & remo-
ta a monarcho suo. Nondum tn
uenit ei in mentem: q monarchia
psaru poss obtine. Transiuit
g ellespontum collecto excitu et
intrauit siria. Qd audiens darius
misit pncipes suos c excitu ut au-
daciam iuuenis illi repmeret. Et
pugnauerut pncipes darii cu alex-
andro. iuxta tigrim fluuiu. Et uic-
ti st ab eo. Qd audiens dari colle-
cto grandi excitu. uenit in cilici-
am & pugnauit c alexandro. et
uict e ab eo. & fugit cum paucis.
Et capta e mater ei & uxor in plio.
Propter hanc uictoria statim aspi-
rauit alexand ad obtinenda mo-
narchiam. Audiens au saraballa
darium ab alexandro uictum:
uoluit ad heree uictori. Occurrit
g alexandro in cilicia: et fec ei hoi-
um. Et pmisit ei q redder ei tota
terram transfluui s. samaria. & alia
terram. & grat suscept e ab eo. Ui-
dens aute se grat susceptum: pe-
tiit ab eo licentia edificandi tem-
plum. & altare in samaria. ad si-
militudine templi & altaris: qd
erat in iersl. Insinuans alexandro
id ipm ee ad 9modu suum. & sic
diuident iudi. ut ps eor ad ora-
ret intemplo suo: et ita facilius
expugnaret eos. Pro diuisi eet s.
Et concessum e ei. Et edificauit
sarabella templu & alatare in mo-
te garizim. Et ibi constituit su-
mu sacdotem generum suu manas-
sem. Et durauit hoc templum
usq ad euersione iersl factam p
romanos. Expugnata siria: ueni
alexand ad expugnadam tirum.
que erat ciuitas munita. et ad-
huc erat insula. quia nabugodo-
nosor laborauerat ut eam facet
continua terre. aggibz undiq 9-
portatis. Sz n potuerat & q ille
n potuit iste modo suppleuit.
Cum au eet in obsidione tiri:
mandauit iado sumo sacdoti
in iersl: et ierosolimitis ut red-
derent ei tributum. q solebant
redde dario. & mitterent ei foru
rerum uenaliu: in obsidione
tiri & rescripsert ei quia obligati
erant dario. iure iurando. Et
n poterant face qd mandabat.
n uellent frangere religione

uris iurandi. Et comminatus
est quia everteret civitatem et te-
plum. Expugnata tyro. expug-
navit gazam. Qua expugnata
aliter faciem suam: ut veniret
in ierlm. Quod audiens iaddus: sum-
mus sacerdos ierosolimitanus valde timu-
erat. et indixit eis iaddus summus sacerdos cotidia-
num ieiunium. et tercia nocte apparuit
ei dominus in sompnis. confortans eum
ne timeret. quia ipse sedaret ei iram alexan-
dri. itaque non noceret ei. et instruxit eum ut cum
apropinquaret civitati alexander: egre-
derentur ei obviam honorifice
cum summa processione. Mane re-
velavit iaddus visionem suam: con-
civibus suis. et gratulati sunt. Cumque
veniret alexander in ierlm: veni-
ebant cum eo hostes iudeorum: qui
adheserant ei putantes quod oc-
culis eius: non pateret eis. Et egressus
est summus sacerdos indutus ponti-
ficalibus et sacerdotes alii induti
sacerdotalibus vestibus. et levite et
cives purpurati. Cumque esset iuxta
lapidem quendam unde poterat videri
tota civitas et templum. steterunt ibi.
Et occurrit summus sacerdos primus
indutus pontificalibus alexandro
venienti. habens cidarim in capi-
te. Et videns alexander nomen
domini scriptum in lamina aurea:
descendit de equo et adoravit no-
men domini. et salutavit summum
sacerdotem et alios pacifice. Et mi-
rati sunt universi venientes cum eo
putantes eum delusum: magicis
artibus. Et nemo ausus est querere
quare hoc fecisset. nisi unus maxime fa-

miliaris ei. scilicet permenion. Qui cum quereret
ab eo quare hoc fecisset: respondit ei.
Cum in quiete essem adhuc de macedonia et
vellem transire ellespontum. ut
vitarem siriam: maxime timebam. et
apparuit mihi deus in forma huius sacerdotis.
quem modo vidi. et dixit mihi quod traderet in ma-
nus meas regna orientis. Et postea
non vidi eum. Hunc autem quia iam
permissionem implevit experte: scio
quod implebit perfecte. Introductus est
alexander honorifice in civitatem. et
visa que instruxerant eum: obtulit
sacrificia in templo. Et posuit alexan-
der in optione eorum. ut peterent
ab eo quicquid vellent. Et petierunt ab-
solvi a tributo levitarum et ministrorum
templi. nec non et a tributo septimi
anni. Petierunt quoque ut qui tot iu-
dei essent in regno eius: licite pos-
sent celebrare cerimonias suas et
obtinuerunt. Et volens recedere alexan-
der ait illis. Si quis vestrum vellet mili-
tare mecum: honorarem eum. et face-
rem iuxta consilium eius. Et multi se-
cuti sunt eum. Audientes autem sa-
mariti honorificentiam exhibitam ab alex-
andro summo sacerdoti. et quod relaxas-
set iudeis tributum septimi anni et
tributum ministrorum templi: au-
dientes in quam hoc samarii qui edifi-
caverant templum in monte gari-
zim. et constituerunt summum sacerdotem
manassem. per intercessionem sana-
balle. voluerunt idipsum sibi impe-
trari. Et responsum est ab alexan-
dro quia hoc concesserat iudeis non
samariteis. Qua insinuatum est ei templum
illud dolose factum. Iratus quod essent

clxxix

sciret. Et rediit alexander. Sed quia
de alexandro non huius prosequi nec per-
tinentia ad ystoriam dei: omittamus quo-
modo iuxta verbum daniel uicit da-
rium et occidit. Quomodo uicit porum
regem indie. Quomodo consuluit arbores
solis et lune quia hec non spectabant ad
ystoriam dei. Porro uenit alexander ad
caspia siue caspia claustra. Et au-
dientes iudei .x. tribus que erant
ultra montes medorum et persarum quod
alexander fauet beneficus populo dei: in
relaxatione tributi et in aliis: roga-
uerunt eum per nuntios ut in aliquo
relaxaret eis seruitutem. Et cum que-
reret causam alexander cur in adeo remo-
tis partibus essent captiuati. responsum
est ei quia prophete predixerant eos in perpe-
tuum captiuandos. propter recessi-
onem a deo suo. quia aperte recesserant
a lege dei sui facientes uitulos au-
reos in dan et in betel. Quod audiens
alexander ait. quod nullatenus eorum
captiuitatem relaxaret. immo robo-
raret prophetias. et ne perpetuum egrederentur
eis egressus obstrueret. Et uoluit
sibi continuare caspios montes.
ut conti... qui erant cum inter duo
montes esset quasi fenestra ut esset
parui egressus. Videns autem quia ibi
non sufficeret labor humanus: roga-
uit deum israel. ad cuius honorem faciebat
hoc: ut in hoc iuuaret eum. et mi-
raculose ad eius petitionem facti sunt
montes contigui. ut tradit iosephus
dicens. quia si alexander infidelis
ita a deo exauditus est: non est mirum
si fideles exaudiantur. Et obstru-
sus est aditus inuios. ut nullatenus
pateat eis egressus per terram. Sed ut
testantur prophete adhuc egredientur
per mare. Postea rediit alexander
in babilonem. non in illam anti-
quam que destructa erat. sed illam quam
ille construxerat. Construxit enim
alexander multas urbes. et xii. condi-
dit. quas a nomine suo denominauit
scilicet alexandrias. quarum quedam ad-
huc stant. alie omnino perierunt. nec
omnes omnino construxit. immo quasdam
reparauit. Et totis annis regnauit:
quot alexandrias condidit. Unde sin-
gulis annis condebat unam. ut re-
linqueret aliquod memoriale illius
anni. Erat enim .xx. annorum
quando cepit regnare. Et tricesimo se-
cundo etatis sue anno propinato sibi ue-
neno. mortuus est. Prius autem quam
moreretur accepto ueneno ami-
sit usum loquele. Et uidens
quod loqui non posset: petiit pugil-
larem ut exprimeret uoluntatem
suam scripto: quia non poterat uerbo.
Et fuit hec extrema uoluntas
sua quam scripsit. scilicet quia nolebat
aliquem in monarchia habere succes-
sorem. quia tunc non haberet hono-
rem pluribus regibus si post eum
aliquis esset monarcha. Habebat autem
xii. complices. qui fuerant cum
eo a iuuentute. quos uoluit sibi
subsistere heredes. Sed hoc finaliter eius
uoluntas: mutata est. quia eo mor-
tuo. iiii. ex illis xii. qui fuerunt po-
tentiores facta inter se confede-
ratione: alios expulerunt. et ita di-
uisa est monarchia: in iiii. partes.
Hos autem tantum prosequimur de his quia

gesta sunt circa populum dei.

Q(uod) antioch(us) iudeos sabbato cepit.

Antiochus soter qui regno suo addiderat syriam: uoluit quoque addere iudeam. et excogitauit dolose quomodo sibi subiugaret. Audierat hoc esse in religione iudeorum ut in sabbato nulla prorsus agerent. Nec etiam pro tuitione sui corporis sumerent arma. Venit ergo cum manu armata. et in sabbato intrauit ierusalem. fingens quod uellet adorare deum in templo. sicut consueuerant multi gentilium. et cepit multos iudeorum inermes. et non renitentes. et uinclauit eos. quod nouum facta erat dispensatio: quia postea tempore machabeorum facta est lex. ut in sabbato ad tuitionem arma sustinerent. non solum in ierusalem: uerum etiam in aliis ciuitatibus. multos iudeorum cepit et uinclauit. et multos uendidit. Et per eius uenditionem per uarias partes orbis dispersi sunt. et fuit hec captiuitas grandis. sed particularis. Tres enim tantum leguntur generales et famose. prima per assirios. in qua x. tribus sunt translate. Secunda per caldeos. in qua due tribus sunt captiuate. Tercia per romanos. Fuerunt autem preter has tres generales: multe particulares. quibus dispersi sunt iudei per uarias partes orbis. Unde in actibus apostolorum legitur. quod iudei die pentecostes conuenerant in ierusalem ex omni natione que sub celo est. Quia per omnes nationes distracti erant per particulares captiuitates. Quarum una fuit hec captiuitas quia se permiserunt in sabbato capi. non renitentes. Unde

ut tradit iosephus quidam poeta gentilium. ouidius nomine: ostendit eos inuisibiles et arguendos. arctie. quia per quandam insaniam superstitionis: sic se permiserunt distrahi. De lxx interpretibus.

Postea respexit dominus populum suum tempore scilicet ptholomei philadelphi. quia sic agebat dominus cum populo suo. modo blandiebatur. modo terrebat ad utilitatem. Iste ptholomeus philadelphus fuit amator librorum et prefecerat bibliotece sue demetrium. ut undique colligeret libros in bibliothecam eius. Habebat quoque quendam familiarem. scilicet aristeum qui naturaliter erat benignus et misericors. et compatiebatur calamitatibus populi dei. secum deliberans quod libenter apud regem intercederet pro eis. habita oportunitate loci et temporis. Quadam die cum post epulas sollennes. factus esset rex hilarior solito: uocauit demetrium et quesiuit numerum librorum quos collegerat in bibliotheca sua. Et respondit demetrius quod iam collegerat .xx. milia librorum. et in breui essent quinquaginta milia. Et addidit demetrius. Est in quo quandam scriptura sacra. lex. scilicet quedam tradita homini a deo: per os hominis. que per os moysi data est hebreis. quorum filii dispersi sunt captiui per uniuersum regnum tuum. Et cepit ei commendare legem. exponens ei sanctitatem legis. primo commendans eam ab auctoritate dei. a quo data est. quod data est a deo quem uocant zena. id est dantem uitam. quod zen interpretatur uite. Alie gentes uocant eum iouem. Et ut magis auctoritas

sanctitatem huius scripture audi quod con-
gerit cuidam poete gentilium quia
voluit eam interserere fabulis suis:
factus est enim insanus per xxx. dies. Et
in illa alienatione mentis intellexit
id contigisse sibi in saniam. quia vo-
luerat fabulis suis interserere illam
scripturam. et dictus est poeta ille: theo-
pompus. Alter quoque qui dictus est teodec-
tus cum vellet legem illam scribere:
statim factus est cecus et vii. diebus man-
sit in cecitate. Audita sanctitate le-
gis respondit rex. quod omnibus modis
satageret ut eam posset habere: in bi-
bliotheca sua. Et mitteret nuntios
in ierusalem ad summum sacerdotem ut
mitteret ei legem illam scriptam. Au-
diens hoc aristeus habita loci et temporis
opportunitate: voluit subvenire
iudeis. et locutus est ad regem. Mag-
num est quod intendis petere a iudeis.
et forte pretendent occasionem di-
centes. Non est lex ista hominis
sed dei. Non est data lex a deo: ni-
si populo iudeorum. Non est divulgan-
da ad populos nationum. Ne ergo
hanc vel aliam excusationem pos-
sent pretendere: consulerem ut premit-
teres munus. ut omnes hebreos qui
captivi sunt in regno tuo: a
servitute liberares. ita tamen ut dominos
servorum: non defraudares. sed eis
in pecunia dampnum recompensares.
Et quesivit rex numerum ser-
vorum. Et responsum est ei ab
aristeo. quia pauci potant esse
ultra c. viginti milia. Ad quod
rex. Magnum esset tot servos
redimere pecunia. Ad quod ille.

Magnum quidem est: sed non magnum
regi. Adquievit rex et misit
nuntios per universum regnum
suum. ut quotquot erant in regno
suo servi de hebreis: absolveren-
tur a servitute. Et pro singulis ca-
pitibus dedit unicuique dominorum c.
xx. dragmas argenti. Et adeo e-
rant importuni: exactores domini
servorum: ut etiam pro puero unius
diei vel pridium nato: adhuc exi-
stente in utero materno: exigerent
pecuniam. et dabatur eis. Post
hanc manumissionem servorum
hebreorum misit rex nuntios su-
os in ierusalem. ad summum sacerdo-
tem heleazarum. ut mitteret ei le-
gem scriptam. nec non et viros pe-
ritos in greca lingua et hebrea. qui
interpretarentur ei legem de hebreo
in grecum. Et vide quia iaddo qui
fuerat summus sacerdos tempore alex-
andri: successerat filius suus onias.
De quo volunt quidam quod ho-
norifice recepit alexandrum: quod
superius diximus factum a iaddo. Onie
successerat simon iustus. primo-
genitus filius eius. Cuius frater minor
natu erat iste heleazarus. qui tamen ob-
tinebat summum sacerdotium. non
pro se: sed pro parvulo nepote suo. onia
filio simonis iusti. qui nondum po-
terat esse summus sacerdos. Misit
ergo heleazarus tholomeo phila-
delpho vel pharaoni regi egyptio: inter-
pretes viros scilicet peritos in greca lin-
gua et hebrea. de una quaque tribu:
sex. Et ita fuerunt lxx. duo. cum tribus
essent xii. Causa licet x. tribus translate

iudicum

te fuerint ultra montes medorum
et persarum: multi tamen in spelun-
cis et nemoribus latuerunt et ita eua-
serunt. et sic cum fuerint .lxx. du-
o interpretes: scriptura de duobus
subticet. Hec enim mos est sacre
scripture. ut summam numeri ponat.
si quid modicum desit. uel super-
sit: non curet. Missi sunt itaque in-
terpretes et delata est lex scripta. nomine
autem legis intelliguntur .v. li-
bri moysi. iosue. iudicum. et prophete
et psalmi. forte liber regum et pa-
ralipomenon: et huiusmodi uolumi-
na: non sunt delata. Audiens phi-
ladelphus aduentum tantorum
uirorum: uoluit eos in summo
honore recipere. Ideoque noluit eos
in prima die recipere. Sed distulit
eorum receptionem: usque in .v. diem
quem agebat sollempnem. Alon-
gis enim retro temporibus: eadem die
uicerat anthiocum regem asie: na-
uali prelio. Unde in memoriam ha-
bite uictorie: diem illam duce-
bat sollempnem. Voluit ergo re-
ceptionem interpretum usque in di-
em illam differre. ut diem illam
in perpetuum sollempnem haberet egyp-
tus. Tum pro memoria habite
uictorie. tum pro aduentu eorum
scilicet in memoriam quod ea die receperat
egyptus legem domini. Quinta ergo die
honorifice recepit eos. et rogauit
eos ne moleste ferrent dilatio-
nem. quia ideo distulerat eos reci-
pere. ut honorificentius reciperet eos.
Fuerunt autem cum rege per .xii. dies.
antequam susciperent laborem inter-
pretandi. Et interim proposuit eis rex questio-
nes singulas. quas dudum excogitauerat.
et precipue de duobus. scilicet de cognitione
dei. et gubernatione regni. Quesiuit
ergo ab eis an essent plures dii. sicut
asserebant gentiles. et satis diligen-
ter et prudenter instruxerunt eum
de uno deo. Ostendentes ei rationibus
et similitudinibus unum tantum deum esse. Et
gentiles errare. qui quosdam homines.
qui fuerant reges terre deos esse pu-
tabant. ut mercurium et busirim.
asserentes nullum hominem posse
esse deum. De his etiam que ad regni guber-
nacula pertinebant diligenter in-
struxerunt eum. Post .xii. dies aggressi
sunt laborem interpretandi. Habe-
bat rex in alexandria. in illa scilicet
ciuitate in qua erat caput regni.
secretum palatium. iuxta mare. in quo
secreto manebat quotiens uolebat
uacare consiliis et lectionibus. Illud pa-
latium concessum est eis ut ibi in-
terpretarentur. Et mane surgentes
iuxta morem terre: ascendebant
ad aulam regiam. ut salutarent
regem: et optarent ei bona. Postea
intrabant palacium illud secretum.
unusquisque per se suam cellulam. Et habebant
singuli: proprios scriptores. et interpretaban-
tur usque ad nonam. Hora nona e-
uocabantur ad refectionem. et erant
deinde in quiete. Et compleuerunt in-
terpretationem suam .lxx. duobus die-
bus. Unde quidam uolunt eos solum
totum .i. pentateucum transtulisse. Et
uidetur eis impossibile. quod in tam modi-
co spatio tot et tanta: potuerint
transferre. Sed si solum pentateu-

c.lxxxi

cum transtulerit: quod est quasi tota dic super psal-
mos inueniatur. Sic habet editio .lxx. et
secundum prophetas similiter. Ad hoc dicit. Omnia post-
ea quam isti .lxx. translatione completa redi-
erunt. remissi sunt postea sepe ad peticio-
nem philadelphi: aliqui ex eis a summo
sacerdote. Et interpretati sunt alia.
Sed in illa primaria interpretatione.
in .lxx. duobus completa: nichil nisi pen-
tateucum transtulerit. Non est his
acquiescendum. Potuerit enim habere
uelocissimos scriptores: et satis breui tan-
to spatio potuerunt complere. Vel
miraculose factum est. Sicut et illud
dicit augustinus. miraculose factum quod cum
singuli separatim in cellulis suis tran-
stulissent: et nemo ex eis alii locutus
fuisset. postea cum translationes suas sin-
guli regi presentauerint: omnes inuen-
te sunt una. Jeronimus dicit. quod est per
totam ebdomadam interpretati fuis-
sent: in sabbato conferebant que tunc
non interpretabantur: et de communi
consilio: de omnibus unam faciebant.
Quam autem prius quam interpreta-
rentur predicauerant regi unum
tamen deum esse. nec hominem aliquem pos-
se esse deum. Ideo in ipsa interpreta-
tione: diligenti usi sunt cautela.
Ut ubicumque de trinitate personarum
uel de incarnatione aliquod capitu-
lum occurrebat ut omnino subticerent:
uel aliquid in palliarent. ne uide-
rentur sibi ipsis obloqui. Nam
si posuerent. tres personas esse. in trinita-
te: forte obiceret et insultaret eis
dicens. Vos dogmatizatis tres esse
deos qui prius unum tamen esse deum
asseruistis. Item. Si predicarent

et deum futurum hominem: possit
eis insultare dicens. Vos predi-
catis hominem deum. qui prius dice-
batis nullum hominem posse esse deum
propterea ubicumque de christo capitulum
occurrebat: aliquo modo supprime-
bant. Unde in ysaia ubi dicitur est.
Puer natus est nobis. filius datus est
nobis: et additum est. uocabitur no-
men eius ammirabilis. consiliarius. deus.
fortis. pater futuri seculi. princeps
pacis. Pro his sex nominibus transtule-
runt .lxx. magni consilii ange-
lus. Ne si forte dicerent. puer il-
le uocabitur deus: sibi ipsi obloqui
uiderentur. Ex huiusmodi pretermis-
sione primam originem habuit. cor-
ruptio editionis .lxx. Que tamen pre-
missio potius ex industria quam fuit
ex ignorantia. Completa interpre-
tatione: remisit philadelphus inter-
pretes donatos multis multis mu-
neribus: et misit per illos multa mu-
nera summo sacerdoti: et in templo
dei. cum epistola sua. In qua rescripsit.
se mirabiliter admiratum: de scriptura
legis. scilicet de tenuitate cartarum. de com-
paginatione earum. de distincti-
one litterarum. Erat enim admi-
rabilis subtilitas pargameni. nec
credebat quod adeo subtile par-
gamenum posset inueniri. Erat
enim admirabilis compaginatio carta-
rum. quia cum esset lex scripta in
rotulis sicut adhuc habent eam
scriptam iudei. carte adeo sub-
tiliter sibi erant compagina-
te. ut uisus humanus. locum
compaginationis non posset discernere.

Erat quoque admirabilis distinctio litterarum. quia cum esset littera omnis aurea adeo erant legibiles: ac si essent atramento conscripte. Quod mirum erat. Ubi enim contrarius color iuxta contrarium colorem ponitur: alter ex altero magis elucescit. Unde quia pargamenum album est et atramentum nigrum. littere atramento magis legibiles sunt quam si de alio colore fiant. Hec de isto philadelpho sufficiant. quia non prosequimur nisi spectantia ad populum dei. Huic successit tholomeus euergetes. Cui successit tholomeus philopator. Cuius tempore antiochus magnus obtinuit siriam: et iudeam. Et iste dura servitute oppressit iudeos. quia levigationes tributorum septimi anni: et tributa ministrorum templi et alia que contulerat eis philadelphus: omnia revocavit in irritum. Propter importabilem violentiam istius: onias qui tunc erat summus sacerdos. quia regem egypti invenerat pacificum: relicta iudea. Abiit in egyptum. et benigne receptus eum rex egypti. Et dedit ei portionem terre sue ad habitandum. iuxta heliopolim. Et edificavit ibi civitatem que dicta est civitas onie. Et edificavit templum ad similitudinem templi ierosolimitani et altare. Et cum argueret transgressionis. quia dominus prohibuerat sibi fieri templum. et altare alibi quam in ierusalem. excusabat se per prophetiam ysaie que ait. Erit altare domini in egypto. Et revera ysaias prophetavit de eius errore. Ecce hic habes de tertio templo. Et tria tantum templa fuisse leguntur. scilicet. templum ierosolimitanum. templum constructum in monte garizim. templum constructum in egypto. Cum autem infestaret antiochus magnus finitimos reges. delata est querela ad romanos. Quorum imperium iam satis dilatatum erat quia iam favebat eis gratia et partes orientales. Et missi sunt a romanis ad antiocum magnum: scipio nasica et scipio affricanus. ut ab infestatione finitimorum desisteret. Et dedit romanis obsidem. ne amplius vicinos reges infestaret: filium suum minorem. antiochum epiphanem. habebat enim alium primogenitum. scilicet. seleucum. Dedit ergo minorem filium romanis obsidem et obsidem perpetuum ut scilicet. numquam patria rediret. De seleuco et anthioco epyphane. ix.

Post anthiocum magnum regnavit filius eius seleucus in asia. Et habuit siriam et iudeam. Iste fuit iners et piger. et misit nuntium heliodorum in ierusalem: ut intraret templum. et asportaret ei pecuniam de templo. Et cum intraret templum duo iuvenes latenter occiderunt eum. Et videtur velle iosephus. quia duo angeli in specie iuvenum: occiderunt eum. Videns onias summus sacerdos et ierosolimite eum occisum

clxxxii

timuerit uadere. ne statim hoc
audito: ueniret seleucus in ieru
salem: et destrueret eos. Orauit o
nias ad dominum filius illius onie: qui
recesserat in egyptum. Et ad
intercessionem onie et ierosolimita
rum suscitatus est heliodorus. Et
cum redisset ad dominum suum ait.
Cum habueris dominus meus hostes de
quibus uoluerit uindicare se.
mittat eos in ierusalem. ut spolient
templum. Audiens antiocus
epiphanes qui erat obses rome:
quod pater suus mortuus esset:
et frater regnaret. et inertiam et
pigritiam notaret: rupto federe
iurisiurandi: latenter exiuit de
romana ciuitate. Et uenit in
terram suam et fecit se magnifi
cum et libalem. Vnde cognomi
natus est epiphanes quod sonat
illustris. Et mortuo fratre subli
matus est in regem. De gimnasiis
edificatis in ierusalem.

Tempore isto [D]emiserunt in ierusalem quidam
filii belial dicentes. Adhereamus
ritibus gentilium. quia quamdiu
secuti sumus legem dei nostri: in
uenerunt nos mala. Et uolentes
placere anthioco: petierunt ab eo
licentiam edificandi gignasi
um in ierusalem. ut regerent ibi
scolas de ritibus gentilium. Qui
autem fuerint isti filii belial: deter
minat ioseph. scilicet duo fratres onie.
sine liberis defuncti. quorum alter
dictus est iohannes. alter dictus est ihesus.

Isti litigabant de summo sacer
dotio et uolentes placere antio
cho: imposuerunt sibi nomina gen
tilium. Nam iesus dictus est iason.
iohannes menelaus. Et plures adhese
runt iasoni. quam menelao. Et
uenit menelaus ad antiochum
epiphanem supplicans ei. ut
daret ei licentiam sequendi ri
tus gentilium. Et concessum est
ei. ut extrigeret gignasium in
ierusalem. Iste anthiocus epipha
nes fecit nobis mala. que continen
tur in historia machabeorum.
Prosequimur ergo historiam maca
beorum que inchoat ab alex
andro et statim descendemus
ad antiochum epiphanem hoc
modo. Incipit explanatio li
bri machabeorum.

Factum est cum a
lexander macedo
percussisset darium
regem sirie. et
subiugasset sibi
multas nationes: mortuus est.
Et filii eius quibus commendauerat reg
num. imposuerunt sibi diade
mata. et filius suus. Et descen
dit ex eis radix peccati. antio
chus illustris. Et habundaue
runt mala in terra. et filii be
lial de quibus pertractatum est se
cuti sunt ritus gentilium. rece
dentes a lege dei et faciebant
sibi prepucia. id est non circumcidebant
paruulos suos. Vel secundum io

sephum faciebant sibi preputia
i. quedam operimenta quibus circumci-
sionem suam tegerent. Tenebant
enim sepe puerificati nudi. Et ne
eis appareret circumcisio: habebant
quandam tenuem pelliculam super posi-
tam membro. Videns ergo anthiocus
quia partem iudeorum iam traxe-
rat ad ritus gentilium: voluit
omnes trahere. Volebat enim omnes
homines regni sui esse unius re-
ligionis ut ita essent unanimes.
sciens quia diversitas religionum et
cultuum. facit diversitatem animo-
rum. Volens ergo sibi subiugare
egyptum. ut omnes homines reg-
ni sui unanimes essent et unani-
miter iuvarent eum: fecit pro-
nuntiari edictum per universum
regnum suum. ut omnes essent
unius moris. Et cum mortuus
esset rex egypti qui habuerat sororem
eius uxorem: dolose intravit egyp-
tum. tamquam vellet visitare et con-
solari nepotulos suos quos do-
lose occidit et statim voluit oc-
cupare terram. Sed viriliter res-
titerunt ei egyptii et miserunt
ad romanos ut subvenirent
eis. Et missus est a romanis sci-
pio nasica. ille scilicet qui circumscrip-
sit eum in sabulo. ut prediximus
mus super danielem. Tunc furore
succensus venit in ierusalem. Et
intravit templum. et amovit
altare. Et statuit ibi altare su-
um. Et super illud posuit idolum
iovis olimpiaci. sive iovis gre-
ci. Quia olimpus in grecia est. Sive

iovis ancurii. i. in babilonia. quia idolum
illud conditum est in memoriam eo-
rum que fecit iupiter in pueritia
a. Et compellebat omnes antiochus: i
dolum illud adorare. Et prohibebat
ne circumciderent parvulos suos. et
qui circumcidebant: suspendeban-
tur patres et matres et parvuli. ad col-
la eorum. Et insinuatum est an-
tiocho quod samaritani non essent iu-
dei. hoc volentes recedere a cul-
tu dei sui et abrenuntiare legibus
patriis: egressi sunt. De morte
mathathie.

Surrexit itaque
matatias unus ex filiis io-
achim. Erat autem de xxiiii. sum-
mis sacerdotibus et forte de vice ioa-
chim. sicut in luca legitur: zachari-
as fuisse de vice abia. Cum enim
constituit david xxiiii. summos sa-
cerdotes. unusquisque habuit ebdo-
madam suam et successores illius
habuerunt eandem. Unde iste matha-
tias dicitur unus de filiis ioachim. quia
fuit unus de xxiiii. summis sacer-
dotibus. institutis a david. Iste ma-
thatias habuit v. filios quos iosephus
appellat filios amosonei. dicens. fi-
lii amosonei restituerunt nobis leges.
Et forte amosoneus fuit pater
mathatie. Vel forte ipse dictus
est amosoneus. Fuerunt autem isti
v. filii. Iohannes. simon. iudas. elea-
zarus. Ionathas. De cognomini-
bus aliorum non curamus. nisi de so-
lo iuda. qui cognominatus est ma-
chabeus. qui fuit robustior ce-
teris et strenuior. Surrexit itaque
mathatias cum filiis suis et pa-

clxxiii

cis ei adherentib; et uenit in ciuita
tem modin. ut ibi saluaret aïam
suam. Pt'ea ex p'cepto antiochi: uene
runt serui eius in modi. ut sicut
conpulerat eos qui erant in ierlm
adorare idola. ita et ipi facerent in
modi: & in aliis ciuitatib; & opidis
et uicis. ¶ Cumq; uenissent in mo
di posuer't statuam iouis in foro.
Et uener't primo ad mathatiam
dicentes. Oportet ut sicut tu ma
iores aliis: ita p'ior adores. & aliis exē
plum prebeas. Ad q's mathatias.
Numquam recedem' a cultu dei:
ego ut filii mei. neq; abrenūtiabi
mus legib; p'rũs. Et dum litigaret
mathatias cum seruis regis: ecce q̇
dam p'stratus ē ante idolum et ad
orauit illd. Statim mathatias et
filii ei': arreptis gladiis interfece
runt eum. & om̄s seruos regis. Q'b;
interfectis: egressi sc̄. quia n̄ posset
ibi manere p' conplices regis. Et
cum egrederentur clamauer't dicē
tes. Quicq; zelum di h't: sequat'
nos. Et latuer't in montanis. et
in speluncis. Audientes conplicē
regis: qui erant in ierlm sic fac
tum ēē: egressi sunt in sabbato
explorantes montana. Et inue
ner't multos latitantes in siluis.
et occidebant eos. quia n̄ tuebant'
se. Nondum eñi facta erat dis
pensatio defensionis in sabbato.
que p'tea f'ca est: sicut loco suo
dicetur. Et ita perierunt: circiter
mille aïe. Et mortuus ē matha
tias in senectute bona. & sepultus
in modin. De uictoriis iude ma
chabei.

Post mortem mathathie. f'c's
ē p'inceps f'rm suorum iudas
machabeus. & adheserunt ei qui
adheserant mathatie. ¶ Audiens
hoc apollonius qui erat p'ses sa
marie sub antiocho. & p'erat his
qui erant in ierlm: eg'ssus ē col
lecto exercitu ut pugnaret cum
iuda machabeo. Et pugnauit
iudas machabeus cum eo. & uict'
ē apollonius et occisus. Et p' hac
uictoria: adheser't multi iude
machabeo. ita q'd h'ūit .x. milia.
¶ Victo p'side samarie: surrexit
c'' iudam machabeum p'ses sirie.
qui erat potentior. Et pugna
uerunt cum iuda machabeo si
ri. Et fugati sunt in ore gladii.
Et que huc usq; gesta sunt. n̄
dum ad aures antiochi uene
rant. Tandem delatū ē ad au
res antiochi: et indignat'. colleg'
exercitum grandem. Et quia mag
nificus erat: collecto exercitu: ui
sum ē ei quia pars exercitus suf
ficeret ad destruendos iudeos: q̇
resistebant ei. Et ip'e cum alia
p'te exercitus ascenderet in sup'iores
p'tes p'sidis: ad colligenda t'bu
ta. quia n̄ plene respondebant
ei in tributis. ¶ Prefecit g'o alteri
parti exercitus: lisiam. & dedit ei
paruulum filium suum: antio
chum. Q'o facto: ascendit c̄ reli
qua p'te exercitus: in sup'iores p'tes
p'sidis. Lisie uero uisum ē q'
non ēēt necc'ia tanta multitu
do ad expugnatōnē paucorū:
qui resistebant regi in iud'a.

cum maior pars regni faveret. Ele-
git ergo tres s. timotheum. nicanorem.
et gorgiam. quibus tradidit. xl. mi-
lia peditum. et vii. milia equitum.
Et castra metati sunt iuxta beor. Au-
diens hoc iudas ma. castra metatus
est ex adverso. cum non haberet nisi tria
milia. Et deliberavit gorgias quod
circuvenirent iudam et suos. quia
ante lucem ex insperato aggrederentur
eos. ¶ Hoc persensit iudas mach. et
sic voluit eos circumvenire. Et
dimissis in castris suis maximis ig-
nibus: ex alia parte venit ad castra
eorum: et gorgias exierat et venerat
ad castra eorum. et neminem inve-
niens ibi: latebat expectans eos.
Superveniente ergo iuda in media castra
eorum: dominus contrivit eos. et
fugati sunt in ore gladii: et inter-
fecti ex eis multi. Postea gorgias
videns suos versos in fugam. et dis-
persos: fugit. Ex hac victoria: mul-
ti adheserunt iude mach. ita quod
habuit x. milia. ¶ Audiens lisias
tres principes quos miserat victos
a iuda ma.: collecto exercitu ve-
nit in iudeam. Et premisit
quosdam velites quasi preambu-
los et percursores. ut preparent
iude exercitum suum. Et eos fu-
gavit iudas. et multos ex eis oc-
cidit. ita quod vix aliquis ex eis
evasit. Et insinuatum est lisie quod
huiusmodi homines ita acriter di-
micarent: pro desperatione vite quia
ita erant quod si inciderent in ma-
nus eius: non parceret eis occisis: ali-

cui eorum. iuxta mandatum regis. Et
visum est lisie non esse tutum. pug-
nare cum desperatis. Et visum est ei
melius ad tempus recedere: donec
collegisset maiorem exercitum et recessit.
¶ Audiens iudas ma. hostes recessisse:
gavisus est. quia visum est ei quod non
de facili redirent. Et visum est ei
quod haberet oportunitatem veniendi in
ierusalem. et purgandi templum. Quod
per tres annos adeo fuerat desola-
tum: ut iam in atrio ipsius templi.
nati essent frutices. et spine et tri-
buli. quia antiochus prophanaverat templum.
Venit ergo in ierusalem et posuit mili-
tes robustos contra presidium. qui
pugnarent contra custodes anti-
ochi: si vellent exire. Posuerat e-
nim antiochus custodes in arche
syon. que hic dicitur presidium. Intra-
vit ergo templum. iiii. ma. et amovit
idolum iovis: quod posuerat ibi an-
tiochus. et mundavit templum a super-
stitionibus gentilium. et ita encenia-
vit illud. Et facta est hec dedicatio. vige-
sima. v. die mensis casleu. id est decembris.
Sic enim dicitur december apud he-
breos. Et si quandoque inveniatur sic di-
ci ianuarius: propter lunationes hoc dicitur.
Sepe enim contingit quod lunatio
in qua celebrabant hoc festum ianu-
arii est. Prima dedicatio facta est
a salomone in autumno. s. in sep-
tembri. Secunda sub zorobabel. fac-
ta est in vere. s. in martio. Tercia
de qua hic agitur facta est in hie-
me. Et eodem tempore celebrabatur
hoc festum in diebus ihesu diebus. viii.

.clxxxiiii.

Nota dedicationes

hus in euangelio. Facta sunt encenia in
ierosolimis et hiemps erat. Et resti
tuit iudas mannam. altare quod amouerat
antiochus. et cancellarie eneum super ba
ses suas. Et posuit ea die lumina
ria multa in candelabris. Unde et
festum illud dictum est festum lu
minum. vel propter multitudinem lumi
narium que accensa sunt ea die in
templo: vel quia ea die illuminauit
eos deus sedentes in tenebris. Et
adhuc iudei sic uocant illud fe
stum. Videntes finitimi iudeos
ita prosperari ex inuidia ceperunt eos
infestare. Et cum esset iudas in
ierusalem una die habuit nuntios
ex diuersis partibus. Nam iudei qui
erant de galilea: significauerunt ei.
ut subueniret eis. quia grauiter
artabant eos tyrii et sydonii. Il
li quoque qui habitabant ultra
iordanem. scilicet due tribus et dimidia.
significauerunt ei ut subueniret
eis. cum grauiter artaret eos ti
motheus rex amonitarum. Misit
ergo simonem fratrem suum in
galileam. cum tribus milibus. Ipse
cum ionatha fratre suo transiuit
iordanem. prohibens illis quos di
mittebat in ierusalem. ne aliquo
pacto egrederentur de ciuitate. Et
predixit eis incommodum. quod inde
sequeretur si exirent. Postquam
autem transiuit iordanem inue
nit nabateos. quosdam. scilicet populos. qui
benigne receperunt eum et in
struxerunt eum ubi inueniret eum
thimotheum regem amonitarum.
quia obsederat quandam ciuitatem

iudeorum. Et ueniens illuc iu
das: pugnauit cum eo et ipsum
occidit. et alios fugauit in ore
gladii. et spolia multa obtinu
it. Et una die redierunt cum infi
nitis spoliis. iudas de galaad et
symon de galilea. Interim autem
illi quos dimiserat in ierusalem egressi
fuerant et aggressi sunt eos filii amon. et fu
gauerunt eos in ore gladii. et occi
derunt ex eis duo milia. Et id
ipsum cessit ad cumulum laudis
iude. quia quasi spiritu prophetico: predixerat
eis incommodum quod secutum est. Un
de multi habuerunt eum tamquam pro
phetam. Hinc redit historia ad
antiochum. De morte anthiochi.

Antiochus transierat eufratem.
et ascendebat. inferiores partes
persidis. ut colligeret tributa. Et
collecta infinita pecunia: post ea
intraret iudeam. et destrueret omnes
quotquot resistebant ei. Et insinu
atum est ei quod in elimaide ciui
tate esset infinita pecunia in tem
plo diane. Quia reges persarum
quasi certatim templum illud
ditauerant. Unde alexander in
ueniens ibi infinita pondera au
ri et argenti: quia aliter non
poterat asportare. fecit inde sibi et
militibus suis arma aurea. scuta
scilicet et galeas. Et pars eorum adhuc
erat in templo illo. Ascendit ergo
antiochus ut obsideret illam ci
uitatem. Et egressi sunt contra
eum: qui erant in ciuitate. Et
aggressi eum. et fugauerunt eum
in ore gladii. Et dum festinan

ter aufugeret: cecidit de curru: et
contractus est. Et veniens in babi-
lonem: decidit in lectum doloris.
Et preter dolorem quem patiebatur
ex collisione alium patiebatur lan-
guorem. quia vermes corrodebant
carnem ipsius. nati de ipsa carne.
Quod de ipso tamen legitur. et de herode.
ut hoc esset iudicium pene eter-
ne. hic iam inchoate. quia talis
corrosio carnis a vermibus non so-
let contingere nisi post mortem.
Ac si per hoc diceretur, inchoata est eis
pena eterna. Et est evidens indici-
um: quod iam fit in carne eorum.
quod non solet fieri in carne nisi
post mortem. Et cum ita lan-
gueret anthiocus: professus est huius-
modi languorem sibi contigisse. quia
polluerat templum dei et immise-
ricorditer egerat: contra populum eius.
Refert tamen iosephus quemdam phi-
losophum gentilium dicere. hoc
contigisse illi quia voluerat
destruere templum diane. Inquiens
in hunc modum. Miror inquit
tam sapientem dixisse. hoc con-
tigisse antiocho: pro sola volun-
tate destruendi templum dia-
ne. cum voluntas sine actu: ne-
minem obliget reatu. Ex quo
verbo iosephi patet. quia quan-
tum ad iudeorum opinionem lex
manum reprimebat non animum.
Videns antiochus sibi mortem
imminere: vocavit philippum
secretarium suum et tradidit ei dia-
dema. et anulum et cetera insig-
nia regni. ut indueret eis filium
suum antiochum. Lisias vero an-
tequam philippus descendisset ad
locum ubi erat lisias cum antio-
cho parvulo: iam sublimaverat
eum in regem et dederat ei alia in-
signia. audita morte antiochi
ephiphane. Audiens autem iu-
das de mutatione regni: obsedit
presidium: scilicet arcem quam fecerat antiochus
ephiphanes in monte syon. ubi
posuerat custodes suos. Visum est
enim iude quod haberet loci et tempo-
ris oportunitatem. eo quod reges de
novo sublimati: super venienti-
bus occupationibus aliis intendunt
negotiis. Cumque obsedisset presidium
quidam de ierosolimitis invi-
dentes ei: venerunt ad antiochum.
et lisiam qui cum eo erat. dicen-
tes. Quousque facis? Quare non defendis pre-
sidium tuum et custodes tuos in
iudea? Et exposuerunt ei quomodo iu-
das obsederat presidium. Tunc ille
provocatus ad iram: collegit exercitum
grandem. c. milia peditum et .xx. mi-
lia equitum et triginta duos ele-
phantos. turritos. id est habentes super
se turres ligneas. in quibus erat mul-
titudo equitum et sagittariorum et de
turribus illis ligneis quas portabant
elephanti quia in eminenti erant
facilius occidebant hostes suos po-
sitos in terra. Ecce habes numerum
equitum. peditum. elephantorum. Ne
moveat te quod alium numerum
invenis in recapitulatione. Quia
in nominibus et numeris precipue
vitio scriptorum depravate sunt
historie. Collecto exercitu: venit

.clxxxv.

antiochus bethsuram que est ciui-
tas munitissima. in ingressu iude.
in medio montium sita. et obsedit
eam. Quo audito: iudas dimisit
obsidionem presidii. Et cum non pos-
set habere secum nisi tria milia: tamen uo-
luit cum eis congredi in obsidione.
Lisias autem ita disposuerat aci-
em: ut in mane staret acies ab
occidente. ut sol ex oriente ueniens
super clipeos aureos radiaret. Et consti-
tuit ibi tubicines: qui clangerent
tubis. ut iudei uenientes e regione:
pre fulgore clipeorum et clangore
tubarum deterriti: redirent. et sic
secure possent manere in obsidione.
Cum ergo ueniret iudas cum tribus
milibus ut congrederetur eis in obsidio-
ne: uidentes socii eius multitudi-
nem exercitus: et fulgorem clipeorum:
adeo turbati sunt et tremefacti: ut
nullo pacto uellent sequi iudam. Unde
in historia legitur. Refulsit sol in
clipeos aureos et resplenduerunt mon-
tes ab eis. et fortitudo gentium dissi-
pata est. id est iudeorum. Quod quidam
de clipeis exercitus iude male intel-
ligunt. Cumque sic tremefacti nol-
lent ultra procedere. unus de fratribus iu-
de. scilicet helearar. siue heleazarus: as-
piciens elephantos turritos. et in-
ter alios considerans unum qui erat
ceteris eminentior: et uidens ibi ma-
iorem numerositatem armatorum. et
arma preciosiora. putauit ibi esse re-
gem. Irruit ergo solus: in medios
hostes. et gladio sibi preparans uiam:
uenit usque ad elephantum illum.
et supposuit se uentri eius: et gladii

mucrone perforauit umbilicum eius. Quia
elephans adeo habet duram cutem: ut
nullatenus ualeat penetrari. nisi per
umbilicum. quia ibi mollis est et pe-
netrabilis cutis eius. Et prostratus hele-
phas obruit eleazarum. Et ita iam
mortuus est. unus de .v. fratribus. ¶ Ui-
dens ergo iudas animos eorum qui cum
eo erant. et quod non posset tante multi-
tudini resistere: cessit ad tempus. et re-
diit in ierusalem. Bethsurite uero au-
dientes iudam cessisse. et iudeos
ita tremefactos. reddiderunt se antiocho.
Qui recepit eos sub tali conditione
ut omnes egrederentur nudi. Et egressi
sunt omnes nudi. tam mulieres quam
uiri. et ita saluauerunt animas suas. An-
tiochus uero muniuit ciuitatem
et posuit in ea custodes suos. Postea
uenit cum exercitu ierusalem. et obsedit
eam. Et cum esset lisias cum antio-
cho in obsidione: nuntiatum est ei
quod philippus cui tradiderat antio-
chus epiphanes insignia regni.
ut ea daret antiocho. dominabatur
in antiochia. qui administrationem
regni habebat. Quo audito: doluit.
sed dissimulauit. Insinuauit ergo
antiocho: ut faceret concordiam cum
iudeis. dicens. Quid nobis si ipsi fa-
ciunt sacrificia sua. dumtaxat no-
bis soluant tributa? Et placuit
uerbum istud in oculis omnium. et
reformata est pax. et intrauit an-
tiochus ciuitatem. fregit tamen in
aliquo iusiurandum. quia diru-
it murum qui erat inter interiorem
ciuitatem et presidium suum. arcem scilicet
quam fecerat antiochus epiphanes.

in monte syon. ut custodibus presi-
dii libere pateret ingressus in ciuita-
tem. Insinuatum est etiam illi ut
amoueret a summo sacerdotio mene-
laum. quia seductor erat et sedici-
osus. Et constituit summum sacerdotem
alchimum. qui tamen non erat de ge-
nere aaron. et menelaum secum duxit
captum. et in medio tamen occidit.
Postea ueniens anthiochiam: quam
inimicum erat philippus contra eum:
obsedit eam. et ciues reddiderunt ei
philippum quasi seruum eius. et occi-
dit eum. Deinde agit hystoria quasi
interscalariter. id est de duobus regibus. quo-
modo deuolueretur regnum ad
filium seleuci. id est ad filium antio-
chi. Nam ut pretaxatum est an-
tiochus epiphanes huius fratrem primo-
genitum seleucum. ad cuius
filium regnum debuit deuolui.
Sed antiochus epipha. mortuo sele-
uco. regnauit in nepote suo de-
metrio. filio seleuci. Postea demetrius
iuit romam. et conquestus est ro-
manis de de patruo suo antio-
cho epiphane. qui debet esse perpe-
tuus obses rome. et per uiolentiam
abstulerat ei regnum: quod sibi iu-
re hereditario debebatur. Et cum
esset rome audita morte patrui
sui: rediit roma. et uenit in
maritima. Et receperunt eum
maritimi .s. tyrus et sidon. et aca-
ron. et imposuit sibi diadema.
Hoc audientes lisias et antio-
chus: collecto exercitu uenerunt
ut pugnarent cum eo. Ille quoque
collegit exercitum ut resisteret eis.
Et huius plures fautores ingressi in an-
tiochiam. quam ipse antiochus. Et reddi-
derunt ei antiochum et lisiam.
et interfecit ambos. Postea uenit
antiochiam. et ibi imposuit sibi
diadema. Hoc audiens alchi-
mus uenit cum quibusdam complicibus
suis ad demetrium. et accusauit iu-
dam et fratres eius apud eum. quod persua-
debant tributa non solui regibus.
Et ipsum qui institutus fuerat
summus sacerdos ab antecessoribus:
infestabant. Et misit cum eo
demetrius bachidem cum exercitu.
precipiens ei ut omnes illos fratres qui
mouebant seditionem occideret. Et
ipsum alchimum in summum sacer-
dotium restitueret. Et uenit ba-
chides in iudeam. Et uoluit in
dolo circumuenire iudam et fratres
eius uocans eos in collocutionem. quasi
pro pace reformanda. ut ita occi-
deret eos. Et cum premisissent ad
eum .lx. uiros quasi interpretes pacis
reformande: occidit eos. Inter
quos tamen nec iudas erat. nec ali-
quis fratrum suorum. Hoc persensit
iudas. et cauit sibi et fratribus suis.
et non potuit intrare ierusalem. et
ibi statuere summum sacerdotem
alchimum. Sed in circum stan-
tibus ciuitatibus constituit eum.
Quo facto: rediit ad dominum suum.
Et statim iudas cepit infesta-
re alchimum. qui intra uole-
bat dominari per regem. Et coactus
est tamen redire ad demetrium. Tunc
indignatus demetrius: dedit ei de
latere suo quendam familiarem

·clxxxvi·

suum. qui fuit nutritus cum eo.
ab adolescentia. s. nichanorem. qui e-
rat longe potentior bachide. et de-
dit ei maiorem exercitum. Qui
uenit in iudeam. in hoc spiritu ut ne-
mini parceret: mandauit ei. Et egressus est
contra eum iudas. et pugnauit
cum eo. Et multa milia de exerci-
tu nicanoris ceciderunt. nec tamen
preualuit iudas. imo compulsus est
fugere et rediit in ierusalem. et insecutus
est eum nichanor usque ad ciuita-
tem. Et cum esset extra ciuitatem
in loco eminenti apposuit ma-
num capiti et comminatus est
ierosolimitis. quod nisi redderent
ei iudam machabeum et fratres
eius: ipse funditus euerteret ciuitatem
et templum. sicut antiquitus
fuerat euersum et daretur edic-
tum. ne amplius reedificaretur
ciuitas. Et timuerunt ierosolimi-
te. non tamen reddiderunt ei iudam et
fratres eius. Immo paulo post: pug-
nauit iudas cum nichanore.
collecto exercitu. Et uicit nicano-
rem et occidit. Et absciso capi-
te a reliquo corpore: et manu pa-
riter abscisa: posuit caput in
paxillo. in eo loco in quo steter-
at nich nor dum minaretur
ierosolimitis. Et apposuit ma-
num capiti sicut ipse apposuerat
linguam quoque erexit in paxillo
quam ipse minas protulerat. Erat
locus eminens ut omnes de ciui-
tate: possent uidere. et congratula-
ti sunt. pro inopinata uictoria.
Et erat dies sollempnitatis hester

et mardochei. Et habuerunt diem
illum. precipue sollempnem. tum
pro memoria hester et mardochei:
tum pro inopinata uictoria. De con-
federatione romanorum et iude-
orum.

Videns autem iudas
quod sic prosperaretur uoluit con-
federari romanis. Audiens fide-
litatem eorum: quia amicos suos.
Audierat enim quomodo iam in-
dos et alias nationes sibi sub-
iugauerant: quomodo antiochum
magnum humiliauerant. et
multa in hunc modum. Misit
ergo duos nepotes suos romam
s. eusebolum filium symonis.
et iasonem filium eleazari. iam
defuncti. et honorifice recepti sunt
a senatu. Et exposuerunt senatui:
quod significabat eis iudas. et iudei. s.
quia uolebant eis confederari.
ut tuerentur eos contra hostes
tes. Et placuit senatui. Et scrip-
ta est confederatio iudeorum cum ro-
manis in tabulis ereis: litteris
aureis. Et fuerunt gemine ta-
bule. Alteras retinuit senatus.
alteras tulerunt nepotes iude:
in ierusalem. et posuerunt in templo.
Audita morte nicanoris. in-
dignatus demetrius: misit tamen
bachidem quam prius miserat
cum infinito exercitu. Et uenit
bachides in iudeam. Et nemini
parcebat occidens eos. Et obsedit quandam
ciuitatem. que dicitur larissa. Et egres-
sus est iudas ut pugnaret cum
eo. et non potuit habere secum: nisi
tria milia. Et uidentes socii iu-

numerositatem hostium: et au
dientes quod ita inmisericordes essent
timuerunt. et paulatim ceperunt
subterfugere. ita quod non reman
serunt cum iuda nisi octingenti. Et
uidens iudas paucitatem eorum
qui cum eo remanserant: cepit
eos hortari ut animosi essent.
Illi contra ceperunt persuadere ei
ut recederet. quia esset temeritas: ita
se obicere morti. Ad quos ille. Absit:
ut umquam uideat terra iude. sine
aliquo congressu. Et statim
aggressus est hostes: qui stabant
duo cornua. Et ipse aggressus
est dextrum cornu. quia uisum
est ei quod in eo esset bachides. Illi
autem qui erant insinistro
cornu uenientes a posterioribus
intercluserunt iudam inter se:
et dextrum cornu fugerat ante
faciem iude. respicientes uide
runt alios insequentes iudam et re
stiterunt ei. Et ita artatus est
iudas inter duo cornua. et for
titer dimicauit. et multos ex
eis interfecit. Tandem occubu
it. Et non nulli de sociis eius
aufugerunt. et saluauerunt animas
suas. Duo autem fratres iude inquan
dam securitate ueniunt ad ba
chidem. et petierunt corpus iu
de ab eo. et obtinuerunt. et tulerunt
illud in modim. et sepelierunt.
insepulcro patrum suorum. et
planxerunt eum uniuersus israel.
Tunc uenit bachides in ierusalem.
et libere deseuiebat in iudeos. Non
tamen prophanauit templum. sicut
fecerat anthiocus epiphanes. Nec
amouit altare. nec abstulit iu
ge sacrificium. Sed opprimebat eos
dura seruitute. Et facta est fames
interra. Et multi iudeorum coacti
sunt: uenundare se bachidi. et i
ta totam fere iudeam redegit in ser
uitutem. Et uidentes plerique ex
eis hanc seruitutem: egressi sunt
de ierusalem. Et constituerunt si
principem. ionatham. illum. scilicet
de fratribus qui natus erat post iu
dam. Nondum tamen palam eg
rediebantur: quia pauci erant. sed
latebant in desertis thecue. Et
subito male contigit eis. quia cum
egressus esset iohannes de deserto ut
quereret uictualia inuenerunt
eum filii iambri. quedam. scilicet fa
milia idumeorum et fugauerunt
eum. et socios eius. Et occisus est.

.clxxxvi.

Iratus ionathas audita morte
fratris: posuit insidias. audiens quod
filii zambri descenderant inquan
dam ciuitatem. ut darent uxo
rem cuidam de ciuibus suis. Et
inuenit eos adducentes: sponsum
cum sponsa. et nemini pepercit.
immo omnes occidit. Nec non
sponsum et sponsam. Audiens
bachides ionatham substitutum
loco fratris sui: collecto exercitu in
sequitur eum. et cum esset secus iordanem repen
te superuenerunt symon et ionathas et
inuaserunt exercitum eius et multos occiderunt. et statim
aufugerunt. Et uidens bachides eos
paucos esse: dimisit eos et rediit.
Postea uisum est ei stultum esse: in
sequi tam paucos. Et cepit ba

chides diruere munitiones. in quibus
poneret custodes regis. Et audiens
hoc alchimus qui erat summus
sacerdos in ierusalem: uoluit similiter
diruere atria templi ne deinceps
ibi possent rebellare iudei. Et
cum uellet destruere atrium interi-
us: percussus est paralisi et mortuus est.
Cuius mortem audiens bachi-
des rediit ad dominum suum. et per du-
os annos: fuit in pace iudea. quia
non rediit bachides, uel aliquis exercitus ex pre-
cepto demetrii. ¶ Et in illis du-
obus annis magnificatus est iona-
thas. ita quod factus est longe poten-
tior: fratre suo iuda. Et dum hec
ita agerentur: alexander nobilis fi-
lius anthiochi. qui audita mor-
te patris fugerat in arabiam. ad
auos maternos. quia mater eius fu-
erat arabs. nunc factus adolescens
rediit. Et uenit in maritimam
et receperunt eum maritimi. scilicet
tirus. et sidon. et ille ciuitates.
¶ Audiens hoc demetrius: uolu-
it pacem reformare cum ionatha.
significans ei: quia daret ei duca-
tum in iudea. Econtra alexan-
der nobilis audiens de ionatha
quod ita esset strenuus et potens:
uoluit ei confederari. significans
ei quod et daret ei ducatum. et
summum sacerdotium. Et adqui-
euit ionathas. Et in die septem-
bris indutus est ionathas ponti-
ficalibus in ierusalem. et administrauit:
quasi summus sacerdos. Quod audiens
demetrius: grauiter tulit. Et sig-
nificauit ei quod preter ducatum

et summum sacerdotium: adhuc
amplius adderet. si confederaretur ei.
quia absolueret iudeam ab omni tribu-
to. Et noluit ionathas recedere:
a fede alexandri. timens dolos
demetrii. ¶ Collegerunt ergo alterutrum se
exercitum alexander et demetrius.
ut pugnarent. et fugit alexander.
et demetrius in fugando occisus
est. Et statim exercitus eius adquieuit
alexandro quasi domino. et ita obtinu-
it alexander regnum. Demetrius
uero habebat filium nomine de-
metrium. qui audita morte patris.
fugerat in cretam. quia mater
eius fuerat cretensis. Postea factus
adolescens: rediit cum multis.
cretensibus. quia recepit eum
siria celes. illa scilicet pars sirie: que est
dicitur. Est enim siria celes. id est siria
damasci. obtinuit etiam mariti-
mam totam consilio et ope apollo-
nii. Et factus est apollonius prin-
ceps milicie eius. Sciens ergo appol-
lonius ionatham confederatum
alexandro: et ei familiarem
misit ad eum nuntios dicens.
Egrediamur in campum. et ui-
deamus nos. Et egressi sunt io-
nathas et simon contra apol-
lonium. et fugauerunt eum. Et
fugit apollonius in ioppen. Et
obsedit ionathas ciuitatem. et cepit.
et fugit appollonius in acaron. et
receperunt se ipse et socii eius: in
beth dagon. quia erat ibi tem-
plum dagon: munitum. Et
expugnauit ionathas ciuita-
tem. et cepit. Et ita obtinuit

aliquam partem palestine. Acca acaron
est in palestina. Et uide quia to-
ta palestina est de terra promissionis.
quam iudei numquam totam obtinu-
erunt. Parum enim obtinu-
erunt de palestina. non quod dicitur
obtinuit sichelec et ionathas
acaron. que sunt in palestina.
Audiens alexander nobilem uic-
toriam ionathe concessit ei ac-
caron et suburbana eius. & con-
cessit ei purpuram. unum scilicet de
.iiii. insigniis regni. Sunt e-
nim .iiii. insignia regni. scilicet pur-
pura. diadema. fibula aurea
septrum. Et nota quod hic quo-
dam modo incipit redire
regnum iudeorum. quia iam
datum est ionathe unum in-
signe regni. A transmigratione
enim usque ad herodem interpo-
latum est regnum iudeorum.

Nota

De morte alexandri.

Cum ita grauiter floreret alexander
in regno: uoluit iungi per affi-
nitatem regi egypti tolomeo.
Significans ei ut daret filiam
suam illi in uxorem. Et ad-
quieuit ei tholomeus. signi-
ficans ei: quod ambo conueni-
rent in tolomaide et ibi tra-
deret ei filiam. Et significa-
uit alexander ionate: ut des-
cenderet cum eo. Et honori-
fice descendit cum eo. Et con-
uenerunt ambo reges in tolo-
maide. Et ibi accepit alexan-
der filiam tolomei in uxorem.
Et dedit ionathas multa
munera utrique regi. Descenderunt
autem emuli ex israel accusantes io-
natham apud utrumque regem. sed
non potuerunt preualere. quia sibi con-
parauerat gratiam utriusque. Et rediit
uterque regum ad pacem et ionathas
in ierusalem. Factum est autem cum
deambularet alexander per superio-
res partes cilicie: excogitauit socer
eius tholomeus: quod in dolo in-
traret terram eius et occuparet.
Et egressus de egypto intra-
uit terram generi sui. Et in sin-
gulis ciuitatibus honorifice re-
cipiebatur: tamquam socer regis.
Et cum egrediebatur dimitte-
bat in singlis custodes suos. Sic-
que uenisset in iope: occurrit ei
ionathas honorifice. Et cum
inde uenisset in antiochiam: de-
texit fraudem suam. Et im-
posuit sibi diadema. dicens
quod uolebat sibi habere regnum
sirie. Et accepit filiam suam
quam dederat alexandro: et
dedit demetrio hosti eius. Audi-
ens alexander aduentum soceri sui
et putans esse pacificum: des-
cendebat de superioribus partibus
cilicie ut occurreret ei. Et au-
diens quod ita in dolo occu-
parauerat regnum eius: collegit
exercitum qualem potuit ut re-
sisteret ei. Et superueniente tho-
lomeo: fugit alexander a facie
eius et uenit in arabiam. ducens
secum paruulum filium suum. an-
tiocum et magister eius trepho-
nem. Timens autem rex arabie
potentiam tholomei: abscidit caput alexandri

.clxxxviii.

et misit [P]tholomeo in antiochi-
a. Et gavisus est tholomeus quia
putavit deinceps regnare in
pace. Tamen post tertium diem mortuus
est. et ita demetrius qui filiam eius
habebat cessit huic regnum. Et
dum hec ita agerentur: ionathas
nactus oportunitatem cepit expug-
nare presidium. Et statim emuli
de israel venerunt ad demetrium
insinuantes hoc ei. Et indigna-
tus demetrius collecto exercitu des-
cendit usque in iopem. et signifi-
cavit ionathe. ut dimitteret ob-
sidionem presidii et festinanter veniret
ad eum. de eo responsurus: quod pre-
sumpserat obsidere. Et venit ad
eum ionathas. non armata ma-
nu. sed cum paucis de senioribus
israel. Et dedit ei multa munera.
et invenit gratiam in oculis eius.
sicut et in oculis aliorum. et reddit
demetrius. et cepit esse tirannus. et
principibus suis onerosus. usque
adeo ut sollicitarent triphoni
in arabia ut descenderet ad eos:
cum antiochio et reciperent an-
tiochum in regem. Et descendit ad
eos tripho cum antiochio. et recep-
erunt eum multi. ¶ Tunc signi-
ficavit ionathas demetrio. ut ei
amore amoveret presidium. et cito
des presidii quod onerosum erat ei. Et
audiens demetrius anthiocum
venientem: sollicitavit ei. quod non tantum
faceret quod petierat: sed longe am-
plius: tempore suo. Sed iam occupatus
erat. et significavit ei ut mit-
teret viros robustissimos de iu-
dis. et bellicosos. Et misit ex eis
duo milia in antiochiam. Et
orta est dissensio in civitate ita
quod maior pars civium voluit ir-
ruere in demetrium. Et collegit
se cum suis in arce palacii. quia
palacium eius munitissimum erat.
Postea egressi sunt iudei de pala-
cio: et irruerunt per civitatem.
nemini etatis. nemini sexus
parcentes. ~~sed~~ occidentes mulie-
res et parvulos. Et occiderunt fere
.c. milia. Et magnificati sunt iu-
dei apud demetrium. non tamen man-
cipavit effectui: quod promiserat
ionathe. Tunc misit ionathas
romam nuntios suos. ut romani
in fedus et amiciciam quam oli-
m cum fratre suo iuda inierant:
renovarent et firmarent. Et
sic factum est. Et sic confirmatus
in federe romanorum: reparavit
ruinas murorum civitatis.
¶ Collecto utrinsecus exercitu: pug-
naverunt inter se antiochus
et demetrius. Et victus demetrius
fugit et venit in antiochiam
antiochus et imposuit sibi dia-
dema. Postea demetrius collecto
exercitu alienigenarum. et incertum
est quorum alienigenarum. Non
enim potest exponi de philisteis
cum postea legatur de huiusmodi
alienigenis. quod venerunt in terram
philisteorum. Intelligendum est
igitur quod collegit quosdam barba-
ros et isti alienigene viden-
tes eum victum paulatim
recedebant ab eo. Et cum venisset

serit in terra philisteorum et ne-
garent eis philistei uictualia: ob-
sederunt ascalonem. et signauerunt
ciues ascalonis ionathe ut sub-
uenirent eis. et cito uenit eis iona-
thas in auxilium cum paucis. Quod
audientes alienigene qui ob-
sederant ascalonem: uenerunt contra
ionatham. Et uidentes socii io-
nathe multitudinem eorum: omnes
fugerunt relicto ionatha. preter prin-
cipem milicie sue et quedam
alios. Quod uidens ionathas: sci-
dit uestimenta sua et aspersit pul-
uere caput. Quod uidentes socii
eius fugientes: misericordia moti re-
dierunt. Et aggressus est iona-
thas cum sociis alienigenas il-
los et uicit. et rediit in ierusalem.
habita uictoria: cum spoliis multis.

uidentes

Pro De morte ionathe.

hac uictoria dedit anti-
ochus simoni fratri eius ducatum
tyri. Et ita magnificati sunt
duo fratres. quia alter fuit dux.
et summus sacerdos in iuda. alter
fuit dux tyri. et habuit magnam
partem palestine. Cum regna-
ret anthiocus: tripho secundus
erat ab eo. et administrabat
omnia negotia regni. Et aspira-
uit ad regnum uidens dominum
suum iuuenem et quasi inutilem
regno. Et dum cogitaret de
morte domini sui: deliberauit apud
se. quod non posset regnare in pace.
nisi prius ionatha occiso: qui e-
rat amicissimus domini sui. Col-
lecto igitur exercitu. egressus est de anti-

ducatum

ochia. tanquam ad ministraturus nego-
tia regni. et uenit in iudeam. significans
ionathe ut occurreret ei. quia amo-
re eius uolebat ei reddere omnia presidi-
a et municiones. Et occurrit ei
ionathas: cum xl. milibus arma-
torum. Et uidens tripho quod non
posset facere quod intendebat: pre-
cepit ionathe ut descenderet cum
eo in ptolomaidem. et remitteret illam
multitudinem exercitus. que pro
nichilo fatigaretur. et remisit omnes:
preter tria milia. Et cum transiret per
galileam tamen insinuauit ei
ut remitteret de his tribus milibus.
et remisit duo milia. Et cum solis
mille uenit cum triphone: in
ptolomaidem. Et postquam intra-
uit ionathas et omnes socii eius
ciues clauserunt portas ciuitatis
et occisi sunt omnes socii ionathe.
et ipse a triphone uinculatus. Hoc
audiens simon frater eius potius cre-
dens mortuum quam uiuum: uenit
in ierusalem. Et constituerunt eum
principem et summum sacerdotem.
Et tunc habebat duos filios. scilicet iudam
et iohannem: uide dedit ducatum
tyri. et iohannes fuit cum eo in iudea
Et fuit potentissimus. et longe
amplius floruit iudea sub eo
quam floruerat sub ionatha fratre
suo. uel iuda machabeo. Et sta-
bat cum exercitu in terris iudee.
Et cum uellet tripho cum exer-
citu intrare iudeam: licet an-
tiquior esset fratre suo ionatha. ui-
riliter resistebat ei. Et cum
tripho dissideret: ut aliunde in-

.clxxxix.

trareт: ipe semp occurrebat ei ob
uius. Et uidens tpho quod n posset
ui intrare: uoluit eum dolo cir
uenire. Et signauit ei: ut mitteret
ei duos filios ionathe obsides. et
infinitam pecuniam: et redderet ei
ionatam qui adhuc uiuebat. Cre
didit ille uerbo uiri et misit ei
pecuniam cum duobus filiis io
nathe. Et tpho pecuniam reti
nuit: et ionatham et duos filios
ei occidit. Hoc audiens symon
muniuit gazam: et dedit eam filio
suo iohi qui inde dedicat princi
patum tyri et sidonis. Et sic al
ter fuit intro. Alter in gaza.
Ipse autem fuit in iuda. Videns
tripho quod n posset intrare iudeam:
rediit in anthiociam: et fecit q
diu premeditabat. s. occidit dnm
suum. et imposuit sibi diade
ma asie. Audientes principes scel
quod perpetrauat: noluerunt susti
nere ut ipse regnaret: et perpepit
simon. Et reuocauit simon et
alii principes: demetriu qui au
fugat et adheserit ei multe ci
uitates. Tunc demetius quia simo
reuocauat eum: reddidit ei oia
psidia: et omis munitones iudee.
et absoluit iudam ab omi tbu
to. Hec facta e iudee plenari
a absoluto atributo atepe cir:
nisi m. sub symone principe et
sumo sacdote. Plerique aliorum.
regum relaxauant tbutum
septimi anni tbutum mini
stroru templi. Sz ab omi tbu
to gentium: ntis ea plene ab

soluerat. Collecto exercitu hinc inde:
cum deberent pugnare demetri
us et tpho: fugit tripho: et fug
usque interram medorum. Et c
demetius insequens eum intrauit tra
medorum: indignatus arsaces
rex medoru misit contra eu:
robur exercitus: et precepto ut sotti
os ei occiderent. et eum uiuum
captum adducerent. Et sic fcm
e. Cumque adductus esset ad eum:
uariis tormentis dextat eum
et mortuus e. Et remisit tri
phonem ad sedem propriam: et ita
adhuc regnauit. nec propterea de
stitit simon et alii principes ab
infestatone ei. Et reuocauerit
filium demetii anthiocu de tra
parentum. Et adheserunt ei
multe ciuitates. Et simon de
dit ei duo milia armatoru: et
n iuit cum eo. Et obsedit an
tiochus tphonem: in quadam ci
uitate: et adeo obsedit ea ut ne
mo posset ingdi ut egdi. Et
cum factus esset ita potens anti
ochus: inmemor beneficii a si
mone sibi collati: signauit ei
ut redderet ei gazam et tirum: et
sidonem. quia de regno ei erat.
Nec non et redderet ei omis
munitiones iudee: ut poneret
in eis custodes suos. Et rescrip
sit ei simon quia n habebat n
terram parentum suorum: et n
redderet ei. Indignatus anthi
ochus: misit cendebeu cum
exercitu magno in iudam. pre
ciens ei ut nemini sexui ne

mini etati preter. Ipse autem in-
secutus est triphonem qui naufragi-
o de obsidione euaserat. Et au-
diens simon aduenturum cende-
bei uocauit duos filios suos scilicet
iudam et iohannem et tradidit eis
robur exercitus. ut ipsi occurre-
rent obuiam cendebeo et pug-
narent cum eo et resisterent ei
quia ipse non poterat interesse prelio.
quia senio erat confectus. et cepit
exhortari in hunc modum.
Pugnate pro fratribus uestris pro terra
parentum uestrorum et pro lege dei
uestri. Et descenderunt duo filii scilicet
iudas et iohannes in modin. Et pug-
nauerunt cum eo cendebeo et
fugauerunt eum. Et occiderunt
de exercitu eius fere duo milia. et
habuerunt plenam uictoriam.

Capitulum x. Hircanus factus est summus sacerdos.

Audiens tholomeus gener simonis cum
filia dedisset simon terram iericon-
tinam et iericho. quod offensus esset
antiochus socio suo aspirauit
ad summum sacerdotium et uo-
luit illud obtinere per antiochum.
Precogitauit ergo prius occidere soce-
rum suum et filios eius. Vocauit
ergo eos ad sollempne conuiuium
in iericho. Et factum est deo dis-
ponente quod non interfuit io-
hannes illi conuiuio. Interfuit
autem iudas frater eius et simon pater
eius et uxor eius cum duobus paruulis
filiis. Habebat enim simon duos
paruulos filios preter iudam et
iohannem. Et cum essent temulenti

in conuiuio serui tholomei sicut ipse
intimauerat eis irruerunt in eos.
et occisus est simon et iudas. Et
uxorem simonis cum duobus filiis
posuit tholomeus in uinculis. Et
statim significauit tholomeo quod fe-
cerat et quod ipse redderet ei totam iude-
am et esset summus sacerdos sub eo.
Et in ipsa hora arripuit iter in ie-
rusalem mittens ex alia parte satelli-
tes suos ut occiderent iohannem ante-
quam sciret hoc factum. Et cum
illi celeriter currerent. fama tamen
precucurrit iohannem de hoc facto certifi-
cans. Et cum uenisset tholomeus ut in-
traret ex alia parte ciuitatis iohannes
sibi festinans intrauit ex alia par-
te. Et expulit tholomeum populus
ciuitatis et recepit iohannem et fecit eum
summum sacerdotem. Tholomeus autem
rediit ducens secum uxorem simo-
nis et duos filios et hic terminatur
primus liber machabeorum. et hysto-
ria que in libris ecclesiasticis conti-
netur. Que autem deinceps usque ad
tempus euangelii facta sunt in orosio
et iosepho et in aliis leguntur.

Ab hoc ergo Liber secundus.

loco inchoat secundus liber
machabeorum. Dicitur autem secundus non
quod post primum sit historie prosecuti-
o. sed quia in eo fit historie iteratio.
Non est enim secundus liber nisi reca-
pitulatio historie. Fiunt tamen pau-
ce additiones quorundam. que for-
san scriptor inscribendo pretermise-
rat. Nec est secundus liber nisi quedam
epistola a iuda machabeo et iero-
solimitis ad iudeos dispersos ubique

c xc.

a


directa. Inquantum recapitulant histo-
riam a seleuco filio antiochi epi-
phanes et quod eodem ordine reca-
pitulant historiam quo prosecu-
ti sumus. non tractabimus. Sed causas
epistole directe nec non et additio-
nes prosequemur. Ut supra in prose-
cutione historie dictum est: iudas tem-
plum a sordibus purgatum: in
hieme encenniauit. Volens ergo
in postum eodem die encenia
celebrari: cum prius in alio tempore
celebrarentur uoluit iudeis ubi-
que dispersis significare huiusmodi in-
stitutionem. et causam institutionis.
Hic enim causam mutationis sig-
nificaret: forte non adquiescerent ei.
nec sequerentur eius institutionem.
Et hec fuit una causa dirigendi
epistolam. Secunda causa fuit ut certifica-
ret eos de incredibili uictoria quam
habuit de nichanore. tertia deci-
ma die mensis adar. ut deinceps
diem illam haberet solempnem. Tum
pro memoria hester et mardochei
tum pro illa uictoria incredibili.
Missa est autem hec epistola in egyptum:
ad aristobolum magistrum
tholomei. regis egypti. In egyp-
to plures habitant de iudeis disper-
sis quam alibi. Et unus de iudeis
scilicet aristobolus. adeo erat subli-
matus: ut factus esset magister
tholomei. regis egypti. Ad illum
ergo quem de gente suo ita audierant
sublimatum: specialiter direxerunt
hanc epistolam: premissa salutatione
in hunc modum. Explanatio epistole
misse aristobolo a iudeis.

Populus qui est in iudea.
et senatus et iudas macha-
beus. Aristobolo magistro tho-
lomei regis egypti filio christorum
sacerdotum. salutem. Et uocant
senatum seniores more roma-
norum. Ex eo autem quod dictum est et
iudas machabeus. patet quod est
recapitulatio. Ipsum etiam ari-
stobolum: uocant filium christorum
id est unctorum sacerdotum. quia erat
de genere sacerdotum. Premis-
sa salutatione optant eis bo-
na: in hunc modum. Adaperi-
at dominus cor uestrum in lege sua et
in preceptis suis: et faciat pacem.
sicut cantatur in ecclesia in sep-
tembri. Postea ueniunt ad rem.
recapitulantes ut diximus histo-
riam. a seleuco. Nos autem solas
additiones prosequimur. Et hec est
una de additionibus. quia cum
pluribus annis desolatum esset
templum: amissus erat ignis
de celo. et gentiles qui in illis
temporibus annis in ierusalem sacrificiis
suis. Ea uero die in qua iudas
templum dedicauit: inuen-
ti sunt quidam calculi ueteris
altaris et de illis excussit ig-
nem iudas. et ita recuperatus est ig-
nis de sublimi. Et eadem die
annis reuolutis excussus est de
calculis a iuda: quo olim in-
uentus fuerat a neemia. Ad-
ditur quoque in recapitulatione
historie de heliodoro. Quod cum ad
intercessionem summi sacerdotis
suscitatus esset: testatus est quia

sacrificantes pone-
bant ignem alie-
num in

uiderat equitem in aere. equo ni-
ueo insidentem. et uerberauit eum
calcibus equi usque ad mortem cum
uellet ingredi templum. Vnde cum
in prosecutione historie dictum sit eum
a duobus iuuenibus occisum: credi-
bile est hoc factum esse ministerio
angelorum. et duos angelos in specie
iuuenum apparuisse assistentes ei
qui quem uidit in aere. qui uerbera-
uit eum et ita credibile est ip-
sum esse occisum: quia uolebat spo-
liare templum. ¶ Additur quoque
in recapitulatione historie de mor-
te duarum mulierum que precipi-
tate sunt de arce. quia circumcide-
rant paruulos suos. Cum enim
prohibuisset antiochus epiphanes
iuge sacrificium et alia. nec non
et circumcisionem paruulorum:
due mulieres in ierusalem cum pepis-
sent: et non esset octaua die qui
circumcideret paruulos. quia nemo
audebat pre timore: ipsemet mani-
bus circumciderent paruulos suos. Et
cum sensissent hoc ministri anti-
ochi: arripuerunt eas: cum adhuc
essent in purificatione sanguinis.
et duxerunt eas et paruulos ad
antiochum. et suspensi sunt
paruuli et ad colla earum. ita
quod membra paruulorum recenter
circumcisa: erant. in ore earum.
Et sic statute sunt in summitate
arcis sion. ut uiderentur ab omnibus.
Et sic aliis terror incuteretur: ne
auderent circumcidere paruulos
suos. Postea precipitate sunt de
summo turris et confracte. ¶ Addi-
tur quod in recapitulatione historie
de morte .vii. fratrum et matris eorum.
Erant .vii. fratres uni mulieris qui
nullatenus uoluerunt dimittere patrias le-
ges: per prohibitionem antiochi. Quibus ma-
ter hoc persuadebat eis. Et cum intro-
ducti essent ante antiochum cum matre.
et nullatenus uellent a proposito de-
sistere: arreptus est unus de .vii. Et
uidentibus aliis sex et matre: ab-
scisa est ei lingua: et proiecta in ig-
nem. et cum nec sic uellet a pro-
posito desistere. abscisse sunt ei
summitates articulorum. manuum et
pedum. et cum nec sic uellet a pro-
posito desistere excoriatum est caput eius.
quia auulsa est cutis capitis a carne.
et ossibus cum capillis. et cum nec
nec sic uellet desistere proiectus est in
sartaginem feruentem. et sic expi-
rauit. Tunc ceperunt exhortari
matrem ut persuaderet aliis uolun-
tati regis obtemperarent et ita salu-
tarent animas suas. Ipsa enim magis
dissuadebat. Et denudans ma-
mas suas dicebat. filii ego de-
di uobis has mamas sed non de-
di uobis animam et carnem. noli-
te ab eo recedere qui dedit uobis
uitam. Et passi sunt .v. de .vi. re-
siduis: similem penam priori. Tan-
dem uentum est ad minimum
quem tenerius diligebat mater. et cepe-
runt matrem ualde exhortari
ut saluaret animam suam. et animam
filii. obtemperando uoluntati re-
gis et filio id persuadendo. et per-
misit quod persuaderet hoc ei. Et in
lingua sua ipsis non intelligentibus

.cxci.



bus dissuadebat hoc ei. cum ipsi
putarent quod persuaderet. Et pas-
sus est ultionem. grauius quam alii. ut
tradit historia. non tamen determinat
in quo grauius. Adultimum idem
passa est mater. ¶ Isti sunt .vii. fratres
de quibus habetur inquibusdam mar-
tiriologiis. in hunc modum. Septem
fratrum qui nefanda sub machabe-
is: glose passi sunt. et uolunt quidam
quod fuerint tempore machabeorum tamen
prophetarum gratia prefulgura: priuilegi-
ati sunt. Unde festum eorum celebrat
ecclesia sicut et innocentium. licet
tamen ante passionem obierint. et ad
inferos descenderint. Alii uolunt
quod .vii. illi fratres quorum festum ce-
lebrat ecclesia. fuerint post ad
uentum christi. nolentes aliquos esse
priuilegiatos in hoc nisi inno-
centes. Cui autem istorum potius
adquiescendum sit: incertum est.
¶ Additur quoque aliud in preterita
recapitulatione historie ut su-
pra dictum est de antiochio quod
iratus quia non poterat templum spo-
liare diane. festinabat ascendere
in ierusalem. ut spoliaret templum
dei. et dum festinaret corruit de equo
et fere confractus est totus. et compulsus
necessitate diuertit in babilonem.
Et cum iaceret in lecto langoris
confessus est hominem non posse aliquid
contra deum. Et confessus est ut supra
diximus hoc ei contigisse quia
offendebat deum israel. et polluerat
templum eius. et significauit per
nuntios suos ierosolimitis ut
intercederent pro eo ad deum suum.

Et uouebat quod si restitueret ei
sanitatem: faceret templum lon-
ge ditius quam umquam fuerat. et ciuitatem
faceret ut athenas. id est nominatam et
famosam. Sed ut addit ioseph
sero penituit: quia iam iudicatus
erat. ¶ Additur quoque aliud ut
supra dictum est de iuda macha-
beo. qui misit simonem fratrem suum
ad subueniendum iudeis qui e-
rant in galilea. et ipse transiuit
iordanem cum ionatha fratre suo.
ut liberaret eos qui erant in
galaad. ¶ Additur ergo hic quod
cum pugnaret iudas contra thi-
motheum regem siue ducem
amonitarum precedebant eum .v.
milites quos nec uidebat iudas
nec gentiles. sed uidebant eos ho-
stes. et duo circumuallabant iu-
dam. tres precedebant eum: mit-
tentes fulgura. Ideo hostes
cecebantur et turbabantur in
fugam. Nec solum in illo
prelio contigit hoc illi sed in aliis
idipsum ei contigat. quod prece-
debant eum plures de aere mi-
tens iacula. ¶ Additur quoque quod cum
prohibuisset iudas ierosolimitas
ne aliquo pacto egrederentur de
ciuitate. egressi sunt .ii. uolun-
tes sibi adquirere nomen. et
pugnauerunt contra filios amon.
et ceperunt ciuitatem. ubi in
uenerunt spolia multa. Et as-
portauerunt idola aurea. et
argentea abscondita sub ue-
stibus. quia non audebant aperte.
Propterea tradidit eos deus in ma-

nus filiorum amon. Et occisa
sunt multa milia ex eis in ual
le quadam. Hoc audiens iudas in
reditu: uenit illuc cum exercitu
suo. ut tumularet corpora mortu
orum. Et cum quererentur corpo
ra: inuenta sunt idola que erant
abscondita sub uestimentis. Credens
ergo iudas pro illo peccato traditos esse
in manus hostium et ita occi
sos: fecit collectam ab his qui
erant in exercitu suo. Accipiens
dragmas argenti duodecim mi
lia. Et misit ierosolimam ut offe
rentur in templo: pro peccatis mor
tuorum. eorum scilicet qui ita erant
mortui. iuste et religiose de re
surrectione cogitans.

Mortuo symone
qui ultimus. v.
filiorum matha
thie asamonei
dux et sacerdos
fuerat in iude
a. successit ei filius eius iohannes cog
nomine hircanus. ad eius dicitur hir
chanus. quia iosephus in tribus commen
dat. in regione sacerdotii. in stre
nuitate ducatus. et quia uir
propheta erat quod insecutus est tholome
um: qui eius patrem dolo inter
fecerat. matremque eius tenebat
in uinculis cum duobus paruulis.
et confugerat ad opidum ultra
iericonta quod agon uocabatur.
Obsesso quidem opido cum iohannes
acrius insultabat: tholomeus
matrem iohannis et fratres super muros
usque ad sanguinis effusionem

cedebat. Et fractus pietate iohan
nes: ab impugnatione se temperabat.
matre tamen clamante ne propter se sineret
scelus tholomei multum. Mortem
enim suam sic iudicaret inmorta
litate meliorem. ob hoc diutius tracta
obsidione. septimus aduenit annus
feriatus iudeis. recessitque ab obsidio
ne iohannes. Tholomeus uero matre et
fratribus ipsius occisis: confugit ad ze
nonem philadelphie tirannum.
qui cotila cognominabatur. De
institutione xenodochiorum.

Post hec anthiocus pontic(us)
rex sirie obsedit ierusalem. Quam
obrem aperuit hircanus duos de
octo loculis existantibus sepulchrum
david. Sustulitque ex eis plusque tria
milia talentorum. deditque trecenta ta
lenta anthiocho. ut ab obsidione
recederet. et ut placaret murmur po
puli. de sepulcri apertione. De reliqua
pecunia primus instituit xenodo
chia pauperum. in ierusalem. Samariam
captam solo equauit. quam postea herodes in
staurans sebasten dixit. Mortuus
est autem iohannes triginta tribus. annis.
rebus optime administratis relic
tis. v. filiis aristobolo primogeni
to. et antigono cum tribus mino
ribus. Cumque nullus eorum ad regen
dum populum sufficeret. uxorem suam
disertissimam: iudee prefecit et fili
is. De restitutione regni iudeorum

Aristobolus pro aristobolum.
uero impatiens dominii ma
terni. matrem cum tribus minoribus
fratribus inclausit in carcerem. et an
tigonum quem diligebat: secum a se

p

.xxxi.

a

Restitutio regni iudee

constituit. impositumq; sibi dia-
dema. et restitutum ē regnum
iudee. Fluxerant autē a sedechia
sub quo regnum fuerat inter-
ruptum: anni. ccccc. lxx. v. et mi-
nus. uel a reditu de captiuitate ba-
bilonis. Vn̄ sepe legitur intermis-
sum fuisse regnum usq; ad hir-
canū et aristobolum intransitiue
a. usq; ad aristobolum hircani.
Hec regnauit tn̄ aristobolus ni-
si per annum. eo q matrē fame per-
emat in uinclis. Cumq; egrota-
ret aristobolus. introire que post
ab herode dc̄a est antonia: redibat
antigonus de galilea. in qua
multa preclare fecerat: indutus
nouis armis et decentibus. Cumq;
ingrederetur ierlm in diebus sceno-
phegiarum ob honorē fr̄is: et ut
ostentaret decorem armorum
populo: armatus intrauit. Quod ui-
dentes emuli ipsius: et maxime uxor
fr̄is que oculos in eum iniecerat:
sed ipse ei assensum non prebebat ac-
cusabant eum dicentes aristobo-
lo. frater tuus audiens te egro-
tantem cū manu forti et arma-
ta intrauit. ut perimat te et reg-
net. Quod ita probare potes. Iube
eum uenire ad te. si uenerit ar-
matus super his que dixi certus esto.
Posuit ergo ad sugestionē uxoris
aristobolus armatos in subterra-
neo qui pirgostratonis diceba-
tur. per quod antigonus transitum fac-
turus erat quem si ueniret armatus eū interficerent.
et aduocans fr̄em aristobolus precepit nun-
cio ut diceret ei ne ueniret armatus. Sed
regina corrupit nuncium muneribus ut diceret

ei q cū

armis descenderet. Affectabat e-
nim rex uidere eum in armorum
decore. De morte antigoni.

Erat autē eo tempore in ie-
rlm genitaliacus quidam:
iudas nomine. de heresi esseorum. qui
scolasticis suis arte sua predixerat
de morte antigoni. et diem. et
locum. Is cum uidisset anti-
gonum gradientē in armis. ex-
clamauit pape: nunc pulcrum
ē mihi mori. quoniam ante me ueritas
interiit. mearumq; predictionum
aliquod mendatium deprehensum est.
uiuit antigonus iste qui ho-
die moriturus erat in pirgostra-
tonis. Locus autē ille abhinc
sexcentis stadiis distat. hore uero
diei sunt. iiii. Cumq; eiularet se-
nex paulopost antigonus occi-
sus ē. cum armatus descenderet
per pirgostratonis: sequenti locorum equi-
uocatione senex agnouit fuis-
se deceptum. Audiens autē rex
mortē fr̄is indoluit. adeoque
morbus inualuit: ut sanguinē
laceratis uisceribus euomeret. quem unus
de seruulis huic officio destina-
tus foras efferens. ubi antigonus
occisus fuerat casu effudit. sed
adhuc extantes cruoris maculas.
Quod uidens populus exclama-
uit: asserens nutu dei in ul-
tionem occisi. sanguinem liba-
tum occisoris. Cumq; clamo-
ris causam rex sciscitaretur: nullus-
que ei audet prodere: tandē mina-
ti pertaciturnitate supplicium:
uerum quod erat ei indicauerunt.

et ingemiscens ait. Fas non erat ut deus lumen scelera mea lateret. Quamvis o corpus improbum maneat tuque animam dampnatam detinebis. Utinam non paulatim sanguinem meum eis libem. totum simul accipiant. et his dictis expiravit. De tirannide regis alexandri.

Quo mortuo uxor eius quia prolem ex eo non susceperat fratres viri solvit a vinculis. maiorem natu alexandrum regem constituens qui cognominatus est ianneus. qui etiam modestia preferre videbatur. qui fratrem secundum interfecit quia regno aspirare videbatur. Tertium secum vivere coegit privatum. duxitque uxorem nomine alexandram. que et salina dicta est. hic adeo fuit nequissimus quod in .vii. annis circiter .l. milia seniorum interfecit quia facinora eius detestabantur. Cumque offensus esset populo. munivit sibi palatium intrinsecus que baris dicebatur. super quod postea anurat est turris quia eam iudei deservierant. cum defendi posset a duobus ab omni inventute. Adeo autem offensus fuerat iudeis ut semel percunctaretur ea quo nam pacto eos sedare posset. responderent si moreretur. Ob hoc in plateis ierusalem suspendit octingentos viros uxoratos. uxoresque eorum et liberos necavit. Cumque quievisset a preliis et quartanis febribus frangeretur morbum ex otio natum putans intempestivis laboribus multum se reddidit. et tricesimo octavo regni sui anno mortuus est duos relinquens filios. hircanum et aristobolum. Sciensque suos filios pro patre iudeis odiosos uxorem suam dissimillimam iudeis prefecit. que sub viro benivolentiam populi sepe comparaverat tirannidi ipsius sepe resistens. etiam simulatam religionem in habitu preferebat. De regno alexandre et filiis eius. hyrchani et aristoboli.

Que dum regnaret hircanum primogenitum pontificem declaravit. eum futurum regem indicans quia modestus erat. Minorem vero aristobolum eo quod fervens animi videretur. privatum vivere coegit. Eo tempore orta est invidia heresis phariseorum de quibus post cum aliis sectis explicabitur. quorum consilio utebatur in omnibus alexandra. ita ut eorum consilio optimates quosque iudeorum aut exilio dampnaret aut interficeret. Denique diogenem qui alexandro fuerat amicissimus occidit. Alienigenarum quoque duos sibi conflaverat exercitus. ut in iudeos tuti debacaretur. Primi multi ad aristobolum confugerunt. cuius patrocinio tuerentur. Nono autem regni sui anno egrotavit alexandra et aristobolus collecta plurimorum manu se pro matre regnaturum declaravit. Ob hoc incitata querelas hircani mater coniugem aristoboli cum filiis in custodia recludens obsides accepit. ne regnum sibi aristobolus usurparet. His eisdem temporibus ingur-

·xxviii·

ta contra romanos dimicans amarıo et silla captus est. Rome ars rethorica cepit haberi. edocta a plociogallo. Lucretius poculo amatorio in furorem versus: per intervalla insanie aliquos libros conscripsit. tandem se interfecit.

De multiplici discordia fratrum.

Eandem tua aristobolus collecto exercitu contra fratrem movit arma. Cumque congressi essent fratres in campis iericuntinis: victus hircanus fugit in ierusalem. Tandem ea lege in concordiam redierunt. ut aristobolus regnaret. hircanus vero sub eo quibus liber fungeretur honoribus. Domos etiam permutaverunt. Erat tamen cum hircano antipater idumeus. cuius prudentiam et strenuitatem. timens aristobolus: calumpnias ei pretendebat. Hic persuasit hircano ut se dolo circumventum quereretur. Et ut ad aretham regem arabum confugeret. et auxilio rediret in regnum. Nocte ergo egressi venerunt ad regem arabum. in opidum quod petra dicitur. ubi sedes regni erat. Itaque collecto exercitu. aretha venit in iudeam. et obsedit ierusalem. quam et cepisset. nisi dux romanorum scaurus: solvisset obsidium. Iam enim siria defecerat habere regem. facta romanis tributaria. Missus que erat pompeius a romanis contra tigranem regem armenie. et ... scaurus miserat presidem sirie. Qui cum audisset dissensionem fratrum in iudea: ratus tempus esse quo de facili iudeam poneret sub tributo: in manu valida fines intravit iudee.

ad quem legati a fratribus utrimque venerunt. auxilium ei hinc et inde postulantes. Corruptus autem scaurus. ccc. talentis missis ab aristobolo. quod proprium esse romanorum ioseph testatur: ad arabas legatos mittit romanorum et pompeii nomine interminans nisi ab obsidione recederet. Recedens ergo aretha hircanum et antipatrem philadelfie collocavit. qui frustrati spe arabum in adversarium spem suam contulerunt. Cumque pompeius damascum venisset: cum multis muneribus venerunt ad eum orantes: ut violentiam aristoboli dignam odio iudicaret. et hircanum restitueret regno. Sed nec aristobolus sibi defuit corruptione scauri fretus. Cum autem pompeio honorem et regium non exhibuisset et indignans in salutato pompeio recessit. et recepit se in alexandrium: propter inexpugnabilem opidi munitionem. Quem collecto romanorum siriorumque exercitu insecutus est magnus. iussitque ut de opido ad se descenderet, hic sicut quasi per imperio vocabatur: decrevit potius periclitari: quam parere. Consilio tamen suorum discedens ab opido. relictis ibi custodibus: precepit ut non nisi manu sua scriptis epistolis obtemperarent. Abiitque ierosolimam quem statim insecutus est magnus. alacer factus circa iericontam quoniam mercatus sibi nuntiata vel pinguissima idumee regio et palmarum plurimum et balsamum nutrit.

Cuius incisio lapidib; acutis ro
bore: stillantem lacrimam ex uul
neribus colligit. Quod Pompeius ierl'
sibi tradita: templum expugnauit.

Cumque ierosolimam
properaret: aristobolus occur
rit ei territus, pecuniam pollicens
que erat in alexandro sequestro: decreto
romanorum parariturum imperio.
Sed nichil horum effectum est. Mis
sum enim gabinium ad reci
piendam pecuniam: custodes non
in opidum receperunt. His mo
tus pompeius aristobolum in cu
stodiam collocat. Cumque ob
sedisset ierlm: orta est dissensio
in urbe. Nam fautores aristo
boli urbem tueri. factores hirca
ni romanis eam tradere conten
debant. Sed iuncta pars aristobo
li in templum concessit. receptusque pom
peius in urbem: templum expug
nauit. Cumque septentrionalem
uallem aggeribus impleret: labor
esset imperfectus. non obseruatis .vii.
diebus quibus operari iudeis fas non
est. aggerem fieri precepisset. Men
se autem tercio. fanum irruptum
est. faustus autem cornelius sille filius
primus ingredi ausus est. Etiam
irruentes romani prophanaue
runt templum. et ut alibi le
gitur equos in porticibus stabula
uerunt. Quamobrem traditur
nunquam de cetero pugnasse
ponpeium quin uinceretur. qui
actenus fuerat fortunatissimus.
Postero autem die ingressus tem
plum ponpeius: admiratus situm

et ornatum templi et religionem
nichil inde tulit. precepitque edi
tuis ut a sordibus mundarent
templum. Cumque imposuisset ie
rosolimis tributum. hircanoque pon
tifice declarato: aristobolum cap
tum duxit. duosque filios eius alexan
drum et antigonum cum totidem fili
abus romamque proficiscens properabat:
sirie et iudee amministratione
scauro commissa: relictis secum du
abus choortibus. De diuisione iu
dee in penthartchias.

Alexander uero filius aristobo
li ex itinere fugit. qui collec
ta magna manu iudeam perlaba
tur. et hircano imminebat. Obtine
bat autem munitissima loca alexan
drium et hircanum et macheron
ta. Missus autem in siriam gabi
nius: ut scauro succederet. sub
quo et marcus antonius mili
tabat. qui cum in alexandrio
obsedisset alexandrum consilio ma
tris sue alexandre tradidit ei et ca
stra que gabinius consilio eiusdem
mulieris funditus euertit. ne al
terius belli fierent receptacula.
Palpabat autem mulier gabini
um obsequiis, uiro suo et ceteris
captiuis metuens. qui romam fue
rant adducti. Post hec gabinius
cura templi hircano mandata:
gentem iudeorum in .v. conuen
tus diuisit. quasi per penthartchias
iudee frangens superbiam. Eo tem
pore fuit antipater amicissimus
gabinio et maxime marcho an
tonio. adeoque claruit quod data est

et uxor neptis regis arabum ci-
pris nomine. Qui sustulit ex ea .iiii.
filios et filiam. Primogenitus fu-
it phaselus. Secundus herodes qui post
dictus est ascalonita. Tertius iosippus.
quartus feroras. Filia dicta est saloma.

De fuga aristoboli et capta eius cap-
tiuitate.

Post hec casu e-
lapsus est roma aristobolus. qui
magna manu iudeorum confla-
ta alexandrum muro recinge-
bat. Ad quem debellandum missus
est a gabinio antonius. captusque
iterum aristobolus cum filiis roma
perductus est. Illum quidem senatus
in custodia cohibuit. filios autem
in iudeam remisit. quia gabinius
eos se recepisse spopondisse. uxori
aristoboli pro castellorum traditione.
Post cum gabinius apud egyptum
detineretur. alexander filius ari-
stoboli iudeos iterum ad dissensi-
onem reduxit. Sed rediens gabinius
et pacem fecit et hircano pontifici-
um confirmauit. Quo mortuo
missus est preses sirie crassus. ut
etiam reprimeret parthos qui iam ro-
manis imminebant. In sumptus
uero pretorie militie. omne fere aurum
tulit de templo. et quibus pompeius
abstulerat duo milia talentorum.
Ob hoc auro in os infuso interiit.
Cui successit preses sirie cassius. qui
in omnibus consilio antipatri utebatur.

De reditu aristoboli in syriam et eius morte.

Eo tempore factum est discidium inter romanos pro pom-
peio et iulio cesare. Cesar autem
post senatus et pompeii fugam
transmare ionium urbe omnibusque ro-
maque potitus. solutum aristo-
bolum cum duabus cohortibus in
siriam misit. facile per hunc
iudeam posse sibi subici ratus.
Sed spes cesaris frustrata est. Nam
a studiosis pompeii ueneno periit
aristobolus. Seruabaturque corpus
eius melle conditum. prohibita sepul-
tura donec iussu antonii in
monumentis regalibus sepultus est.
Occiditurque filius eius alexander an-
tiochie a scipione securi percussus
secundum pompeii litteras. accusatione
pro tribunali prius habita super his que
in romanos admiserat. Solus
autem superstes antigonus cum
sororibus suis ad quendam ptholo-
meum mannei filium qui sub libano
morabatur confugit. Acceptique
ptolomeus minorem sororum
uxorem alexandram nomine. Ergo qua-
ut quidam tradunt suscepit
lisaniam abiline pro tetrarcha.

Quod antipater in gentes ce-
saris transiit.

Post hec factum est prelium
in emathia cui interfuit
antipater et sub pompeio iudei.
Qui cum rediisset in iudeam. timens
cesaris impetum. liberos suos ad
arabas cognatos eorum transmi-
sit. Mortuo autem pompeio. an-
tipater in clientelam cesaris
se contulit. Misit autem cesar
mitridatem pergameum ad expug-
nandum pelusium mittens cum
eo incolam libani ptolomeum

et antipatrum cum tribus milibus iu-
deorum, ubi uirtus antipatri plu-
rimum enituit. Namque et murum
primus transcendit. Etiam m̄phritas ad
obsequendum cesari: prudentia
sua inclinauit. Et inito prelio cum
ceteris egyptiis pluribus occisis toto
perfossus corpore preter spem seruatus
est ex prelio. Habitaque uictoria suo-
rum factorum apud cesarem mutilatem
testem habuit. Marcho etiam anto-
nio in pluribus eum commendante fac-
tus est amicus cesaris. Cui cesar
romanam ciuilitatem simul et immu-
nitatem donauit. Eiusque gratia pon-
tificatum confirmauit hircano.

Quod antipater procurator iu-
dee creatus est.

Eo tempore antigonus anti-
patrum et hircanum crimi-
nabatur apud cesarem. Dicens eorum
consilio patrem suum et fratrem in-
terisse. Ad hec antipater ueste proiecta
multitudinem uulnerum demon-
strans. Ubi non opus esse dixit. Cum
cicatrices se tacente clamarent
ipsum fuisse fidelem romanorum.
Cum antigonus filius fuisset fugi-
tiuorum. Nullus enim ipsum a pom-
peio quo adduceretur potuit auel-
lere nec modo a cesare quisquam eum
esset auulsurus. Tunc cesar cuiuslibet
dignitatis sub pontifice in iu-
dea dedit antipatro optionem. Qui
remissa dignitatis mensura in ce-
sarem procurator iudee declaratus
est. Impetrauitque ut euersa patrie me-
nia renouare sibi liceret. Reg-
num quoque concessit hircano. Ita

tamen ne rex uocaretur. Sextum etiam
cognatum suum cesar sirie prefecit.

Quod herodes factus est preses ga-
lilee et princeps milicie sub preside
syrie.

Post hec antipater filium
suum maiorem phaselum
ierosolimis sub se procuratorem sta-
tuit et herodem galilee prefecit. Qui
cum non strenuus esset: principem latro-
num ezechiam cum sequacibus eius in-
terfecit. Adeoque terram quietam reddi-
dit. ut publice herodes pater gali-
lee cantaretur. Phaselus quoque
indolentiam fratris bona emulatione
superare temptabat. Ob hoc quasi pater eorum
obsequiis regalibus agitur colebatur.
Non propter hoc tamen minus fidelis fuerat hir-
cano. Verumtamen fieri non potuit ut liuo-
rem in bene gestis quisquam effugiat.
Erant ergo qui dicerent hircano quod
antipatro et filiis eius rebus traditis: ipse
uacuo regis nomine sederet. His accen-
sus paulatim hircanus: causam dic-
turus herodem iubet accersiri. Qui mu-
nita prius galilea ad regem properabat.
ferens secum secreta epistolam: precipi-
entis hircano ut herodem ab omni
crimine et pena liberaret. Hec multo
post factus est herodes princeps milicie
syrie. et tantam iniuriam prouincie uocati-
onis. herodes uindicasset in hir-
canum. nisi pater eius et frater impetum eius
fregissent.

De morte iulii cesaris. et signis.

Eo tempore dolo
bruti et cassii. occisus est ce-
sar. cum per triennium et menses .vii. te-
nuisset principatum. Fuerat quippe im-
peratum rome a romulo sub regi-
bus annis .cc.xlvii. post sub consulibus

uindicatio

res acta ē annis. ccc. lx. iiij. Obiit autē cesar anno sue etatis. lvi. corpusque pro rostris combustum ē. Statuit autē populus in foro solidā columpnam numidici lapidis. xx. pedū super quam tumulatus ē que et uilta dicta ē. Centesimo die ante mortē eius fulmen cadens super statuam ei in foro. et de noīe eius sub scripto. c. litteram capitalem abrupit. Nocte precedenti diē obitus sui fenestre talami ei cum tanto strepitu aperte sunt: ut exiliens a strato ruituram domū extimaret. Eo die ē ad capitolium iret. date sunt ei littere indices imminentis mortis que dum referretur occisus. in manu ei inuente sunt: nondum solute. Die sequenti apparuerunt. tres. soles mouente. Qui paulatim in unū corpus solare redacti sunt. significantes quod dominium lucii. antonii. et marci antonii. et augusti. in monarchiā rediret. et potius quod noticia trium dei. et uni. toti orbi futura immi nebat. bos quoque aranti: locutus est dicens. Inbreui magis deesse hominēs quam frumenta. Quod herodes adhesit cassio.

Post hec cassius uenit in siriā. et per idem pres sidat: colligensque exercitum contra augustum adolescentē et marcū antonium. vii. talenta a iudeis exigebat. Primū autē herodes de galilea. c. ferens talenta fauorē cassii meruit. morā aliorū indigne ferentis. Prefectus ē etiā herodes ē cassio ad plurium. quod et adepta uictoria: regnum iudee pollicebatur. De morte

antipatri uindicata per herodem.

Erat eo tempore cum hircano quidam de amicis noīe malic. aspirans ad sacerdotium. Cumque decreuisset hircanū ueneno appetere statuit prius appetere antipatrum. inmemor beneficiorum ipsi. Suscepto itaque ueneno per ministrū mortuus ē antipater. Malic uero cū de morte ei suspectus haberetur: coram herode in multis se excusabat. Conquestus autē herodes per epistolam de morte patris apud cassium. rescriptū ipsi accepit: ut dolū dolo uindicaret. Scripsit autē cassius tribunis ut in iusta causa herodi opē ferrent. Uocauit itaque herodes hircanū et malicū ad cenā. qui cum irent circumseptum malicū tribune interfecerunt. hircanus autē stupore dissolutus concidit. Uixque recepta aīa percunctabatur herodē: quis malicum occidisset. Cumque unus respondisset cassii preceptum: ait. Me et patriam cassius seruauit incolumē. amborum insidiatore perempto. Non multum post ē exstaret herodes damasci. felix malici frater. ultionē fratris mouit arma. contra phaselum. fultus hircani consilio. Cumque conualuisset herodes hircanū aggredi attemptabat. Sed per affinitatē redierunt in concordiā. Habebat quidē herodes uxorem noīe dosidē. sed ignobilem de qua et antipatrum susceperat. Sed duxitque marianē neptē hircani. ē etiā amore accendit se et fratres ē prosecutus. De uxoribus herodis et liberis.

Habuit sique herodes uxores.

ex ex quarum .vii. numerosam suscepit sobolem. sed de his paucos numerare sufficiet. Primogenitus est antipater ex doside. Alexander et aristobolus ex marianne. archelaus ex mathaca samaritide. Herodes antipas qui post tetrarcha fuit et philippus ex cleopatra ierosolimitide. Quod herodes et phaselus tetrarche iudee facti sunt ab antonio.

Sed ubi cassio in philippis interfecto cesar in italiam, antonius in siriam discesserunt. iudeorumque optimates phaselum et herodem apud antonium accusabant. quod rerum summam ui possiderent. nomen tamen superesset hircano. Herodes autem muneribus placauit antonium. reuocans ei in memoriam patris sui. antiquam esse familiaritatem. Cum autem denuo antiochie a .c. uiris iudeis accusarentur. astante etiam hircano percunctabatur hircanum antonius. quinam rebus gerendis essent aptissimi. Cumque herodem et fratres eius aliis pretulisset. hilaratus antonius eos de procuratoribus iudee tetrarchas declarauit. Abeunte autem antonio romam. pacorus rex parthorum in manu ualida eufraten transgressus est. Ad quem lisanias antigoni nepos descendens. filius tholomei ex alexandro ut supra dictum est pollicitus est talenta .m. et uirgines quingentas ut antigonum in regnum induceret. Acceptis itaque a pachoro multis milibus parthorum antigonus ierusalem expugnabat. et phaselus quidem muros. Herodes domum regiam custodiebat. Sed cum intus sub urbem antigonus in diebus pentecostes. et in foro dimicatum esset. Cum autem de pace tractaretur. antigonus pacorum regem arbitrum in dolo deposcebat. Egressus est ergo hircanus cum phaselo et antigonus ad pachorum properantes. Herodes noluit cum eis descendere suadente marianne ut nunquam fidei parthorum fidem haberet. hircanus uero et phaselus in itinere a parthis comprehensi sunt. Quo accepto herodes nocte ad idumeos contribules suos confugit. Premisit siquidem uxores et liberos et uniuersam supellectilem suam. Et ipse subsequens impetum sequentium sustinebat. Grauiores autem parthis iudeos in fuga expertus est. Cum quibus sexagesimo a ciuitate stadio dimicauit. ibidem ob incredibilem uictoriam castrum munitissimum postea firmauit. quod herodion dixit. Dimissis autem uxoribus et liberis in opido massada. sub custodia fratris sui iosephi. in petram ciuitatem arabum perrexit. Parthi uero non solum antigonum restituerunt in regno uerum etiam phaselum et hircanum uinctos ei tradiderunt cruciandos. At ille hircani auriculas dentibus truncauit. ne quando mutatis rebus solutus pontificatum reciperet. Ab integris enim sacra celebrari oportet. Phaselus uero uir uirtute preuentus est. qui cum nec ferri copiam. nec manus liberas haberet. ad saxum fracto

Et mortuus est. Josephus uero refert eum ad partos missum.

capite expirauit. Cognito quidem quod herodes euaserat ait se equanimiter mori. quia ultorem uiuum relinqueret. De hircano sunt qui dicant. quod medicus ab antigono sibi missus. in auriculas eius uenenum pro medicamento infudit. et diu habitum ludibrio.

Quod herodes rome coronatus est rex iudee.

Herodes accepta morte fratris: romam properabat. nec hiemis asperitate retentus est. circa panphiliam fracta naui et in rodo reparata. romam profectus est. Primoque causam uie exposuit anthonio. qui miratus eius casum et misertus est. senatui persuasit: ut herodem regem iudee declararent. Coronatus ergo herodes augusto et antonio hinc et inde astantibus: in capitolium ductus est. Ubi et decretum senatus super hoc factum repositum est. Remissus est in iudeam herodes. duoque principes cum eo. uentidius et sylo. qui eum in regno collocarent. Cum ergo uenisset in galileam. sylonem antigonus mercede corrupit et postea congredi aduersus antigonum differebat simulatis occasionibus. Cumque tandem obsedisset ierusalem: romani tum propter hiemis asperitatem tum propter inopiam uictus ab obsidione discedentes. in idumea et galilea hiemabant. non tunc tamen herodes ociosus erat. sed latronum multitudinem persequens. etiam in cauernis eos suffocabat igne. Inter quos erat senior. vii. filiorum pater. quos ipse occidit in hunc modum stans in ore spelunce. singulos nominatim euocabat. et prodeuntem quemque filiorum trucidabat. nouissime et uxorem. tandem se confossum uulnere super mortuos misit.

Quod herodes pulso antigono positus est in throno regni in ierusalem.

Eo tempore circa athenas morabatur anthonius. et iam amore cleopatre tenebatur: ad quem properabat herodes super dolo sylonis querelam facturus. Interim autem et iosippus ut aliquid preclare faceret contempto herodis imperio contra antigonum dimicauit. et uictus decapitatus est a papio principe milicie antigoni. truncum autem antigonus calcaribus libare inhumaniter aggressus est. Cum autem accepisset antonius dolum sylonis: misit sosium cum herode in manu ualida. Qui ueniens in iudeam. occurrentem sibi papium uicit. caputque eius herode fratri suo. in solatium fratris occisi transmisit. Tandem. v. mensibus obsessa ierusalem cum in. vi. romani irruerent in eam nulli parcebant etati. licet herodes rogaret ut parcerent. Antigonus quoque descendens ad pedes sosii prostratus est. Quem non miseratus sosius. sed irridens antigonam appellauit et in uincula coniecit. Cum autem omnis multarum multitudo ad uisenda sancta et fanum spoliandum incitaretur. refrenabat eos herodes acriorem se quam si uictus fuisset fore dicens uictoriam. si quod iudeis nephas esset:

culpa sua uisum fuisset. Inuche-
batur quoque insolitum si uacue fra-
tris et opibus ciuitate solitudi-
nis se regem relinqueret. de suis autem
facultatibus mercedem singulis se
daturum firmauit. Cumque promis-
sa complesset. sosius aurea antigo-
ni corona deo dicata. uinctum
antigonum ducens antonio
remeabat. Quem antonius securi
percussit. Confirmatusque est herodes
in regno iudee. iiii. anno ex quo
rome diadema susceperat. Iam est quod
quinque plures. quinque pauciores an-
ni regni herodis leguntur. Trans-
latum est itaque regnum de iudea
ad alienigenam imminente
christi aduentu. Audiens hircanus
herodem regnantem rediit in iu-
deam et in pristinum gradum resti-
tutus est. excepto quod non ministrabat.

De morte mariannes dolo sa-
lome.

Facta est autem dis-
sensio inter mariannem
et sororem herodis salomam. hec
illi mendacium. illa huic igno-
bilitatem. obiciebat. consilio uero
sororis: herodes hircanum dolo
occidit. eo quod sibi regnum deberi:
hircanus diceret. In solatium autem
mariannes ionathan fratrem eius
cum esset. x. et vii. annorum pontifi-
cem ordinauit. etiam dosidem
cum filio antipatro ad petitio-
nem mariannes a ierusalem expu-
lit. sed tamen sollennitatibus ad
adorandum eis ascendere ierosoli-
mam permittens. Et contra saloma
suggerente occisus est et ionathas.

eo quod ad regnum uidetur aspira-
re. Cumque accusaret saloma
mariannem de adulterio addi-
dit quod expresse imaginem suam
miserat antonio ut ad amorem
suum eum incitaret. Quod ut cog-
nosceret herodes properauit ad an-
tonium marianne sub custodia
uiri salome collocans tradita ei tra-
dens insignia. sub quibus si nun-
tiatum ipsi foret marianne occi-
deret. Dumque moram faceret herodes.
uir salome que sibi fuerant imperata:
mariamni reuelauit. Reuerso
autem herode uxor cum in sinu eius
dormiret. cum lacrimis que de mor-
te eius imperauerat indicauit. Ha-
liensque astratis herodes. sciscita-
batur a sorore. dormiuit ne uir tuus
cum marianne? Que ait. Dormiuit. Sta-
timque mariannem occidi fecit et uirum
sororis. Verum de morte uxoris quam
super modum diligebat indoluit adeo:
ut tamquam lunaticus ebrius in amentiam uerteretur.
Cum autem conualuisset antipa-
trum cum matre reuocauit. filios
autem quos de marianne sus-
ceperat alexandrum et aristobolum
romam misit. liberalibus artibus
instruendos. Quod augustus ad-
didit regno herodis traconiti-
dem et itueam.

Post hoc commissum est prelium
apud actium inter augustum
et antonium. cui non interfuit
herodes missus ab antonio contra
regem arabum ad petitionem
cleopatre: ut quilibet eorum uictor:
ipsa regnum ipsi optineret. Morte

enim regum orientalium iam ꝑ
moliebatur. ut per se ipsa regnaret.
Uiq; hodem offensum antonio
reddere moliretur. nec efficere ualet.
tn̄ iericontinam terrā palmar
et balsami feracē in sui d'nium
iam transtulat. Victo g° antonio
ē augustus rodo͂ ueniss; n̄ re/
putaret antonium uictum ē
sup eēt. Hodes p'cius occurrens ho/
des deposito habitu regio in/
cultu priuato stetit ante cesarē:/
7 ait. Fateor me fuisse utilē an/
tonio et fidelem q̄d ꝯpt' fuis/
ses ab actio si affuissem. Ver ñ
oīo. defui frumta et auxilia
mittens ei. nec m' deserui si m'
adolescens occidiss; cleopatrā odij
uīri fomitē. Una g° ē uicto uic/
tus sum. coronāq; ē fortuna de/
posui. ad te aute ueni. spē salu/
tis de u'tute ꝓsumens. Ad h cesar.
īmo saluꝰ esto. et nc̄ regnato ꝑq.
Meritus es ut plures regas. ē a/
micitiam tanta fide tuearis. Recte
fecit antoniꝰ qui magis cleopēe
paruit q̄m t'. Te enī lucri sumꝰ:/
ꝑꝑ amicitiā. Expiat q; t' bn̄/
facē: ut ñ q̄ras antonium. Cū
aūt ꝑparet augꝰtus in egiptū nos
solum impluit ut' hodis exitu/
ir. uer etiam in deserto eunti
et redeunti ꝯcitiuit. ita parauit
necccia. ut nec aq̄ꝝ copia deēet:/
ñ q̄q'm utensiliū ita ut mira/
retur cesar. Mortuis g° cleopat'.
et antonio. modicū ēē regnum
herodis romani ꝯclamabant.
Ob hoc augꝰꝰ eum restituiss; pa/

rem regni. q̄m abstulat cleopatra.
ꝯtradidit ei traconitidē 7 tur/
eam. totāq; maritimā usq; ad
pirgū stratonis. q̄m p° in hono/
rem augusti cesarēm appellauit.
Edificauit aūt in ascalone domū
regiā: et deinceps agnominatꝰ
ē ascalonita. Natione enī ydu/
meꝰ fuit ex p̄re. arabs: ex m̄re.

Dedit q; ei ~~De hodianis.~~ De hodianis.
cesar. cccc. galatas. satelli/
tes. stipatores. cleopēe inmanes
et sanguis humani auidos. Qui
ē p° eleuthri dicentur a flumine eleu/
to superioris galatie sup q̄ oriun/
di fuerant: de certo hodiani dic/
ti sunt. Cum aute fecisse p° in/
ierl'm turrim q̄ d'r turris dd q̄ uoca/
uit antoniam fec et nc̄ aliā q̄
uocauit agrippinā. q̄ cesare. enī
amabatur post agrippā. et ab
agrippa p° cesarē. Posuit 7 aq̄lā
auream sic speciosam portam
t'pli in m̄si pondis. in honorē
romanoꝝ. iudeis id ege ferenti/
bz. fecitq; 7 hodion in quo et
sepultus ē. 7 phaselū in memo/
riam f'ris. reparauit samariā q̄
et sebasten noīauit. ubi 7 t'plū
maximū cesari dedicauit ali/
ud etiā templum circa iorda/
nis fontē candido marmore
cesari posuit. Pr's non erat
idoneꝰ regni locus. que uacuū
honore cesaris relinqueret. An/
no q; . xv. regni sui t'plum
dn̄i magnifice decorauit. nec
solum in regno suo. uer 7 in
adiacentibz ciuitatibz memo/

[C]rialia sue libertatis. 7 industrie o-
pa reliquit. Fecit etiam cesare-
am palestine in qua stratonis turris.
in qua contra aduentum cesaris.
augusti portum de candido mar-
more construxit. in qua postea a petro
episcopus creatus est centurio cornelius.

De offensa herodis in filios.

Post hec redierunt a studio
filii eius 7 erat alexander
patrimonii portator. quorum unus fili-
am salome amite sue duxit uxo-
rem. Alter filiam regis capadocum.
Iamque licentius de successione regni
cum patre disceptabant. Ob hoc
offensus pater antipatrum illis preponere
satagebat. In testamento quoque aperte
iam filiat successor declaratus.
Post in predicti fratres de morte patris oc-
culte tractabant. quod presentiens pater
a se eos reiecit. Hii uero romam
nauigauerunt. ut patris iniuriam
deferrent ad cesarem.

.cxcvii.

dominus dni nostri

Incipit euangelica hystoria de conceptione precursoris.

Fuit autem in diebus herodis regis iudee effluxis annis regni eius .vii. xxx. sacerdos nomine zacharias de uice abia. et uxor eius aaronita helizabeth. David enim ampliare volens cultum dei .xxiiii. instituit summos sacerdotes. quorum unus tamen maior. qui dicebatur princeps sacerdotum. Statuit autem .xvi. uiros de eleazar. et .viii. de ythamar. et secundum sortes dedit cuique ebdomadam uicis sue. Habuit autem abias octauam ebdomadam. de qua genere zacharias. cum in die purificationis incensum poneret: predixit ei angelus nasciturum sibi filium de uxore. Qui considerans sterilitatem uxoris et utriusque senectutem non credidit. et ob hoc obmutuit. usque ad diem partus. Nomen quoque pueri et magnificentiam cum abstinentia ei indicauit. Concepit autem helizabeth et occultabat se mensibus .v.

De conceptione saluatoris.

Mense autem .vi. missus est gabriel in nazareth ad mariam uirginem desponsatam ioseph. Cumque ea salutata dixisset eam pariturum ihesum filium altissimi. Quesiuisset quoque quomodo fieret. cum se non cognituram uirum in animo nouisset. nisi aliter deus disponeret. Addidit angelus non de uiro. sed de ope spiritus sancti concepturam. Etiam helizabet cognatam suam concepisse ei indicauit. Permixte enim erant sacerdotalis tribus et regia. Nam et aaron uxorem huit de iuda helizabet sororem naason. et ioiada pontifex iocabet filiam regis ioram. Et ait maria. Fiat mihi secundum uerbum tuum. Et statim conceptus est christus de uirgine. plenus homo in anima et carne. ita tamen quod lineamenta membrorum humanis uisibus discerni non possent. Creditur autem fuisse conceptus .viii. kl. aprilis. et reuolutis .xxxiii. annis: eadem die crucifixus est. Ideo autem hec sola tribus scilicet leuitica aliis permiscebatur: quia nulla in ea erat possessionum confusio. cum tribus leuitica sortem non haberet inter fratres.

De ortu precursoris.

Exurgens autem maria abiit in ciuitatem iuda. Iuda nomen est regni non tribus. Ierusalem enim in tribu beniamin erat. P quam forte transiuit ad oppidum in quo dicitur zachariam habitasse .iiii. miliario a ierusalem. et ibi natum iohannem. et legitur in libro iustorum. quod beata uirgo primo eum leuauit a terra. Et cum salutasset elizabet exultauit infans in utero eius. Et cum matrem domini sui et beatam elisabet eam prophetaret: edidit maria canticum leticie domino dicens. Magnificat et cetera. Ma

sit autem beata maria ibi mensibus tribus ministrans cognate sue donec pareret. Et tunc rediit in domum suam. Octaua autem die est circumcidetur puer. et uocarent eum nomine zachariam. at mater. iohannes est nomen eius. id ipsum scripsit et pater. sumpto pugillari. est autem pugillaris. l. tabella que pugno potest includi. l. calamus scriptoris. et apertum est os zacharie. et prophetans: canticum fecit domino. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu. et erat in desertis usque in diem ostensionis sue ad israel. Reuertens autem nazaret: inuenta est a sponso in uiro [?] habens de spiritu sancto. Qui nolens eam traducere in coniugem: occulte uolebat eum dimittere. In somnis autem amonitus est ab angelo ut acciperet eam in coniugem. et ne suspicaretur adulterium: conceptum puerum de spiritu sancto indicauit. et ut ihesum uocaret precepit. quia saluum faceret populum suum a peccatis eorum. Ex hoc cognouit ioseph dominum nasciturum qui solus peccata dimittit. Et accipiens sponsam in uxorem: cum uirgine uirgo mansit. Habuit autem uirgo uirum. ne grauida infamaretur. et ut uiri solatio et ministerio frueretur. et ut diabolo occultaretur dei partus.

Et quia hec duo cantica euangelica sunt: ideo exstantes cantamus. Sed hec duo cantica non cantantur in ecclesia eo ordine quo sunt edita. Prius enim cantatur quod secundo est editum. Quia enim in cantico zacharie legitur. et erexit cornu salutis nobis. quod est factum in resurrectione: ideo cantatur in laudibus. Et quia legitur in cantico uirginis. respexit humilitatem ancille sue. ecclesie. s. et ipsi marie. quod quidem factum est in sexta etate. ideo canitur ad uesperas. i. vi. s. officio diurno. Tertium canticum symeonis quod secundum [?] canitur in vii. officio. i. in completorio. quia orat se dimitti in pace: quod erit in vii. quiescentium.

Benedictus dominus deus israel.

De descriptione orbis.

In diebus illis: exiit edictum a cesare augusto. ut describeretur uniuersus orbis. Volens scire cesar numerum regionum in orbe que romane suberant dicioni. numerum etiam ciuitatum in qualibet regione: numerum quoque capitum in qualibet ciuitate: precepit. ut de suburbanis. opidis. uicis. et pagis. ad suam confluerent homines ciuitatem. et magis ubicumque habitarent. ad ciuitatem conuenirent. unde trahebant originem. et quisque denarium nummum. s. argenteum. precii. x. nummorum usualium. unde et denarius dicebatur. presidi prouincie tradens se subditum romano imperio profitetur. Nam et nummus imaginem preferebat cesaris. et superscriptionem nominis. et quia numerus eorum qui censi capite ferebantur. toto determinabatur nummo. et redigebatur in scriptis. ideo professio huiusmodi descriptio uocata est. Hec descriptio prima facta est: a preside syrie cirino. Prima dicitur: quantum ad cirinum. Quia enim iudea

in umbilico nostre zone habitabilis esse dicitur: provisum est ut in ea inchoaretur. et deinde per distantes regiones alii presides prosequerentur. Vel forte prima, id est universalis, quia alie processerunt particulares. Vel prima forte capitum in civitate fiebat a preside. secunda civitatum in regione a legato cesaris. tertia regionum in orbe. coram cesare. Hec primum iudea facta est stipendiaria romanis. Hec descriptio quot annis fieri videtur: quia in evangelio legitur. Magister vester non solvit hoc anno tributum. Ascendit autem et ioseph a nazareth in bethleem eo quod esset de domo david. ut profiteretur cum maria uxore sua pregnante. Si et mulieres profitebantur iungendum est sic: ut profiteretur et maria. Si soli viri: sic est ordo. Ascendit ioseph cum maria.

De ortu salvatoris.

Factum est autem dum essent ibi peperit virgo filium suum primogenitum. non post quem alius. sed ante quem nullus. et pannis involutum reclinavit eum in presepio. quia non erat ei alius locus in diversorio. Difficile enim fuerat pauperibus pre frequentia multorum qui ob idipsum convenerant. vacuas invenire domos. et in quodam transitu qui erat inter duas domos opertum habens: qui diversorium dicebatur: se receperunt. sub quo cives ad colloquendum vel conveniendum in diebus otii. vel propter aeris intemperiem divertebant. Forte ibi ioseph presepium fecerat bovi et asino. quos secum duxerat. in quo repositus est ihesus. Ad quod quidam referunt illud ysaie. Cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui. Et illud abacuc. In medio duorum animalium cognosceris. Et etiam in picturis ecclesiarum que sunt quasi libri laicorum. hoc representatur nobis. Fertur quod fenum in quo ihesus iacuit delatum est rome ab helena. et est in ecclesia sancte marie maioris. Infra basilicam non longe a presepio quiescit ieronimus. paula quoque et eustochium in bethleem quiescunt.

De nativitate domini.

Natus est autem salvator anno regni augusti cesaris xlii. Annos enim xii. qui ante xiiii fluxerant usque ad actium bellum regno augusti continuamus. Anno vero regni herodis xxx. universo orbe pacato: natus est dominus nocte dominice diei. quod si tabulam compoti retro percurras: invenies hunc annum concurrentem v. regularem ianuarii iii. quibus iunctis et sublatis vii: unus remanet. Itaque kalendas ianuarii in dominica invenies. quod occurrit. Nam ea die qua dixit fiat lux. et facta est lux: visitavit nos oriens ex alto. Inchoata est vero secundum quosdam vi. etas in nativitate christi secundum apostolum qui ait. Cum venit plenitudo temporis misit deus et cetera. Secundum alios a die qua baptizatus est et per ipsum vim regenerativam data aquis. Secundum ali-

os á passione. quia tn̄ apta ē por-
ta. et inchoata ē quodam modo
septima quiescentium. Fluxerant
autem ab adam anni. v. cxcvi.
ab abraham. ii. xii. ¶ Ad hec q̄r
kl'da apl' fuit. vi. fer̄ia post mor-
tem ihu in anno eod' seq̄s dies
natiuitatis ei'. fuit in d̄nica. ꝛ
id fuit in anno conceptionis. ꝛ
natiuitatis. de cantico angelorum

Et pastores ꝛ circumcisione d̄ni
erant in regione eadem
uno miliario á bethleem. custo-
dientes uigilias noctis sup̄ gre-
gem suū. Mos fuit antiqui-
oribꝫ in utroq; solsticio uigili-
as noctis custodire ob solis ue-
nerationem. qui forte et ap'd
iudeos ex usu cohabitantiū
inoleuit. Et ecce angl's d̄ni
stetit iuxta illos annūtians
eis natum ēē saluatorē in beth-
leem. Et in signum positum
infantem in presepio nūtia-
uit. Et facta ē cum eo mlti-
tudo anglorum dicentiū. Gl'a
in excelsis deo. ꝛ c̄. Quia p̄ xp̄m
glificatus ē pater. ꝛ pax facta
ē. inter d̄m et hoiem. inter
angl'm ꝛ hoiem. inter iudeū
et gentilem. P hac multitudi-
ne anglorum. t' p̄ g̃ge pastorū
uolt̄ quidam locum illum
p̄phice dictum. turrim g̃gis
ibi. Et ea turris g̃gis nebulo-
sa. cum tn̄ iam p̄umo contexe-
rat. Hoc nom̄ loc' d'. q̄r iacob
pauit ibi g̃gē cum rachel
parturiret. Et transeuntes

pastores usq; bethleem inuene-
runt uerbum q'd factum erat
ad eos. ꝛ qui audiebant mira-
bantur sup̄ his que dicebantur
á pastoribꝫ ad illos. Maria q̄;
conseruabat om̄ia uerba hec
conferens in corde suo. De qua
natus ē. ihc. ut putabatur fili'
ioseph, xp̄ enim g̃natio sic erat.
Prima quidem g̃natio l' con-
ditio hoīs de terra. sc̄da de late-
re uiri. tertia de uiro et femina.
quarta sic erat. ut sine uiro
nasceretur homo de femina.
Unde et appropriata est cum lo-
cutione p̄nomine. xp̄c filius
hominis dict' ē. Prima et sc̄da
g̃natio ruerunt. In tertia: de rui-
na g̃namur. in quarta de ru-
ina suscitamur. Octauo die cir-
cumciderunt puerum. ꝛ declarauerunt
nom̄ eius ēē ihm. q'd impositū
erat ei ab anglo p̄iusq̄m in
utero conciperetur. ¶ Dicitur q'd
p̄putium d̄ni delatum ē ab
anglo karolo magno in templo
d̄ni et translatum ab eo aq̄sg̃ni
ꝛ p̄ea á karolo caluo positum
in ecclia saluatoris apud car-
rosium. de magis.

Tertia decima uero die. ecce
magi uenerunt ab oriente
ierosol. dicentes. Ubi ē qui
natus ē rex iudeorum? Vidim'
enim stellam ei' in ori. ꝛ ue.
ado. eū. Successores fuerunt isti
doctrine balaam. q' stellam
nouerunt ei' uaticinio. ꝛ á mag-
nitudine sciē: magi nūcupa-

ti sunt. Quos enim greci philosophos, persae magos appellant. Venerunt de finibus persarum et caldeorum ubi fluvius est sabba. a quo et sabbea regio dicitur. Quidam tamen non eos magos primo putant dictos. sed postquam dolum herodis per aliam viam revertentes fefellerunt. Crisostomus dicit stellam multo ante tempore visam. quam christus nasceretur. et ita multo tempore de longinquo venerunt. Potuit tamen fieri ut in .xiii. diebus super dromedarios sedentes longa terrarum spatia transmearent. Audiens magos herodes rex turbatus est et omnis ierosolima cum illo. Timuit rex ne quis de semine hircani vel aristobuli natus esset regnaturus. se tamquam alienigena destructo. Turbatur autem civitas. novitate miraculi perculsa. Cumque diligenter disceret rex ortum stelle a magis: ut per eam natalem pueri cognosceret. etiam a sacerdotibus et scribis sciscitabatur: ubi christus nasceretur. Qui iuxta micheam in bethleem effrata nasciturum dixerunt. Bethleem prius dicta est effrata ab uxore caleph que ibi sepulta est. Quam quidam suspicabantur filiam fuisse hur et marie sororis moysi. Postea vero post famosam sterilitatem per qua helimelech cum uxore sua adiit moabitas cum reddita fuisset ei iterum fertilitas (?). dicta est bethleem quod sonat domus panis. Dixit autem rex magis. ut inventum puerum sibi indicarent. ut veniens adoraret

eum. Iam enim dumtaxat animum ad perdendum puerum. Quibus egredientes de ierusalem stella antecedebat usque dum veniens staret supra domum ubi erat puer. Dicit fulgentius stellam tunc creatam notabilem et discretam ab aliis. et in splendore quam lux diurna non impediuit. et in loco. quia neque in firmamento cum stellis minoribus erat. nec in ethere cum planetis. sed in aere vicina terris tenebat vias. et in motu. quia prius immobilis super iudeam. magis signum dedit veniendi in iudeam. Quia se (?) deliberatione sua ierusalem tamquam caput iudee audierunt. Quibus egressis iterum primo motu notabili precessit eos. Quo peracto officio suo: mox esse desiit: rediens in preiacentem materiam. unde sumpta fuerat. Tamen quidam tradunt bedam voluisse quod in puteum bethleemitanum ceciderit. et post in diebus paule et eustochium quasdam virgines deo dicatas eam miraculose vidisse. Quod quia fabulosum estimaverit fratres cum quibus monasticam vitam ducebat: eum a communione sua quamque separaverunt.

De oblatione et nominibus magorum.

Ingressi vero magi domum quam lucas diversorium nominat. obtulerunt puero singuli aurum. thus et mirram. secundum consuetam sabeis oblationem. tamen significantes eum regem. deum. sed mortalem. Nomina trium magorum hec sunt. hebraice appellius. amerus. damascus. Grece: galgalath. magalath. saracin. Quorum

deliberassent de reditu, responsum est eis in somnis ne redirent ad Herodem. Et venientes Tharsum Cilicie, conducto navigio redierunt in regionem suam.

De ypapanti Domini, id est obviatione Symeonis.

Et postquam impleti sunt dies purgationis Marie, tulerunt puerum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino, id est offerendo presentarent. Et dederunt hostias pro eo par turturum et duos pullos columbarum. Insuper redimerunt eum v. siclis argenti. Et erat in Ierusalem Simeon senex qui acceperat a Spiritu Sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini. Et tunc eodem spiritu venit in templum. Et accipiens puerum in ulnas suas, sciens eum Christum, et ait: Nunc dimittis et cetera. Et prophetavit de passione Christi, et ait ad Mariam: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, id est passio Christi ipsius. Non enim absque magno dolore potuit videre crucifigi filium, etsi speraret resurrecturum. Vel ita: animam ipsius que et tua est, quoniam, scilicet, quem tuam diligis, pertransibit gladius. Eadem hora superveniens et Anna prophetissa, et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.

De fuga Domini in Egiptum.

Tunc Herodes videns quod illusus esset a magis. Videns Herodes magos sibi nichil renuntiasse, putavit eos visione stelle deceptos, et erubuisse redire ad eum, et ideo ab inquisitione pueri cessavit. Sed cum audisset que dicta fuerant a pastoribus, et maxime prophetias Simeonis et Anne, sensit se illusum, et de morte puerorum Bethleemitarum tractabat, ut ille quem ignorabat cum eis occideretur. Propterea per admonitionem angeli Ioseph fugit cum puero et matre eius in Egiptum usque ad obitum Herodis. Cumque ingrederetur Dominus Egiptum, corruerunt idola Egipti, secundum Ysaiam qui ait: Ascendet Dominus super nubem levem et ingredietur Egiptum et movebuntur simulacra Egipti. Traditque quod sicut in exitu filiorum Israel de Egipto non fuit domus Egipti in qua Deo percutiente non iaceret primogenitum mortuum, ita nec unum templum fuit in Egipto in quo non corruisset idolum.

De morte puerorum et quare dilata per annum.

Herodes autem dum de nece puerorum disponeret, per epistolam est citatus a Cesare Augusto ut Romam iret accusationi filiorum responsurus. Tamen Iosephus dicit quia Alexandrum filium suum secum Romam traxit et veneni sibi parati reum apud Cesarem postulavit. Et cum iter faceret per Ciliciam, audiens naves Tarsensium magos transvexisse, in spiritu vehementi combussit naves Tharsis, secundum quod David prophetaverat. Cum vero coram Cesare disputassent pater cum filiis, hac lege facta est reconciliatio, ut adolescentes patri in omnibus obedirent, ipse autem regnum dimitteret cui vellet. Nondum tamen suspicionibus liberatus erat. Et ve-

mensis ie[illegible]rosolimam populo con
uocato: tribubus quoque filiis astantibus. et
concordiam fratrum a cesare factam ex
posuit. et se successoris iudicem consti
tutum: ne iudei redditum regnum
ad suos extimarent. Te confir
matus in regno Herodes tamen quam primum
mittens occidit omnes pueros qui
erant in bethleem et in omnibus fini
bus eius a bimatu et infra. secundum tempus
quod exquisierat a magis. primum signa
uisitationis hec est. Ortam didicerat stellam
Herodes. eadem die qua natus erat dominus
et secundum ortum stelle: dominum ihesum
anniculum esse sciebat et in super
aliquot dierum. Ideoque super etatem eius
usque ad bimos et infra et usque ad
unius noctis infantem deseuit in
pueros. Timens pueri (i. transmutatio) morpho
seon. ne scilicet puer cui sidera famula
bantur super etatem suam et infra
faciem suam transformaret. Cri
sostomus dicit stellam apparuisse
per annum: ante natiuitatem domini.
Credebatque herodes tamen etiam do
minum natum fuisse. et sic pu
tabat dominum bimum esse. cum
adiectione paucorum dierum. et
primo occidit pueros bimos. et
deinceps usque ad .v. annos. hic non
minores bimis. et exposuit bi
matu et infra. secundum rationem numeri.
Sicut enim ratione temporis mino
res bimis inferiores sunt eis.
quia post nati sunt. ita ratione numeri
maiores bimis. inferiores sunt
eis. quia pre eos numerantur. Cui
assertioni uidetur facere fidem.
quod quedam ossa innocentium

> quorum maior pars .iiii. miliario a bethleem ad austrum sepulta est.

hunt adeo grandia: ut bimorum esse non
possent. Potest tamen ad hoc dici. quod
longe maioris tunc erant homines quam
modo sint. Consummatio iere
mie et prophetia fuit.

Tunc im
pletum est illud ieremie. Vox
in rama audita est ploratus et cetera.
Rama locus est iuxta gabaa. xii.
miliario distans a bethleem: ubi
fere deleta tribu beniamin propter uxo
rem leuite. pauci superstites plan[x]e
runt mortuos suos. hoc autem in
detur ieremias potius induxisse co
minando quam prophetando. Minabatur
autem tantam imminere ruinam du
abus tribubus. quanta facta fuerat in filiis
rachel. cum plangentium uox
audita est in rama. Tamen etiam prophetauit
de nece paruulorum ut matheus ait.
Et tunc rama non est nomen loci. sed quod
rama excelsum sonat: id est. Ac
si dixisset. Vox in excelso audita est.
Videtur quod debuisse dici lia plorans
filios suos cum bethleemite de iuda
fuerunt. Sed quia beniamin tribus con
termina est iude insinuauit euangelista
multos de beniamin fu
isse occisos. propter uicinia. ad exaggerandum
scelus Herodis. Vt quod rachel iuxta beth
leem sepulta est. miliario uno
a bethleem. in tumulo cuius
iacob posuit .xii. lapides
per[illegible] grandes in signum filiorum
suorum. prophetico locutionis modo dicitur ea
egisse que in loco eius gerebantur.
et noluit consolari quia non sunt. id est
inconsolabiliter dolebat de eo quod
non sunt. id est de eo quod mortui esse de
fierant. Innocentes quidem mar

> Est et rama ciuitas iuxta montem silo.

occisi

tres laxato uocabulo dicuntur.
n̄ quia testes x̄i. s; quia p x̄o occisi s̄t.
quem si non loq̄ndo: moriendo
confessi s̄t. p quo etiam eccl̄ia pro
eis sollennizat. q̄muis descendiss&
ad inferos. Unde et in eoꝝ sollen
nitate. cantica leticie subticent̄.
s. te d̄m lau. ⁊ gl̄a in excelsis. ⁊ p
all̄a quidam dic̄t laus t̄ d̄s. Alii
uero cantent̄ eia. De nece filioꝝ fi
F actum ē au lioꝝ h̄odis.
tem ut q̄m herodes mul
tas orbau̅at filiis. ⁊ ipse suis mi
serabilius orbaret̄. Nam p astu
tiam antipatri. tūn facti s̄t sus
pecti alexand' et aristobol' p̄ri. ob
hoc scripsit h̄odes augusto in
multis accusans filios. Misit autē
august'. saturnium et peanū
legatos cū rescripto ut corā his
duob; coacto concilio p̄cerum.
filios iudicaret. et de eis iudica
ret q̄d uellet. si conuīcē eos pos
s;. audiuit autē hinc ⁊ īn par
tib;. legati illos dāpnandos pro
nuntiauer̄t n̄ tn̄ morte. Tunc
ap̄ sebasten: pater conuertit eos ī
uincl̄a. Conplices uero eoꝝ ap
posuit pater torq̄re. ut ꝯfessioē
eoꝝ certioraretur: si in animā
suam aliq̄d machinarent̄
filii. Confessus ē autē qui[...]dā
multa sibi p̄missa ab [...] alex
andro si patri uenen̄ p[...] p̄ina
ret. Confessus ē ⁊ tonsor deꝑmis
sis sibi munerib; si d̄ ꝑparet p̄ri
barbam eum iugularet. Addi
ditq; alexandrum dixisse. n̄ ēē
spem ponendā in sene. q̄ cand

tingebat: ut uide[...]retur ad
olescens. His cōmot' h̄odes. mis
sis spiculatorib; iussit filios occi
di ⁊ asportari in alexandrium.
et ibi sepeliri. cū alexandro a
uo matrio. De ꝑor testamēto h̄o
T unc in dis ⁊ odio ipi ⁊ antip̄ri.
c̄scripsit testamētum hero
des et antipatrum fut̄m regē
instituit. et herodē qui cogno
minabatur antipas substituit
antipatro. Antipater uero in
tolabile odium ꝑp̄ concepit. cunctis
scientib; q̄d fr̄ib; suis inseruiss;
calumnias. ob hoc pater etiā n̄
recto oc'lo iam eum aspiciebat.
Adh etiam antip̄r molest' erat
patri. q̄d sibi fr̄em substituat.
eo q̄d ad filios ipi' antipatri reg
num transire uoluiss;. Alia nā
q; maior c̄a inuidie orta ē ei in
patrem. Nam pupillos filiorū
q̄s occiderat: paterna dilectione
fouebat. aliis q̄d nepotib; suis
eos coplans matrimonio. Erant
autē sc̄dm iosephum paruuli
relicti de aristobolo h̄odes agrip
pa. qui iacobum occidit gladio.
et herodias q̄m p̄t abstulit an
tipas herodes fr̄i suo philippo.
Timuit g̊ antipater ne ad pu
pillos fr̄m suorū q̄nq; regnū
reuocaret h̄odes. q2 ex p̄te matris
eos contingebat. Cōmouit g̊
ferorum in odium h̄odis. adeo
ut ferorus secederet a fr̄e. ⁊ habi
taret in terra que concessa ē ei
t̄ns iordanem. Ipse uero etiā p̄re
uolente q̄b;dā excogitatis occoni

bz romam pparauit. efficacissimu
uenenum a quadam uenefica a
rabica comparans et apd uxore fero
re reponens. qd mitm dum ipe
ab eet pministrum q condixat
pri ppinaretur. Quod herodes
incarcerauit antipatre insidia
Cum autem an tem uite ei.
tipater rome eet. mortuus e
feroras. Accepitque herodes de ueneno
reposito apd uxorem ferore p an
cillam a dna sua iracude disce
dentem. Itaque euocata uxore fris.
uenenum afferre ea iubet. Illa
uero quasi allatura egressa: de tec
to se pcipite dedit. s; semiuiua
allata ad regem ait. Cum more
retur fr tuus uir mis ait m. Af
fer huc mulier uenenu qd reli
quit nob antipater. neque ui
dente in igne consume. ne ad in
feros consciam fricidii ultricem
feram. Ego uero magnam ei
ptem in ignem fundens: mo
dicum m pp dubios casus 7 q
te metuebam reseruaui. Accep
tis quoque plibz aliis argumen
tis qd antipr in morte pris
grassaretur: herodes eu mate re
uocauit. matremque illi repu
diauit. Cumque filium publice de
pricidio accusasset: psente uaro
pside sirie qui illi diebz ieroso
limam uenerat. posuit eum
incarcerem apd iericota. De
magnitudie morbi herodis
Cumque complices filii que
reret ut eos cu filio pcessi
us puniret suppliciis. gui mor

bo impeditus e. Accedebat 7 senect.
cum annos ia. lxx. natus erat. ani
mumque ei filiorum clades grauit affligeba
bat. Erant autem in ierlm duo so
phiste qs non pauci adolescentu
sectabantur. cu leges exponerent.
his oportunum uisum e. ut rege
tabescente aquilam aurea deicerent.
qm rex sup maxiam porta templi
posuat. cc pacias leges. Qua deiec
ta. rex commot magnitudine su
pat morbum. 7 in contione pcedes
in omis ierosolimitas in iniuriam
hanc refundere nitebatur. s; ad p
ces pp in solos auctores ultus e. Illos
g qui funibz demissis aqlam
conciderant: cum duobz sophistis
uiuos incendit. De hinc uariis
affligebatur langoribz. na febs
n medio cis erat. prurigo intolabi
lis. in omi corpis supficie. Assidu
is colli uexabatur tormentis. pe
des intercute uitio tumuerat. pu
tredo testiculorum tumes gnabat.
Erat anelitus 7 interrupta suspiri
a. que ad uindicta dei ab oibz
referebant. Ipe uero iordanem
transiens. ap calliroen calidis aqs
utebatur. Cumque corps eius oleo
calidiori fouri medicis placuisset:
in archam plena demisum ita
dissolutum e ut 7 lumina qsi
mortuus resoluta torqueret. Tn
ad clamore adstantium respice
uisus e. De noblibus iudis occi
dendis 7 morte herodis 7 nece anti
Cumque redisset iericho patri .
audi ens iudeos mor
tem su am expectantes

Cumque pirinde cu ueneno ptulisset: ex
pirauit.

cum gaudio: ex oī iudā nobliores
iuuenes collectos concludi pcepit
in ypodromo. i. in carcerem circi. pci
piens salome sorori sue ut cū aīā
efflaret statim illos occideret. ut
ita oīs iudā in mortem ī eī inui
ta plangeret. Nuntij uero quos ro
mam miserat redeuntes: eplam
tulerunt a cesare. ut antipatrum in exi
lium daret. ł si mallet morte dā
naret. quo nuntio paululū recrea
tus. cum pomū quo libenter ues

pomū

cebatur petijsset: cultellū quoque ad in
cidendū poposcit. Statimque cum tus
si uiolenta distenderetur. circum

impediret

spiciens ne quis arbitrium impediret. se
percussurus dextram sustulit. sed aciab
consobrinus eī dexteram conti
nuit. statimque ululatus quasi rex
mortuus esset. in regia excitatus ē.
Quo audito antipater exultans
multa pmittebat custodibus ut
eum soluerent. Quod cum accepisset
herodes grauius tulit exultationē
filij quam mortē. & continuo
missis satellitibus: occidit eū se
pelirique fecit in hircano. statimque
mutans testamentum: archelaū
regni scripsit successorem. ita tamen
quod ab augusto susciperet diadema.

De morte herodis & successione archelai.

Post mortē autē filij. v. diebus exactis. Mortuus
ē. xxx. vij. anno postquam a romanis
rex fuerat declaratus. In aliis for
tunatissimus. in rebus domesticis
infelicissimus fuit. Salome uero quos
occidi manda[...]uerat ab
soluit. Sepelitque [...] eum ar
chelaus in herodium. iuxta ipsius man
datum. nil regij ornatus infu
neris pompam pretermittens. Sep
tem autem diebus in lugendo patre
consumptis. eplisque ferialibus populo p
lixe exhibitis: qui mos iudeorum
ob expensas funerum multos de
pauperauit. candida ueste indu
tus ascendit in templum. uariis
que fauoribus a plebe susceptus ē. se
densque pro tribunali: dixit se etiā a
regis nomine temperare uelle donec
a cesare confirmata foret succes
sio. pmittens quod melior patre in
omnibus appareret. Quo circa alij tri
buta leuari. alij uectigalia tol
li quosdam custodias solui: accla
mabant. Postulatis archelaus
annuens. celebratis hiis hostiis:
erat in epulis cum amicis. **De li
te filiorum corā augusto pro regno.**

Orta ē autem seditio que
in nouis rebus accidere so
let. Plurimi enim sophas pro defen
sione legis occisos lugebant.
omnes fere pontificem quem ho
des pro eo creauerat amouendū
pclamabant. Instanti uero die
azimorum cū turba ab immola
tione prohiberet pontificē: ar
chelaus misso chiliarcho. turbis
eos per se dare temptauit. Cum autem
uulneratum remisissent chiliar
chum. missa quadam manu satel
litum archelaus circiter. iij.
milia occidit. & per uocem preconis
omnes ad propria redire commonens.
neglecta festiuitate omnes abierunt.
Ipse uero cum nicholao et pto

lomeo sectariis patris sui romam
pfectus ē. Salomamq; et filios eı̄
secum duxit. ut ī testamento ex
tremam uoluntatē pris testaren
tur. philippo frē regni pcuratore
relicto. Pfect᷒ ē etiam romā herodes
antipas. ī ut de regno cū fr̄e
frē disceptaret. oratore yreneo p
admoniam dicendi plimum con
fis. Cesar q̄d ascitis optimatibus ro
manorū: pribus psequendi copiā de
dit. Ibiq; tunc primum gaiū ex
agrippa et filia sua natū. filium
adoptiuum sedē iussit. Et fecit ar
chelaus regnum sibi deberi asse
rebat. et etatis merito. et scđi testa
menti uoluntate. Antipas uero
primum testam̄tum debere ser
uari asserebat. q̄d pater qn̄ cōpos
mentis erat inscpserat. Scđm ū
ultim fore. q̄d ipm̄ pater iñitas in
pos fecat. Nam et tū manu pa
se apenetat. Addebat q̄; q̄d arche
laus umbram regni ad cesarem
detulisset. ē ipē corp̄ rer̄ gerendar̄
sibi rapuisset; ptremo q̄ [illegible] minitiā
potestatis sue. xx. ch. occisor̄ sang̃
ne maclauat. Cesar ū responsū
differens scē de cognitis de liba
bat: an aliq̄ regni successorem
constitui opter. Antoni familie
distribuī pncipatum pferti cum
littas uari de syria accepisset. iu
deos defecisse nontiantes. Interim
q̄; mater archelai ūrtua iñiat.

E odem **De .iiii. regibus in iudea.**
E sane tēpore. iiii. reges in
iudea surrexerūt. Nam in idume
a. ii. milia ueteranor̄. q̄ sub herode

militauant: regem creauerūt. Sepho
ri ū galilee. iudas filius ezechie latro
num pncipis olim ab herode capti
diadema sibi inposuerat. Transiu
men q̄; symon quidā ex seruis re
galibus uastitate corpis fret᷒. a latro
nibus rex creat᷒ ē. pastores q̄; q̄ndā p
ceri corpis ↄpastore infinibus iesse re
gem sibi ↄstituerūt. Obhec insinu
anda cesari: missus ē romam a
uaro philipp᷒. Duabus tm̄ inciden
ter de causis ut archelao subueni
ret. et si regnum herodis distribui
placuisset; eius ~~philippi~~ nepotibus:
patem aliq̄m mereretur. Et uenit
cum eo. l. de uiris iudeis honorati.
qui. viii. mil. iudeor̄ rome tū de
gentium scē p̄erūt ad cesarē. An
enim finalē captiuitatem iudei
ūq; dispsi fuerant. et reuiundati p
pticulares captiuitates. Qs ut au
diret cesar inpalatini appollonis
templo sedit cum amicis. Illi ū
tirannidē herodis et filiorū eı̄ in
iudeos explicantes: supplicabant
romanis. ut iudeor̄ reliq̄as miā
dignas iudicarent. et ad ius anti
quum regnū sibi restitui aut
syrie finibus coniungi. aut p ro
manos iudices iudeam amīnistrari.

E o aūt **De simulato alexandro.**
E tēpe quidā natione
iudeus in sydonior̄ ptes oppido
educatus qm̄ simillimꝰ alexandro
herodis filio qm̄ et pater interimat
uenit iniudeā instinctu cuiusdam he
rodis liberti. qui omīs actꝰ regni opti
me sciebat. asserens sibi regnum
debi. tū q̄ maior filius herodis. tū q̄

fr̄e herodis ascalonitis

gepte matris sue mariannes eum
iungebat. Cumque plures iudeorum se
quentes habere romam prexit. Igitur iudei
rome et de gentes: uisendi eius studio
confluebant. Sciscitatusque qualiter uiueret:
aiebat: lictores miseratos fratrem. alios
similes eis morti subiecisse. Aristo
bolum quoque fratrem adhuc uiuentem.
incerta tamen cap. latere. Sed cesar optime
uultum alexandri sciens quod dum
rome studeret puer amasium habuerat:
cum patre quoque post disceptationem pleni
notauerat. similitudinis fallaciam
animaduertit. misitque ladum qui et alexan
drum bene cognosceret. ut ad se iuue
nem adduceret. et uitam sibi pollicens.
si tante fraudis proderet auctorem. Cum
que ille confessus esset se talia simulasse
se adquestum. risit cesar. suasoremque
eius iussit interfici. falsumque alexan
drum propter habitudinem corporis remo
regum inseruit. **De diuisione reg**
ni iudee.

Tandem de consilio
senatus cesar herodis filiis mo
narchiam distribuit. Mediam partem
iudeam. scilicet et idumeam tradens arche
lao. sub nomine tetrarchie. pollicitus
se eum facturum regem: si se dig
num probauisset. Mediam uero partem in
duas secuit tetrarchias. cessitque in
partem herodis tetrarchie regio transflumen.
et galilea. Ituream uero et traconiti
dis et auranitis philippo destina
ta sunt. factus est igitur archelaus qui di
archelaus. monarchus non: numquam fuit.
Cum igitur legis eum monarchum fu
isse. ix. annis post patrem. intelli
ge. secundum opinionem uulgi dictum.
et secundum sui iactantiam qui se ferebat
regem. secundum promissum cesaris
iactitabat. et sic remissi sunt in
iudeam tres fratres. Cum sedissent
rome. iiii. mensibus rei euentum ex
pectantes. **De reditu ihesu ab egip**
to et morte glasire.

Archelaus uero non solum
inimicatores suos uerum etiam
in sibi subditos crudeliter patre dese
uit. et regni anno primo angelus
dixit ioseph ut rediret cum ma
matre et puero in terram israel. Qui
rediens ab egipto post annos. vii.
cum audiret quod archelaus pro
patre regnaret in iudea: noluit
illo ire. et admonitus ab angelo
iuit in galileam et mansit in na
zareth. In hoc loco inuenies secundum
matheum. et archelaum toti regni
monarchum post patrem. et herodem
regnantem in galilea. Sane ar
chelaus in contumeliam generis sui re
pudiauit mariamnem fratris sui filiam
quam pater dederat ei
uxorem et duxit
galaphiram filiam
regis capadocum fratris
sui alexandri quondam
uxorem. et mortuo alexandro iu
be regi libie nuptam. Mortuo
quoque iuba apud patrem in uiduita
te degentem. Que cum in iudea
redisset. nupta archelao iudee in
sa est. astantem sibi alexandrum
et dicentem. Satis tibi fuerat libicum ma
trimonium sed rursus reuersa es
ad penates meos. et fratri meo nupu

Dicitur ibi
esse fons par
uus de quo ihesus
puer hauri
ebat et mi
nistrabat
matri dum
subditus erat
ei.

deinter coniuncta est. te quo licet in
uitam recuperabo que exposito hoc
somnio: uix biduum superuixit.

De sompno archelai et eius interpretatione.

Tandem crebro actat[?]

Tunc de consilio senatus archela-
us apud cesarem ad uocatur. Quinto
enim die priusquam uocaretur. x.
aristas plenas et maximas comedi
a bobus uidit per sompnium. Cumque
accitos uates consuleret. simon esse-
nus aristas annos et boues rerum muta-
tiones interpretatus est. eo quod agros
arando conuerterent et mutarent.
Ideoque eum .ix. annis regnaturum.
Varias autem mutationes ferunt[?]
rerum exceptum mortuo-
rum. Nono autem prin-
cipatus sui anno ro-
mam ueniens: a ce-
sare dampnatus in
exilium pellitur ...

Apud uiennam ciuitatem galilee sol eclipsis fuit.

De primo procuratore iudee.

Finibus autem archelai in pro-
uinciam redactis procura-
tor illuc missus est. a cesare pom-
ponius qui et quondam cuiusdam[?] col-
lega fuerat cum missus est in
iudeam censor patrimoniorum.

Multi sane iudeorum et maxime qui-
dam galileus symon proprium in-
crepabat: quod post deum dominum fer-
rent mortalem tributarium roma-
norum. Pomponio quoque procuran-
te iudeam. die azimorum cum
mos esset media nocte templi
portas aperiri. Samarite quoddam[?]
occulte uenientes ierosolimam.
per iniectas porticus et per totum

fanum ossa iecerunt mortuorum.
et exinde iam amplior custodia templi ce-
pit exerceri: et ante diem porte non
aperiri.

De morte augusti.

Eo tempore philippus sephorum
extruens[?] iuliam nominauit. in
honorem iulie uxoris cesaris. Pa-
neas quoque cesaream philippi dixit.
Pomponio uero romam reuerso. suc-
cessit ei marcus sub quo salome
soror herodis defuncta est. Huic
successit annius rufus. sub quo
moritur augustus et regnauit .lvii.
annos. et menses .vi. dies .x. ex
quibus .xiiii. annis antonius regna-
uit cum eo. Cum enim .xlii. an-
no regni eius natus esset dominus: quin-
to decimo anno imperii tiberii fuit tri-
cenarius. patet cesarem mortuum.
domino .xv. annum agente. Quidam
tamen .lvi. tantum annos regni eius ponunt.
Alii .lviii. dimidium annum
et dies qui secuta sunt pro anno po-
nentes. Mortuus est autem anno
uite sue .lxxvii. apud atellam
ciuitatem campanie. gloriatus se ur-
bem marmoream relinquere. quam la-
tericiam inuenerat. sepultus est
in martio campo.

De tiberio imperatore et alio procuratore iudee.

Successit ei tertius imperator
Tiberius nero. uxoris eius
iulie filius. qui ualerium gratum pro-
curatorem misit in iudeam. qui
questum putans pietatem: pala-
uendebat sacerdotii principatum.
qui amouens annam: hismaelem
pontificem designauit. Sed hunc
non multo post abiciens: eleazarum

Pomponius

anne filium sub rogauit. Post annum et hic artens: symonem instituit. Sed et post annum: iosippum qui et caiphas apposuit. Iam post annos .xi. relinquens iudeam. romam reuersus est. Cui successor missus est a tyberio pontius pilatus sub quo herodes in honorem tyberii: tibiadem edificauit. **De odio iudeorum in pontium pilatum.**

His temporibus tyberius multos reges ad se uocatos non remisit. Inter quos archelaum capadocem retinens. regnum eius in prouinciam uertit. et mazacham caput regni: cesaream appellauit. Sane pilatus ierusalem ueniens. et statuas cesaris que et in signis militaribus inerant secum ferens: ignorantibus iudeis eas in ciuitate constituit cesareamque rediit. Cumque plurimi de ierosolimis ad eum uenissent supplicantes de signis amouendis: nam ob legem iudeorum qui precesserant iudee procuratores sine signis intrare consueuerant urbem. Seditque pro tribunali pilatus. milites que armatos circumponens: mortem eis minabatur: si non quieuissent. At illi potius eligebant mortem. quam priscas leges prophanaret. Admirans ergo pilatus constantiam iudeorum in legalibus institutis: auferri precepit imagines. Iterum pilatus ierosolimam ueniens. uidens urbem aque penuria laborare: aperuit gazophilatia templi et ex opibus templo dicatis aque ductum cepit edificare. suscipiens initium torrentis. quod stadiorum ducentorum .iii. interuallo distabat. Iudei uero acclamabant: ut ab illo opere cessaretur. Ob hoc pilatus multos iudeorum occidit. plures que sauciauit. Intermissum est autem opus. quia uiz dei legationem accationis in pontium pilatum audibuum direxerit.

Post hoc **Testimonium iosephi de christo.**

In loco ponit testimonium domini ihesu christi. iosephus in hunc modum. Fuit istis temporibus ihesus uir sapiens. si tamen eum uirum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector: et doctor eorum qui libenter audiunt que uera sunt. et multos iudeorum. multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. Christus hic erat. hunc accusatione primorum nostre gentis cum pilatus in crucem agendum esse decreuisset: non deseruerunt eum hii qui ab initio eum dilexerant. Apparuit enim eis uiuus iterum secundum quod prophete. et hec uel alia de eo futura predixerant. Sed et in hodiernum diem ~~in odium~~ christianorum qui ab eo dicti sunt. et nomen perseuerat et genus. **De baptismo iohannis**

Anno xv. et principio vi. etatis. imperii tyberii cesaris. procurante pontio pilato iudeam. et cetera. Factum est uerbum domini ad iohannem zacharie filium in deserto ut baptizans et predicans solatium redemptionis annuntiaret. Et uenit ~~circa~~ omnem iordanis baptizans baptismo penitentie

te. quia ad penitentiam bapti-
zandos monebat et non nisi
quos penitentes uidebat: bapti-
zabat. Predicans futurum baptismum
in remissione peccatorum. presens etiam
assuefactione baptizabat. Dice-
bat enim. Penitentiam agite. appropinquabit
enim regnum celorum. Usque ad hunc annum
tibi computantur ab adam an-
ni V.cc.xxv. Eodem anno dicunt quidam
dam VI. chiliadem incepisse. quorum
ratio hec est. quia sicut in illo anno ter-
minata est circumcisio. et inchoatum
baptisma: ita VI. incepit etas. V. ter-
minata. Quidam ab incarnatione
domini: initium eius ponunt hac ratione.
quia sicut sub V. etate generalis fiebat
computatio: anno a prima olim-
piade tali uel tali. ita sub VI.
dicitur. Anno ab incarnatione
domini tali uel tali. alii a passione
domini eam inchoasse testantur di-
centes. VI. et VII. quiescentium si-
mul incepisse. Inventus uero ab im-
perio tyberii inchoata legitur de io-
hanne. Vtebatur autem iohannes cilicio
de pilis camelorum et zona pel-
licea. quodam genere locustarum
esibili uescebatur. et melle siluestri.
Tunc exibat ad eum omnis iudea
et baptizabantur in iordane. Vi-
dens autem multos phariseorum et sa-
duceorum uenientes ad baptismum: dixit
eis. Progenies uiperarum quis osten-
dit uobis fugere a uentura ira? Faci-
te fructus dignos penitentie. et
ne dicatis patrem habemus abraham. quia
potens est deus de lapidibus istis. id est de
gentibus significatis his lapidi-
bus suscitare filios abrahe. Digi-
to autem ostendebat iohannes eis. xii.
lapides. quos tulerant. xii. duces tribu-
um filiorum israel. de medio iordanis
in arida. quorum aceruus erat in
testimonium: quia sicco pede iorda-
nem transierant. De tribus sectis iudeorum

Erant autem tunc in iudea
tres secte iudeorum. a communi
reliquorum uita et opinione dis-
tantes. pharisei. saducei. esseni. Pharisei
cultu austero uictu parco ute-
bantur. traditiones suas statu-
entes. quibus traditiones moysi de-
terminabant... Pittacia cartarum
in fronte gerebant. et in sinistro
brachio circumligata: quibus decalo-
gus in scriptus erat. quia dixerat dominus
hec uerbis quasi quoddam appensum. inter
oculos tuos. et in manu tua. et hec
dicebantur philacteria. a philaxe quod
est seruare. et thorat quod legem so-
nat. Isti etiam maiores fimbrias
aliis ferentes. spinas eis alligabant:
quibus puncti in deambulando
memores mandatorum dei fierent.
Hii uniuersa deo deputabant.
et in marmone. id est fato. agere quid-
que iusta sit. uel negligere in ar-
bitrio hominum plurimum esse dicunt.
tamen ex singulis inmarmene adiuua-
re: quoniam et ex motibus superiorum fie-
ri putant. Prepositis suis et natu
maioribus: nunquam contrarium
respondebant. Iudicium dei fu-
turum dicebant. Animam omnem
incorruptam esse: solas animas bo-
norum transire in alia corpora
usque ad resurrectionem et iudicium.

dextera

Malorum autem eternis retrudi car-
ceribus. et quia a consortio hominum habitu
diuisi: ideo pharisei dicebantur. Sa-
ducei inmarmenen negant. deum in
spectorem omnium dicentes in arbi-
trio hominum situm esse. ut bo-
num malum uel gerant. animarum gene-
liter. uel supplicia negant. uel honores.
Nam et resurrectionem negant
futuram. animas mori cum corpori-
bus putantes. nec angelos esse dice-
bant. Solos enim .v. libros moysi
recipiebant. His contenti erant.
hii seueri nimis erant. nec inter
se sotiales. Ob quam seueritatem sa-
duceos. id est iustos se nominabant. Essei
uero moribus fere monasticam duce-
bant uitam. nuptias fastidien-
tes. Non quia coniugia et hominum
successionem censerent perimendam.
sed cauendam intemperantiam femi-
narum. nullam earum fidem uiro
seruare putantes. Omnia habebant
communia. pro obprobrio oleum ducentes.
sc(u)aloreм decus putabant. dum-
modo ueste semper candida essent.
Nulla eis certa ciuitas. sed in sin-
gulis domicilia habebant. Ante
solis ortum nichil prophani loquentes so-
lem ut oriatur orantes. Post usque
ad .v. horam operantes. loti corpus
aquis simul et cum silentio ede-
bant. iuramentum habebant pro
periurio. secte sue neminem adhi-
bentes. nisi sub anni probatione. Re-
ceptum autem secum post annum.
duobus aliis annis mores eius proba-
bant. Deprehensum in peccatis a
se pellebant. ut herbas more pe-

ducentes
arbitrantes

herbas

cudum de cespitibus: usque ad obitum
pasceret. Cum .x. simul sederent:
nullus .ix. inuitis loquebatur. Spue-
re in medium uel in dexteram partem
sui uitantes. Ad eo sabbatum obser-
uantes: quod nec ea die aluum pur-
gabant. Dolabrum ferebant ligne-
um. quo in loco secretissimo ter-
ram ad aluum purgandum fodie-
bant. dimissa ueste diligenter
se contegentes ne splendori di-
uino facerent iniuriam. ob id et
statim foueam replentes. Viue-
bant quam longissime. ob uictus
simplicitatem. Mortem pro iusticia
iudicantes. in mortalitate me-
liorem. Omnes animas a principio
creatas. pro temporibus in corporari: bo-
nas creatas corporibus ultra occea-
num degere. ubi sit eis reposita
refrigeratio adorientem. malas procella-
sa loca et ibernia delegantes. Erant
in eis qui futura predicerent. Quidam
coniugibus sed moderate utebantur.
Nam si omnes homines arbitra-
rentur abstinendum: humanum
genus deficeret. Quod iohannes con-

Cum ergo fessus est se non esse christum
baptizaret iohannes miserunt
ab ierosolimis ad eum sacerdotes
et leuitas ut interrogarent eum.
tu quis es. et confessus est se neque
prophetam esse. neque christum: quod opi-
nio publica uulgi habebat.
neque heliam neque prophetam dixerunt.
Quid ergo baptizas si tu non es christus
neque propheta? Quesierunt de helia.
et sub nomine prophete de heliseo quia
in his duobus precesserat figura bapti.

Et de bapo xpi legitur in ypha.
Effundam sup uos aquam mun
dam. & io putabant ad alium
n̄ ptinere baptm. R. Ego quidem bap
tizo in aqua. medius aũ urm stat
q uos nescitis. Ipse baptizabit
uos. in spu sco et igne. In spu:
in bapo. In igne: in penitentia.
Hec in bethania facta sũt trans iorda
nem. ubi erat iohs baptizans.

Tunc De ihu baptizato.

Venit ihc a galilea in ior
danem ad iohem ut baptizaretur
ab eo. Tres fuerũt cãe precipue q̃
baptizatus est ihc a iohe ut baptm
iohis cõprobaret. ut omem impleret
humilitatẽ. & ad implendã doceret.
ut tactu sui corpis uim regenera
tiuã cõferret aquis. & si forte n̄ statim.
De iiij. cau̅ et institutione bapt.
Triplex ẽ opinio ut in senten
tiis hr. Et ipse ihc erat incipiens
quasi annorũ. xxx. i. tricesimũ annũ
inceperat. xiij. diebꝫ tm̃ anni eius
pactis. Et s̃ hoc uixit dñs tm̃
xxx. ii. annis & dimidio. qr eadem
die reuoluto anno cõuertit aquam
in uinũ. & in sequẽti pascha. i. in
pascha tricesimi primi anni in
carceratus ẽ iohes. & in pascha sequen
ti. i. xxx. scdi anni decollatus ẽ. et
in tercio pascha. s. tricesimi tercij
anni passus ẽ dñs. & ita uixit
dñs annis. xxx. ij. integris. & de tri
cesimo iiij. anno quantum fluxit tẽpis
a natali usq; in pascha q̃ p an
no dimidio cõputatur. Crisosto
mus tm̃ dic̃ eum iam cõpleuisse
tricesimũ annum. in omelia. xx.
in matheum sic dicens. Post. xxx. an
nos uenit ihc ad baptm legẽ uete
rem soluturus. propterea usq; in hanc e
tatem que omnia solet cape pec
cata in legis obseruatiõe pmansit.
ne q̃s diceret illum io soluisse legẽ:
qr illam n̄ potuit imple. & infra p
xxx. annos iustitiam legis im
pleuerat. & tũc uenit ad bapa euan
gelium docturus. qui cumulũ cunctis
obseruatoribꝫ legis imponens.
Hec autẽ dicit crisostomus occõne
ubi illius q dñs dixerat. Sic decet
nos implere omẽ iusticiam. & s̃ hanc
opinionẽ uixit dñs. xxx. iij. an
nis integris. & tm̃ de. iiij. quantum
ẽ a natali dñi usq; ad pascha.
Iohs aũ phibebat ihm dicens.
Ego debeo a te baptizari. & tu ue
nis ad me? Cur dixit se baptizari
dũ iohs. si in utero sctificatus. emun
datus erat ab originali: l' saltẽ
in circumcisione? Sꝫ p se genus huma
num intelligit. qui dicat. pre hõ
deberet mundari. l' quantũ ad ple
nitudinẽ mundationis: se ad
huc mundandus dixit. qui iã mun
datus p xpi sanguinem plenius mũdandus
erat sic quis accepta efficaci medi
cina. p eam curatus dr. p effectus ple
nitudinẽ curandus. Cui ihs. sin m̃.
l' sin m̃. sic enĩ decet nos imple
omem iusticiã. i. sup habundan
tem humilitatẽ. Est enĩ debita
humilitas maiori se: subdere. supe
rem. habundans subdẽ se pari.
sup habundans se minori subdẽ.
q. d. Ideo m̃ subdo meo minori:
ne dedignentur maiores a minoribꝫ

debita

baptizari. vel regi. quod intelligens Iohannes consensit. De spiritu sancto et voce patris.

Factum est autem cum baptizaretur omnis fere populus terre illius. et Ihesu baptizato et orante pro baptizandis ut acciperent spiritum sanctum: confestim ascendit Christus de aqua. et ecce aperti sunt celi. id est inestimabilis splendor factus est circa eum. ac si celo aereo et sidereo reseratis splendor celi empyrei terris infunderetur. et spiritus sanctus corporali specie columbe venit et sedit super caput eius. quo peracto officio suo: forte in propinquo iacentem materiam rediit. unde supra fiat. Et tunc cognovit baptista quod dixit se ante nescisse quod solus Christus baptizaret. id est potestatem baptismi sibi retineret. et non potestatem baptizandi aliis daret. Qui enim miserat eum baptizare cum solitariam duceret vitam etiam dixerat ei: quamvis multos baptizabis. sed inter illos super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum: hic solus est qui baptizat in spiritu sancto. Et ecce vox patris audita est de sublimi. tu es filius meus dilectus in te complacuit mihi. Usque post hanc vocem creditur splendor durasse. quod alius euangelista dicit. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacuit. Hic est sensus. id est in te et per te placitum meum gerere constitui. Ob hoc sunt heretici qui dicunt solo die epiphanie debere baptizari. nec dari spiritum sanctum si quis alio die baptizaretur. Ob quam heresim vivaciam extirpandam: decreverunt patres ea die neminem baptizari nisi sub necessitate.

Baptizatus est Ihesus tercio lapide ab Iericho.

De ieiunio Ihesu et temptatione.

Tunc Ihesus ductus est in desertum a spiritu sancto. qui eum designavit in desertum et cum ieiunasset xl. diebus et xl. noctibus esuriit. Movebatur diabolus. xl. dierum ieiunio. sciebat aquas diluvii tot diebus effusas. exploratam terram promissionis. Moysi legem a deo traditam. filios Israel in heremo pane angelorum vixisse. Cum vero sensit dominum esurire: quod non legerat de Moyse vel Helia: accessit ut temptaret si posset eum deicere in peccatum. et ut exploraret an esset dei filius. quia audierat vocem hanc. Hic est filius meus etc. quem sciebat quandoque venturum. et se per eum potestate amissurum. sed usque ad iudicium futurum non expectabat. Temptavit autem eum in eisdem tribus quibus Adam deiecerat. sed non ordine eodem. Primo in gula. ut esuriens panes videns innovato cibi appetitu accenderetur. Secundo de avaritia. ubi super montem ostendit ei omnia regna mundi. id est exposuit ei gloriam mundi. Tertio de superbia. ut iactando se ostenderet dei filium. Tunc abiecit eum dominus et consummata omni temptatione ad quam venerat: recessit Lucifer a domino ad tempus. Tempore passionis rediit. timore mortis putans eum deicere. Tunc autem omnino victus religatus est in infernum. in diebus antichristi solvendus. secundum apocalipsim Iohannis.

Credendus est autem diabolus hominis assumpsisse formam in qua dominum temptaret et colloqui posset ei. Utrum autem extremo die ieiunii solo an per aliquos dies sint omnes iste temptationes nil interest nostra scire. Ieiunauit autem dominus in deserto quod est inter ierusalem et iericho.

Sexto lapide a iericho quod karentena dicitur.

Exemplo sane ipsius hic numerus dierum in ecclesia penitentialis est. Unde et post epiphaniam non statim incipit ieiunare. Sed tamen post xl dies quibus ipso tempore ieiunium suum ieiunii domini consecutiuum significans. Ob hoc quoque ut per penitentiam ostenderetur ascendere ad denarium sicut xl ascendit ad l. est numerus super habundans et aggregatis omnibus partibus suis paribus ascendit ad l. partes in quas xl diuiditur sunt i. ii. iiii. v. viii. x. xx. Sub quarentena fluit riuulus aque fontis quem sanauit heliseus. Sexto miliario a quarentena contra galileam dicitur esse mons super quem statuit diabolus ihesum.

De prima uocatione discipulorum.

Quadam autem die stabat iohannes et ex discipulis eius duo. quorum unus erat andreas et uidens iohannes ihesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Quare agnum uocauit determinauit dicens. qui tollit id est uenit ut tollat peccata mundi. qui pro peccatis tollendis pascha nostrum immolatus est christus. uel quia agnus grece dicitur ab agnon quod est pium. latine ab agnoscendo quia in magno grege solo balatu cognoscit matrem. Ideo pro passione proprie dicitur agnus. qui ibi donans nobis pacem et agnouit patrem obedientia et matrem cura. Et hec est una causa quare in immolatione altaris dicitur agnus dei etc. Qui agne quia agnouisti patrem miserere nobis. Agne qui agnouisti matrem miserere nobis. Pie agne qui obtulisti te pro nobis dona nobis pacem. Ob hoc duo illi discipuli eius secuti sunt ihesum et uiderunt ubi maneret et manserunt apud illum die illa. Inueniens autem andreas fratrem suum symonem dixit ei. Inuenimus messiam quod est interpretatum christus. christus grece. unctus latine. et duxit eum ad ihesum. Intuitus autem eum ihesus ait. Tu es simon bariona tu uocabis cephas. quod est interpretatum petrus. bariona hebreum est et sonat filius iohanna compositum ex corrupto et integro. chephas hebreum est et syrum. petrus grecum et latinum. Utrum autem hoc nomen ei tunc imposuit an promiserit imponendum incertum est. Tutius tamen dici potest quod tunc imposuit quando dixit. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam. Marcus in electione xii dicit et imposuit symoni nomen petrus. Si tamen uero imposuit et in sequentibus confirmauit. In crastinum uolens ihesus exire in galileam inuenit philippum et dixit. Sequere me. Hic erat de bethsaida. ciuitatis andree et petri. Hic inuenit

ens nathanaelem fratrem suum dixit
ei. Quem scripsit moyses in lege et
prophete inuenimus ihesum filium ioseph
a nazareth. Et ait nathanael. A na
zareth potest aliquid boni esse. despecti
ue. quasi. non. uel remissiue dicit. Iste
enim legisperitus legerat in propheta. na
zareus uocabitur. et signa dominici
fore aduentus notauerat. et ait. A
nazareth potest aliquid bo. e. quasi diceret.
Non tantum a nazareth potest aliquid b. e.
Et adduxit eum philippus ad
ihesum. Quo ueniente ad se ait ihesus.
Ecce uere israhelita in quo dolus non est.
Et dixit nathanael. Unde me nosti?
Respondit ihesus. Priusquam philippus
uocaret te: cum esses sub ficu uidi
te. Respondit nathanael. Rabi: tu es filius
dei. tu es rex israel. Quia cognouit
iste dominum absentem uidisse que solus
gesserat et quando et ubi a philippo
uocatus sit: christum et deum fatetur.
Sed quidam de predestinatione: hoc
ita exponunt. Cum eras in lum
bis ade latentis sub ficu: predestinaui etiam
predestinaui te. et regressus est ihesus in ga
lileam. De uariis opinionibus histo rie.

Hucusque idem est ordo historie
euangelice apud omnes. Deinceps
uarie ordinant usque ad incarceratio
nem iohannis. Quidam dicunt quod ita pro
ximum pascha post baptismum continuat
dominus aquam in uinum. ideo quia con
sequenter iohannes post hoc miraculum nar
rat eum ascendisse in ierusalem et
eiecisse uendentes et ementes de tem
plo quod numquam ab eo factum legitur. nisi in
pascha. Sed eis obuiat ecclesie consue
tudo que in epiphania factum esse

sollennizando tercio anniuersario memo
rat. Fuerunt etiam qui dicerent quod eadem
die qua fuit baptizatus: fecit hoc
miraculum. Sed matheus ait. Tunc ihesus
ductus est in desertum. et marcus.
statim expulit eum spiritus in deser
tum. Sed hec ecclesia quod eadem die. sed re
uolutis annis: hec tria facta esse.
aduentus magorum tercia deci
ma die primi anni. Baptismus eadem
die tricesimi anni. uel tricesimi pri
mi mutatio aque in uinum: eadem
die reuoluto anno. Unde maxi
mus in sermone quodam qui sic in
cipit. Cum plura nobis fratres. et cetera. sic
ait. Sicut putatur sue fidelis
mandauit antiquitas. hodie sal
uator a caldeis deus est adoratus.
hodie fluenta iordanis benedic
tione christi baptismatis consecrauit.
Hodie mutatus ad nuptias: a
quas uertit in uinum. Unde et in
antiquioribus libris dies illa dicitur
per dies epiphaniorum. id est plurium il
lustrationum. Epipha enim
illustrationem sonat. Has tres
enim manifestationes pares quidam
quidam distinguunt nominibus: epipha
niam uocantes illam. que facta est
per stellam. quasi desursum factam.
Teophaniam eam uocantes que
in baptismo quasi a deo. id est a patre factam.
bethphaniam eam que in nuptiis
quasi in domo factam. beth. enim do
mum sonat. Uerumtamen adhuc
restat inter summos et catholi
cos doctores de ordine historie
duplex opinio. Quidam enim
scribentes unum xx.iiij. mittan

h

obuiat

qua

des

tantes antonium. alexandrinum.
eusebium. cesariensem. theophi
lum. qui septimus a petro sedit an
thiochie. dicit dominum post ieiuni
um aperte predicasse. discipulos con
gregasse et sermonem factum in
monte ante uini miraculum. quia
legitur dominum et discipulos eius inuitatos
ad nuptias. Communior autem opi
nio et ueratior est dominum post illud
miraculum discipulos uocasse et
occulte predicasse usque ad incarce
rationem iohannis. sed post publice et hunc
ordinem persequemur. sine alterius or
dinis preiudicio. De mutatione aque in uinum.

Et facte sunt
nuptie in cana galilee. iiii.
miliario a nazareth. non a sephon
id est uico sic dicto galilee. et erat mater
ihesu ibi. et uocatus est ihesus ad nup
tias. et discipuli eius quidam scilicet futu
ri discipuli. quia ad uerbum iohannis
iam plures audiebant occulte eum.
qui post odio secuti sunt eum. Jo
seph non est uocatus sed uxor eius. Unde
dicunt quidam ioseph mortuum
fuisse. et uirginem transisse in custo
diam filii. quod nec etiam deinceps
de eo legitur in euangelio. quod si nondum
mortuus tamen certum est. quod in passione
mortuus erat. quia uxor il
lius alii commendata est. Quidam
autumant has nuptias fuisse
iohannis euangeliste. Et ibi uocata est
maria. quia matertera eius et domini. quia
consobrinus. Et dicunt quod dominus eum
uolentem nubere ex his nuptiis
uocauit. quod certum non est. et defi
ciente uino dixit mater ihesu
ad eum. Uinum non habent. quasi diceret.
da eis uinum. Et ait ihesus. Quid mihi et
tibi est mulier? Nondum uenit ho
ra mea. Licet mulier sit quasi adiec
tiuum. nomen fractionis quasi molli
er. tamen quandoque nomen est sexus. maxime pro
quam uirgo uiri potens est. Ibi uim
et est sensus. Uis fieri miraculum. sed
ad hoc agendo quod commune habeo
tecum. Quasi ex natura tibi communi non
ago hoc. sed in hora passionis que nondum
uenit. ex communi mihi et tibi patiar.
Hec est credendo dominum secundum gene
athliacos hoc dixisse. qui putant u
nam quamque horam mortis sue habere
incurabilem. secundum horam constella
tionis in qua natus est. sed uocauit horam
suam id est a se dispositam. Volunta
te enim mortuus est non necessitate. E
rant autem ibi. vi. ydrie lapidee.
id est uasa aquatica. posite secundum purifica
tionem iudeorum. Crebro iudei bap
tizabant uasa epulatoria. et si casu
aliquid inmundum tangerent non lo
tis non comederent. Erant autem posite
ut si forte contigisset oportere aliquem
de conuiuiis lauari. aquam haberet pa
ratam. impleuerunt autem eas mini
stri. aqua ad preceptum domini. et tu
lerunt aquam uinum factam architri
clino id est primati inter discumbentes.
triclinio. triclinium. quoddam dicitur do
mum trecameratam. uel tres habentem testu
dines. sub quibus discumbebant. Vel for
te erant ibi tres mensarum ordi
nes ut in refectoriis fieri solet. et
commendauit architriclinus uini boni
tatem. Post in conuiuiis commendauerit
omnis miraculi nouitatem. Hoc enim

initio signorum suorum manifesta uit ihc gloriam suam nec dicitur hoc esse initium quia et prius signa fecisset nascendo de uirgine. magos per uia stella ducendo xl diebus et noctibus ieiunando et huiusmodi. sed hoc fuit primum publice factum et ad publicandum uel primum factum in chana. De prima eiectione uendentium et ementium in templo.

Post primo pascha ascendit ierosolimam. et eiecit uendentes et ementes de templo. Hoc enim bis fecisse creditur et circa ultimum pascha incarcerato esset iohannes. Interim autem quosdam uocauit discipulos et docuit et miracula fecit. sed non adeo publice. Sane ibat ihc iuxta mare galilee lacus est. qui fit iordane influente. et dicitur mare. cum sit aqua dulcis idiomate hebreo. quia omnem collectionem aquarum uocat hebreus tharsis. id est mare et dicitur galilee. quia preterfluit galileam. quandoque dicitur mare tyberiadis quia famosa est ciuitas. que ei imminet. Quod autem dicitur stangnum genezareth. ex accidenti est. Quandoque enim undis crispantibus generat ex se auram. Extendit autem centum et quadraginta stadiis in longitudinem et xl. in latitudinem. Dicit autem iosephus eum sic dictum a modica regione sic dicta genezara. quam preterfluit. quam etiam dicit admirabilem. Nam tota diuisissimi generis arbustis consita. nulli eorum ubertatem suam negat et temperiem. Sunt ibi nuces. que maxime frigoribus gaudent. Sunt et palme quas nutrit calor estiuus. Sunt ficus et olee. quibus aura mollior destinata est. ut quasi repugnantia bona contentione studio terre faueant. hanc dicit irrigari fonte qui dicitur capharnaum. quem quidam uenam nili esse opinantur. quia coracinum piscem generat. qui alibi non in nilo non reperitur. De captura piscium et secunda uocatione discipulorum.

Cum autem turbe irruerent in eum uidit duas naues stantes secus stangnum. et ascendens in unam que erat symonis. pusillum reduxit eam a terra et docebat de nauicula turbas. Ut autem cessauit loqui ait ad symonem. Duc in altum. et laxate retia in capturam. Quo facto concluserunt piscium multitudinem tantam quod etiam rumpebatur rethe. et innuerunt symon et andreas duobus filiis zebedei. qui erant in alia naui. ut adiuuarent eos. et impleuerunt ambas naues. ita ut pene mergerentur. Quod uidens symon petrus procidit ad genua eius dicens. Exi a me domine quia homo peccator sum. Cui dominus. Noli timere quia ex hoc eris homines capiens. et subductis ad terram nauibus. id est locatis adeo redeundi ad eas. secuti sunt eum aliquantulum et tamen redierunt ad propria. Quod legitur in nazareth.

Ihesus autem uenit nazareth et die sabbati quando plebes conueniebant intrauit in synagogam. ut plebes doceret. et cum legisset in ysaia. Spiritus domini super me. etiam dixit quia hodie completa est scriptura in auribus uestris. quia dicit. Ego sum. de quo scriptum est hoc. et omnes intendebant in eum.

reprehenditur

lacus

crispantibus

De tertia uocatione discipulorum.

Ambulans autem ihc iuxta mare galileę. tunc uidit alios duos fratres symonem et andream. mittentes retia in mari. et ait illis. Venite post me faciam uos fieri piscatores hominum. At illi conuocati continuo relictis retibus et naui secuti sunt eum. Mo. Et procedens inde: uidit alios duos fratres iacobum et iohannem reficientes retia sua cum zebedeo patre eorum. et uocauit eos. Illi autem relictis retibus et patre: secuti sunt eum. Mo. Et procedens inde ihc: uidit matheum qui et leui dictus est. filium alphei sedentem ad teloneum. et ait illi. sequere me. Qui relictis omnibus secutus est eum. Telon grece. latine uectigal. ergo erat iste publicanus. id est publica negotia amministrans. que sine peccato aut uix aut numquam amministrantur. Et nota a quibus orta est ecclesia ne si a sublimibus uideretur fidei sciencie eorum et potentie ascriberetur. de uocatione aliorum: determinatum non habemus.

Quod discipuli etiam baptizabant et iohannes.

Posthec uenit ihc et discipuli eius in iudeam terram. que sic specialiter a sorte iude. uel a regno duarum tribuum. specificato uocabulo dicebatur iudea. et morabatur ibi cum discipulis et baptizabat. licet non ipse sed discipuli eius baptizarent. sed utrum baptismo iohannis uel christi: incertum est. Erat autem et iohannes baptizans in ennon iuxta salim. quia multe aque erant ibi. Nondum enim missus fuerat in carcerem iohannes. Salim uero oppidum est ultra iordanem situm. ubi olim melchisedec regnauit. Mittebat autem multos uenientes ad se iohannes ad ihm. Inde turbati discipuli iohannis: dixerunt ad eum. Rabi qui erat tecum trans iordanem cui testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat. et omnes ueniunt ad eum. quorum retundens inuidiam iohannes ait. Dixi uobis quia non sum ego christus. sed quia missus sum ante eum. Qui de sursum uenit: super omnes est. Me ergo oportet minui: illum autem crescere. Ut autem ihc cognouit illorum inuidiam ascendit ad diem festum pasche de quo supra dictum est. Sed et ibidem quia presensit inde ortam phariseorum inuidiam maxime cum audisset iohannem traditum reliquit iudeam. et abiit tunc in galileam.

Cur incarceratus est iohannes.

Arguebat enim herodem iohannes propter herodiadem quam tulerat fratri. quia secundum legem quam receperat: non licet fratri habere uxorem fratris eo uiuente. Super matheum legitur quod herodias erat filia regis arethe. quam auferens philippo. ortis inter eos quibusdam simultatibus: in odium philippi dederat herodi. quia et fratres inuicem inimici erant. Iosephus tradit herodiadem fuisse filiam aristoboli. quem occiderat pater eorum herodes. cum fratre alexandro. et ita soror erat herodis agrippe. quam auus suus herodes dederat herodi filio suo uxorem. Dicit enim alium fuisse herodem preter tetrarcham. quem pater susceperat de filia symonis sacerdotis. Philippum uero iam mortuum cum gal

regnare cepisset. Forte et hic herodes
nominabatur philippus. et ita ui-
rum eius quem ioseph uocat herode͞m
euuangelium uocat philippum. uel pri-
nupta herodi. postea nupta philippo.
herodes uero tetrarcha habebat uxorem
filiam arethe regis damasceni. qui
romam iter faciens: transiens per fratrem
suum pepigit fedus cum uxore
fratris quod in reditu suo repudiata
uxore sua duceret eam in uxorem. quod
tamen non latuit uxorem ipsius. que non
expectans reditum uiri sui festina-
uit ad patrem. Herodes autem redi-
ens abstulit herodiadem fratri. et frater est
inimicus arethe et herodis philippi.
Super quo cum argueret eum iohannes. sugge-
stione herodiadis misit eum in car-
cerem. **De apta predicatione domini et**
Quod cum audisset ihesus: **miraculis.**
uenit et habitauit in car-
pharnaum. in finibus zabulon et
neptalim. et apte predicabat dicens.
Penitentiam agite ap. e. r. c. Vnde et per
dixerat sacerdotes adpulatum. Commo-
uet uniuersam iudeam incipiens
a galilea usque huc. Et sic impletum est
illud ysaie. Primo tempore alleuiata
est terra zabulon et terra neptalim.
Vnde et primitus a domino conuersi qui fuerunt
de finibus illis dicti sunt principes za-
bulon et principes neptalim. ysaias si-
quidem prophetauit de captiuitate. x. tri-
buum israel. que in tribubus illis in-
choata est. nichilominus tamen et de alle-
uiatione ab onere peccati futura in par-
tibus illis ad predicationem christi predixit.
Et circuibat ihesus totam galileam docens
in synagogis iudeorum et sanans
omnem languorem in populo. et abiit o-
pinio eius in totam syriam. Est
autem syria omnis regio ab eufra-
te usque ad mare magnum. a capa-
docia usque in egiptum. continens
inter alias prouincias. palestinam.
in qua iudei habitabant. Vnde et sic
psalmista. tabor et hermon dicuntur mon-
tes syrie. Quandoque uero legitur siria sic
quod illam partem iudee includit. et
secute sunt eum turbe multe
diuersarum regionum. **De electione**
Quas cum uidisset **xii. apostolorum.**
dominus ascendit in montem. et cum
sedisset uocauit ad se quos uoluit
ipse. et fecit ut essent cum illo. xii.
quos et apostolos. i. missos nominauit. Symo-
nem quem cognominauerat petrum et an-
dream. et iacobum zebedei et iohannem.
fratrem eius. et imposuit his duobus
nomina. boanerges. i. filios tonitrui
quia unus eorum intonuit dicens. In
principio erat uerbum. Et ambo
sepe terrificam uocem patris meru-
erunt audire. Philippum et bar-
tholomeum. thomam et matheum
publicanum. iacobum alphei. et
et thadeum fratrem eius. qui et iu-
das cognominatus est. Symonem cha-
naneum. et iudam scariothem.
In hoc cathologo nomina apostolorum
conbinata. quare parium ponuntur
non satis nota causa. Quare uero ia-
cobus alphei posterior numeretur
iacobo zebedei. et minor dicatur. et
ille maior: cum prerogatiua sancti-
tatis sue. post ab apostolis tres fuit ar-
chiepiscopus ierosolimorum. et senior il-
lo fuerit: merito queritur. Ad quod melius

uidend9 dnis. q anna
mortuo ioachi de q
susceperat uirginē ma-
riam data ē in uxorē
a ioseph gnō suo. cle-
ophe fr̄i ipi. ioseph.
de quo susceptam fi-
liam uocatamq; ma-
riam: dedit uxorem alpheo. de
qua nati sunt alpheo. iiij. conso-
brini dn̄i. iacob9. symon. iudas
apl̄s. 7 ioseph. qui et barsabas. q
p iuda p9 cum mathia elect9 fuit.
et hij. iiij. p omnib9 consangui-
neis dicti sc̄. fr̄es dn̄i. quia non
solum cognati putabantur. sȝ eti-
am agnati ei erant. tamq ex du-
ob9 fr̄ib9 ioseph 7 cleopha descen-
dentes. Inter q̊s tn̄ iacob9 fr̄ dn̄i
dict9 ē. q̄i. anthonomastice. q2 q̄m
simillim9 erat ei in facie. Inter.
mortuo cleopha anna nupsit
uiro tcio. s. salome. susceptamq;
ex eo filiam. uocauit mariā. sicut
7 alias p9. 7 hanc duxit zebedeus.
habuitq; ex ea filios. iacobum ma-
iorem 7 iohem. qui licet p̄ior
natu: maior tn̄ dict9 ē q2 p9 uo-
catus ē a dn̄o. 7 prius adhesit ei
q romana seruat ecclia. ut singli
in ordinib9 suis. priores sint pri9
ordinati. Ita dicit iex. alij uero
uidentes mulieres agnoīari sole
a nominib9 uirorum. ut mar-
tia catonis dixerunt p̄orib9 ui-
ris mortuis. has duas marias
nupsisse cleophe 7 salome uel
p̄ores uiros fuisse binomios. et
dixit zebedeum cleopham. alphe-

> Non fuit anna nazarea. sȝ de sephori ciuitate. scd̄o miliario a nazareth.

um salomam. De sermone dn̄i in monte.

Et eleuatis oc̄lis in discipulos suos ih̄c: doce-
bat eos dicens. Beati pauperes sp̄u:
q̄m. ip. ē. r. ce. Hunc sermonem
math9 et lucas uarie narrant. ob
hoc quidā dicūm tradunt q9 eum
fecisse discipl̄is in supcilio montis
sedendo. p̄t in latere montis con-
muniter 7 turbis 7 discipl̄is stan-
do. Alij uero tradunt n̄ n̄ unū
sermonem factum communiter
7 turbis 7 discipulis. Utr̄ autē
horum uerum sit: n̄ multum
inter ē scire. sicut nec scire int̄
ē an mons in quo h facta sc̄ fue-
rit: thabor: an alī mons in gali-
lea. Sermones q̊dem a dn̄o ad dis-
cipulos factos legim9. in matho. lu-
ca. iohanne. tm̄. ¶ Scd̄o miliario
a capharnaum ē descensus mon-
tis ubi factus ē sermo dn̄i: et leps9
curatus ē. De oratione dn̄ica.

Huic sermoni interseruit dn̄s
orationem dn̄icam. que octo
ptes h̄t. Prima ē captatio beni-
uolentie. quam secunt̄ . vii. peti-
tiones et dirigitur ad dm̄ p̄rem.
a quo petim9 dari nobis panem
nr̄m sup substantialē. i. filium. Hā
et x̄c docuit nos ad petend9 a p̄re
in nomine suo. Tres p̄me petitio-
nes spectant ad uitam eternā. uł
futuram sic. scificetur. i. confirmet̄.
in nobis nom̄ tuum. in hac uita
q̄i mobile ē nom̄ pr̄is in filios. q2
etiam iudas q̄nq; fuit fili9 dei q̄n-
q; non. p q̄ etiam possibilitate
mouendi dixit apl̄s. ne 7 ego re-

xiii

probus inveniatur. In patria enim apparebunt filii et immutabiliter per-erit dos eorum. Adveniat, id est ad te videndum veniat regnum tuum ut sit regnum in regno. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Quasi sicut ecclesia celestis nil potest velle nisi quod scit te velle, ita et illa que adhuc militat infra, addicatur voluntati tue. Quatuor que sequuntur ad militiam huius vite spectant sic. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, id est Christum qui est supersubstantialis, id est super omnes substantias, et est panis noster in altari. Vel sunt due dictiones super substantialem. Et est da nobis hodie, id est in presenti tempore, panem nostrum, id est Christum, qui panis est fidelium. Et hoc super, id est preter panem substantialem, id est necessarium ad sustentationem. Quasi da nobis utrumque panem anime et corporis. Lucas posuit cottidianum, quod de viatico tamen exponitur. Grecus habet epiusion. Hebreus vero sogolla, id est precipuum vel egregium vel peculiarem. Ob hoc forte videns Lucas Matheum dixisse sogolla, quod sonat peculiarem, dixit cottidianum. Grecus vero interpres Mathei cum vidit eum dixisse sogolla, quod sonat egregium, dixit epiusion. Tres que sequuntur patent. Amen Hebreum in fine posuit unum ex hiis tribus: amen, sela, salem, que sonant vere, semper, pacem.

Secundo miliario a capharnaum.

Quod apostoli missi sunt cum potestate curandi.

Cumque consummasset Ihesus verba hec convocatis discipulis xii. dedit eis potestatem eiciendi spiritus immundos et curandi omnem infirmitatem et misit eos predicare verbum Dei et ait. Nichil tuleritis in via. Neminem salutaveritis, scilicet sicut alii, quia non ex studio salutem optandi consueverunt tamen salutare. In viam gentium non abieritis, nec in civitates Samaritanorum. Gratis accepistis, gratis date. Non portabitis pecuniam, non panem, non duas tunicas, id est superfluas, non calciamenta, non virgam. Secundum Matheum soleis vel scandaliis uti iussi sunt, id est pro omnibus; et virgam ferre que pro potestate accipiendi necessaria ponitur. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Qui vos recipit me recipit. Inde est quod diaconus sumpto codice de altari sub silentio transit inclinans, donec in umbone salutat populum, quasi intrans domum cui offert pacem. Nec portat pulvinar, id est solatia vite. Sed aliquis fert ei. Nec obest quod pulvinar significat honus evangelii leve. Forte inde est quod diaconus non dicit Dominus vobiscum, non cum legit evangelium, nisi raro.

De curatione leprosi.

Cum autem descendisset de monte, tetigit leprosum, qui iam solvens figuras et sanavit eum dicens: Mundare. Et addidit: Nemini dixeris, quasi diceret: Vide quam manifeste et plene mundatus es. Nemini dixeris, id est nemini habes necesse dicere, adeo res evidens est. Sed ostende te sacerdoti ad cuius arbitrium revocandus es. Ecce nondum docet alios solvere legem. Sanatus tamen usque predicavit.

De seruo centurionis.

Cum autē introisset caphar
naum rogauit eum cen
turio pro interueniendum serui
orū . . . q iudeorum: ut sana
ret pu[er]um eius paraliticū.
et ait ihc. Veniam et curabo eum.
Venit autē potentia sanandi non
corpore. nam et centurio ait. Nō
sum dignus ut intres sub tectum
meū. sed dic ūbo et sanabit puer
meus. quia et ego solo ūbo pmi
nistros meos opor. forte ydola ha
bebat in domo et inmunda. Iu
deis et sequentibus se dixit ihc. non
inueni tantā fidem in isrl. sub
audi h[ui]9 temporis. nec in cluduntur
in nōie isrl. sequentes eum. quibus ad
eos loquebatur. quantum in illo
gentili et sanatus ē puer in illa
hora. De socru petri.

Et cum uenisset ihc in domū
petri. quam forte hēbat in ca
pharnaum per uxorem. Ipse enim
erat de bethsaida. ad peticionem
discipulorum sanauit socrū petri
febricitantem. De filio uidue.

Cum autē iret in ciuitatē que
uocatur naym: que ē in ga
lilea. suscitauit ante portā filium
uidue tangendo feretrum et di
cendo tibi dico surge. Vespe autē
facto obtulerunt ei energuminos et
male hītes. et sanauit eos. et uo
luit ire trans fretū et dixit ei unus
scriba. Rabi: sequar te quocumque ieris. Vo
lebat sequi dnm. ut disceret sig
num facere ad lucrū et ideo n̄ audiuit
a dnō. Dixit autē dns alteri. Se

Secundo mi
liario a ta
bor ē nai
sup[er] nai
montis en
dor ad ta
bore eu
l fluui
cison.

quere me. Qui respondit. Dne per
mitte me prius sepelire patrem meū.
Cui ihc. Dimitte mortuos in peccatis
suis. sepelire mortuos suos. tu uade
annuntia regnū dei. Non prohi
buisset dns hunc a sepultura. si n̄
essent alii qui sepelirent. et ait alter.
Sequar te dne. sed primum pmitte me
renuntiare his qui domi sunt. Cui
ihc. Nemo mittens manū ad aratrū.
et respiciens retro aptus est regno dei.
Quod dns excitatus: imperauit mari.

Tunc dns ascendit in
nauiculam cum discipulis et dor
miuit in puppi: super ceruical et orta
tempestate excitatus ē a discipulis et im
perauit uento et mari: dicens. Tace.
et obmutesce. et mox cessauit tempe
stas. n̄ pro herrorē hereticorum. im
perauit eis tamquam animantibus quia
occasione huiusmodi ūborū. quod oīa le
guntur obedire deo: dogmatizauerunt
aīata oīa esse. sed dicitur ei obedire in
aīata. quia solo ūbo de his facit
que uult. secundum quod loquendi modū:
solet dici aliquis obediens uel inobediens.
medicine. De duobus obsessis a legione.

Cum autē uenisset trans
fretum in regione geraseno
rum que ē contra galileam: occur
rerunt ei .ii. arrepticii seui nimis.
unus quorum adorauit et dixit. Quid no
bis et tibi ihu fili dei: Venisti ante tempus
torquere nos: Nesciebant demo
nes eum esse dei filium. sed suspica
bantur per miraclis et testimonio
patris. torqueri autem se dicebant. quia
cogebantur exire. et cessare a lesione.
Dicebat enim illi xps. Exi spc inmunde

de. Sciebant autem se in iuditio torquendos in abissum. Cumque domino querenti nomen suum dixissent se uocari legionem. non quia sic uocaretur. sed quasi diceret. frustra queris nomen. cum plures simus. Rogabant eum ut mitteret eos in gregem porcorum qui iuxta pascebantur. Et intrantes porcos precipitauerunt eos in mare. Indigene autem rogauerunt eum ut transiret a finibus eorum. Cumque ascenderet nauem sanatum licet rogaret noluit secum ducere. et rediit capharnaum. quam matheus uocat ciuitatem suam. non origine. sed gente: quia scilicet quelibet ciuitas galilee: potest dici ciuitas galileorum. De paralitico dimisso per tectum.

Et sanauit paraliticum ante tectum se dimissum per tegulas. Primo remittens peccata ei que fuerant causa morbi. quasi diceret. ob causam fit: cessante causa: cessare debet effectus. et xpistus scribas et phariseos qui putabant eum blasphemasse: dixit paralitico. ut surgeret et tolleret lectum suum. et surrexit et tulit et abiit in domum suam. Ergo quia constat quod pro peccatis quandoque egrotat homo. medicus uisitans egrum: primo debet eum monere ad penitentiam et confessionem. ne peccato tanquam ferro manente in uulnere: frustra sit imponere malagma. De puteo samaritane.

Cum autem ascendisset iudeam et iterum rediret in galileam oportebat eum transire per samariam. id est per regionem cuius caput fuerat samaria. Ciuitas ergo nomen antiquum amiserat et dicebatur sebasten. sed regio nomen illud retinuerat. Veniens autem iuxta sychem que corrupte dicebatur sichar. et erat in predio quod emit iacob a rege emor quod et dedit filio suo ioseph et fatigatus ex itinere sedit super puteum iacob: quod actenus sic uocatur.

> Sichem uero dicitur neapolis. iiii. miliaria a sebaste. in ea. nouus iuxta fontem fecit ieroboam uitulos quos posuit in dan et in bethel que est uno miliario a sichem.

Ex euentu qui sequitur predicta agnoscitur est puteus samaritane. Sed quia dicunt locum illum esse umbilicum nostre habitabilis. quia in singulis annis quadam die estatis meridiana hora sol descendit in aquam putei. nusquam faciens umbram. quod philosophi apud sienem fieri tradiderunt. Id enim dictum putant in deuteronomio. Constituit eum super excelsam terram. Iuerunt autem discipuli in urbem ut cibos emerent. Venit autem mulier haurire aquam: Que domino petenti potum. quasi notans eum. dixit iudeos non couti samaritanis. cognoscens ex fimbriis pallii. dominum iudeum esse. Translatis. x. tribubus rex assiriorum misit persas et assirios. ad incolendam sibi terram. Que ob metum ferarum libros moysi receperunt. et legitima fere non tamen cessabant ab idolatria. qui primo cuthei uocati ab uno fluuio persarum. Tunc autem samaritani dicebantur. quasi medii inter iudeos et gentes. quandoque tamen iudei uocauerunt eos iacobitas. id est supplantatores.

ia

qui putabit

cessabant cessabant

posuit

rel. qr t'ram filii suoy que eos instige-
bat. eis supplantauerit. horum
cib' 7 uasculis n̄ utebantur iudei.
Cumq; colloquendo cum ihu acce-
pisset ab eo q̄d .v. uiros hūerat. 7
n̄c erat concubina: ait. Video q.
ppha es tu. 7 statim q̄siuit deter-
minatiē q̄onis. que int' ipsos 7
iudeos u'sabat'. Dicebant enim
iudei .p'u locū adorandi ēē in ie-
rlm 7 templū. Samaritani ue-
ro montem garizim in quo ā-
tiqui p'res adorauerant. Ihc autē
dixit temp' uenisse in quo nec
in ierlm nec in monte illo ad-
orarent homines. q. d. Non p'fe-
ro locum loco: in adorando. Ubi-
q; adoret ds. tm̄ in spū 7 ūita-
te. i. ex dilone que ē. ā spū. 7 p-
bis que ūe st. i. p̄ectis. Cui mu-
lier. Scio q. messias uenit. i. in
p'xīo ē. ut ueniat. forte sama-
ritani signa dñici aduentus
notauerant. Messias hebraice. xp̄s
grece. unct' lat. punice q̄; mes-
se dr. ungr. lingua eni punica
ca 7 sira: affines st hebree. Dix
ei ihc. Ego sum qui loquor tec.
Reliquit mulier ydriam 7 a-
biit in ciuitatē. monens ciues
egdi ad uidendū hoiem qui dix
ei queq; fecerat. 7 dicebat. Num
q̄d hic ē xp̄s? Timuit asserere
q. audierat 7 c̄debat: ne uiri
dedignarentur a muliere do-
ceri. Quib; g° egdientib; uo-
cauit eos ihc: segetes paratos ad
messem. i. paratos ad credendū.
Cum tn̄ adhuc .iiij. menses sup-
erant ad messem. Un̄ ppenditur
hiemis tēpore hoc f'm ēē. Ihc aūt
ad peticionem eoy intrauit in
urbem. 7 mansit ibi duos dies.
7 multi crediderūt in eum. De filio reguli

Venit autē ttm̄
in cana galilee q̄ iudea in-
q̄m ascendebat. Et erat ibi q̄dā
regl's. i. de potentiorib; t're sub re-
ge. cui filii infirmabat'. non in
chana: s; in capharnaū. Et roga-
bat dnm̄ ut descenderet 7 cura-
ret filiū. Q' redarguit' ē ā dno.
qr n̄ credebat eū posse sanare.
nisi p̄sentia corporali 7 tactu. 7
io dum etiā staret ille ait ei. Va-
de filius tuus uiuit. 7 sic abse's
ūbo sanauit eū. Descendensq;
pat' cum cognouisset filiū suum
sanatū in hora ūbi dñici. credi-
dit 7 ipse 7 domꝰ ei' tota. Credit'
aūt fuisse iudeus. qr dix ei dns.
Nisi signa 7 pdigia uideritis
n̄ credetis. Iudei eni signa q̄rūt.

De conuiuio leui.

Et fecerat ei
conuiuium. 7 discumbebant
cum eo publicani 7 peccatores q̄
fuerant socii leui. quē cum ar-
guerent phei qr cum talib; ede-
bat ait. Non ueni uocare ius-
tos s; peccatores ad penitentiā. Ex-
cusauitq; discipl'os ex eo q. n̄ ie-
iunabant. tū qr rudes erant.
nec difficilia sustinerent: qr cū
ab eis auferetur sponsus plurimū
ieiunarent. tū qr corporalit' cū eis
erat. 7 ex hi q̄dam dnt. q. abla-
to xp̄o dno in ascensione ieiuna-
uerūt discipli usq; ad missionē

v
chan
xl
e
rude

spiritus sancti paracliti. Et ob hoc ipsi ieiunant ab ascensione domini usque in pentecosten. nec etiam tunc celebrant nuptias. qui iam inchoantes tres ebdomadas ante festum sancti iohannis. sed non est autenticum. nec in actibus apostolorum de ieiunio eorum legitur tantum. sed de oratione tantum. Querentibus autem phariseis signum de celo: negauit eis tamquam indignis. quia detiores erant niniuitis et regina austri. que tamen non legem dei nec prophetas habuerant. Et nota quia in antiquioribus libris legitur niniuite. **De filia archisinagogi et emorroisa.**

Et ecce princeps synagoge iairus nomine sa. adorauit eum dicens. filia mea modo defuncta est. id est morti proxima ut marcus et lucas dicunt. Veni domine pone manum super eam: et uiuet. Et dum iret: mulier emorroissa ab annis .xii. retro ueniens tetigit fimbriam uestimenti eius et sanata est. Ambrosius in sermone de salomone dicit hanc fuisse martham. enumerans enim beneficia christi circa genus humanum. post aliqua premissa subdidit. Dum languidum sanguinis fluxum siccat in martha. dum demones expellit de maria. dum corpus redi-uiui spiritus calore constringit: in lazaro. Veniens autem in domum iairi: induxit tantum secum petrum et iacobum et iohannem fratrem eius. qui quasi secretarii eius erant. et patrem et matrem puelle. et eiectis irridentibus eum: qui dicebant puella non est mortua

> Quidam dicunt hoc esse factum in media ierusalem sub regia salomonis.

sed dormit. tenens manum puelle: ait. Thabita chumi. Quod sonat puella tibi dico surge. Tamen tibi dico non est de interpretatione. et iussit illi dare manducare. Hoc est enim tantum experimentum uere resurrectionis. Magi enim mortuos suscitant. quibusdam caracteribus alligatis sub utraque ascella. et loqui eos et incedere faciunt. Sed comedere nequaquam possunt. **De duobus cecis. et surdo et muto.**

Et transeunte inde ihesu secuti sunt eum duo ceci clamantes. Miserere nostri fili dauid. Cumque uenisset domum. id est ad domum suam in nazareth: tetigit oculos eorum et aperti sunt. Cumque dixisset eis uidete ne quis sciat. tamen diffamauerunt illum in totam terram illam. Egressis illis: obtulerunt ei mutum demonium habentem. et eiecto demonie: locutus est mutus. In greco tamen melius sonat surdum quam mutum. **De Quod cum beelzebub.**

Quod cum laudaret eum turba: pharisei dicebant. In beelzebub principe demoniorum: eicit demones. abelo primo nomine idoli. Varie gentes secundum idioma lingue sue cognominauerunt idola sua. Babilonius dixit bel. moabita beel. palestini baal. Quidamque aliquid super addebant. ut beelphegor. id est deus tentiginis. qui est priapus. Quidamque baalim qui est deus sidoniorum. et sonat uirorum. id est robur meum. et caput. Beelzebub tamen nullius idoli nomen erat. sed iudei irrisione uicinum sibi idolum acharonitharum sic uocabant.

et sonat uir muscarum. ob sordes
immolatitii sanguinis. que secuntur
musce. nec est finalis littera .d. t. l. t. u.
sed .b. Quibus ait ihesus. filii autem uestri
in quo eiciunt? q.d. Si in filiis
uestris hanc expulsionem deo datis.
cur non in me idem facitis? Erant
enim exorciste de iudeis. qui per exor-
cismos salomonis demones eicie-
bant. Maxime si radix cuiusdam herbe
non videtur dictum de hieme. Tamen illa ac-
commodatior videtur fugienti. De sabbato
stare non potest. quia secundum legem ultra
mille passus non licebat eis progredi in
sabbato. sed quia ihesus iam terminaverat
observantiam sabbati. forte utrumque
in mistico dixit. non hieme per quod liber
aeris asperitate dicamur: quia hiemis
nomen asperitatem sonat. Prima signa adventus iudicis.

hieme quasi infu-ture etatis.

Ultimo posuit ihesus signa adventus sui
dicens. Erit tribulatio magna qua-
lis non fuit ab initio mundi. et erunt
signa in sole et luna et stellis. et in
terris pressura gentium pre confusione
sonitus maris et fluctuum. arescen-
tibus hominibus pre timore. et nisi bre-
viati fuissent id est precisi adeo bre-
ves dies illi. non fieret salva omnis
caro. id est ratio. aut nullus posset sustinere
pressuras. et per patientiam salvari.
Et nota dominum breviter quedam
signa iudicium tetigisse. De signis xv. dierum.

Jeronimus autem in annalibus hebreorum invenit signa
xv. dierum. Sed utrum continui futuri
sint. an interpolati non expressit. Pri-
ma die eriget se mare. xl. cubitis
super altitudinem montium stans
in loco suo quasi murus. Secundo: tantum des-
cendet. ut vix videri possit. Tertio:
marine belue apparentes super
mare. dabunt mugitus usque ad
celum. Quarto: ardebit mare et
aque. Quinto: herbe et arbores da-
bunt rorem sanguineum. Sexto:
ruent edificia. Septimo: petre

De quindecim signis dierum.

ad inuicem collident. Octauo: generalis
fiet terremotus. Nono: equabitur terra.
Decimo: exibunt homines de cauernis.
et ibunt uelud amentes. nec mutuo
poterunt loqui. Undecimo: surgent
ossa mortuorum. et stabunt super sepulcra.
xii: cadent stelle. xiii: morientur
uiuentes. ut cum mortuis resur
gant. Quartodecimo: ardebit ce
lum et terra. Quintodecimo: fiet ce
lum nouum et terra noua. et resur
gent omnes. Et addidit ihesus. Sicut
fulgur exit ab oriente. et paret
usque in occidentem. sic erit aduen
tus filii hominis. subito. scilicet et choruscus. et
tunc apparebit signum filii hominis in celo:
hoc est in aere. Dominus enim apparebit
in aere super locum unde ascendit.
et ante eum erunt instrumenta mortis
sue. que uexillum triumphi. Crux
scilicet. claui. lancea. et in carne eius ui
debuntur cicatrices. ut uideant in quem
pupugerunt. Et in ualle iosaphat
iudicabuntur omnes homines. angelis eos con
gregantibus. Quod pater solus nouit diem
iudicii. et de uno assumpto et altero reli[cto]

Tunc subdit ihesus generalem ad
ammonitionem. Attendite
ne grauentur corda uestra curis huius mun
di. ne superueniat in uos dies illa
repentina: sicut in diebus noe. et loth.
repentinus interitus tulit nescientes.
De die autem illa et hora: nemo scit.
neque filius hominis. neque angeli. nisi solus
pater. Hic exclamat arrius. Non sunt
equales. qui nouit et qui ignorat. Jeronimus.
... in minori breuiario secundum plures.
humanitas filii dicitur: se ignora
re finem mundi. Quod gregorius in re
gistro quasi exponens ait. Unigenitus
deus horam iudicii nouit. sed non ex natura
humanitatis. tamen et sic exponitur. Non
nouit subaudi nobis. quibus expedit
incertos esse. ut sic uiuamus. quasi in proximo
iudicandi. Vel filius hominis hic dicitur
ad optionem. Tunc duo erunt. magistri. id est pre
latorum. quidam boni. quidam mali. unus
assumetur. id est rapietur obuiam christo et alter
relinquetur. id est non assumetur. Due mo
lentes in unum. una assumetur et altera
relinquetur. quod de speculatiuis dictum est.
Et dixerunt ei. Ubi domine? scilicet assumentur.
Et ... Ubicumque corpus fuerit: illuc congregabun
tur et aquile. id est ubi erit dominus in cor
pore: illuc congregabuntur sancti resurgendo
innouati. De uigilia ianitoris et
x. uirginibus

Sic autem filii hominis
erit sicut homo: qui peregre profectus re
liquit domum suam et dans cuique
seruorum opus suum ianitori precepit
ut uigilet. Uigilate ergo. Apostolis et aposto
licis uiris incumbit uigilare. super se. et
super gregem. et cuique fideli pro modulo
suo: Tunc simile erit regnum celorum
x. uirginibus. id est tunc separabuntur fatui a
prudentibus. Media autem nocte cla. f. e.
ec. sp. ue. exi. obuiam ei. Traditio he
breorum habet. in media nocte uenturum
ad modum egypti. quando pascha cele
bratum est. Quidam etiam sanctorum hoc
ipsum opinantur. quod sicut nocte natus
est dominus in mundum. et nocte uenit
ab inferis. ita et nocte ueniet. Unde
dicunt fuisse apostolorum traditionem. in
uigilia pasche non dimitti populum
ab ecclesia: ante profundam noctem. ut
qui expectent aduentum domini. et dicunt
horam illam noctis quandoque immo sepe

[Margin:] Hic coniugatis dictum est quod sunt in toto lecto mundi. Duo in lecto unus assumetur et alter relinquetur.

relinquetur

dicen dici per coruscatione venientis. Vel
tipice per manifestatione coronum. Alii
autem quod dubium dicit dominus non diffini
entes exponunt. Media nocte id est nullo
sciente. De emundatione talentorum .c. x.
[I]tem addidit parabolam prosequens (?) minis (?)
centas (?) qui dedit servis suis talenta
v. et duo et unum et commendans hos qui
duplicaverunt talenta. reprobato viro
pigro qui abscondit suum. ait. Habenti
dabitur. Non habenti autem quod videtur habere
auferetur ab eo id est non habenti eo modo sicut de
bet habere. ut scilicet eo bene utatur. De eodem.
Quod addidit parabolam de rege qui
abiit in regionem longinquam accipe
re regnum et reverti et dedit servis suis
x. minas. et ait. Negotiamini dum
venio. Mina est grecos (?) x. c. dragmis
appendit. In reditu ei accessit primus
et ait. Domine mina tua x. minas adqui
sivit. cui dominus. Eris potestatem habens
super x. civitates. ... pparuus (?) mitis (?)
recipientis inspata (?). Vocatio servi
est canonica electio episcopi. Mina datur ei
quando qui imposuit ei manum dat ei
textum evangelii et dicit. Vade predi
ca. et ipse cum primo ingreditur civi
tatem suam evangelium prefert in pec
tore. qui negotiator ostendens minam
suam. In quibusdam ecclesiis cum dat
ei archiepiscopus virgam dicit. Vade pre
dica. et ille statim benedicit populum. in quo
signatur quod moyses cum virga missus
est in egyptum. De ventilatione aree.

[C]um autem filius hominis venerit in
maiestate sua et omnes an
geli cum eo testes futuri actuum hu
manorum. tunc separabuntur boni a malis.
et statuentur quidem boni ad dex

teram id est ponentur in eternitate. ma
li ad sinistram id est recipient que me
ruerunt. eligendo sinistram et comme
morabit iudex vi. opera misericordie que sunt.
pascere esurientem et potare sitien
tem. colligere hospitem. vestire nu
dum. visitare infirmum. consolari
vinculatum. septimum legitur in tho
bia. sepelire mortuum et non erit aliud
hec commemoratio. non quod omnes scient mi
ta (?) sua. per que salvabuntur aut dam
nabuntur et ibunt hii in supplicium
eternum. illi autem in vitam eternam.

[D]e igne. De opinionibus de igne e-
terno dicit augustinus. Cuius modi ter-
no (?) sit. et in qua mundi parte sit futurus. Ne-
minem scire arbitror. non per revelati
onem. Iohannes. Unum est gehenne ignis.
sed non uno modo omnes cruciantur. sic ar
dorem solis non omnes equaliter sentiunt. sic
tamen ille ignis equaliter ardeat non equaliter
sentietur. Gregorius in iob. Miro modo ge
henne ignis corporeus est. nec lignis
nutritur. nec succensione indiget.
et inextinguibilis est. creatus a deo ab
origine mundi. Item. Ultrix flamma
vitiorum cremationem habet. lumen non
habet ad consolationem non lucet. Ut enim
magis torqueatur ad aliquid lucet.
Nam reprobi se visuri sunt in
inferno ut magis doleant. ope (?) et
dives lazarum vidit. In libro tamen
prognosticorum de libro augustini sic
legitur. Est ut ait augustinus infe
rorum substantia incorporalis et ideo merito
quero unde inferi sub terris dicuntur esse.
si corporalia loca non sunt et unde dicuntur
inferi si sub terris non sunt. Sed ideo doc
tor dicit. Ideo sub terris dicuntur inferi.

quia congruenter in specie corporalium rerum similitudines sic monstrantur. ut qui defunctorum anime corporis amore peccaverunt: ad illas corporalium rerum similitudines exhibeantur. quibus carne mortui solent sub terra condi. Non tamen ex hac sententia augustini sentiunt. quod utrique peccatores fuerint: ibi elementa eum cruciabunt et in corpore suo et ex locis adiacentibus. Est enim probabile ut anima que sua sponte sumit a carne fomitem peccandi. nolens ab ea recipiat fomitem cruciatus. quod nimirum dicitur infernalis et sub terra esse. quia anime per lapsum terrene voluptatis eum incurrit. Augustinus de civitate dei. Cur non dicamus incorporeos spiritus posse pena corporalis ignis affligi? scilicet ignis corporalis demones cruciabit et homines. Ieronimus in epistola ad ephesios. Infernum sub terra esse nemo ambigat. De pascha et diversis acceptionibus eius

Et cum consummasset ihesus sermones hos omnes. dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet. et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Hoc enim dictum est feria tercia et in vesperum: pascha imminebat. xiiii. luna post equinoctium. Ambrosius dicit. hoc nomen pascha grecum esse et sonare passionem. nomen hebreum phase sonare transitum. Augustinus non dicit hebreum esse non grecum et sonare transitum. oportune tamen occurrere in hoc nomine congruentiam utriusque lingue. quod enim patitur grece paschin dicitur. Unde pascha passio putatur. sed in sua lingua transitum sonat. Qui enim transitus dicatur hora illa: supra dictum est. Declinatur autem vel pascha pasche. vel pascha paschatis. et est equivocum ad tria. Vespera enim qua immolabatur agnus dicebatur pascha. sicut hic. Post biduum pascha fiet. et tota dies precedens illam horam. nec pascha dicebatur: non sollempnis erat. Dicitur enim pascha agnus ut ibi. Vis paremus tibi comedere pascha? et apostolus ait. Christus immolatus est pascha nostrum. Sequebantur autem vii. dies azimorum. quorum primus et ultimus sollennes erant. medii non adeo. sed et hii vii. quoque vocantur pascha. ut ibi. Non introierunt pretorium. ne contaminarentur. sed comederent pascha. id est mundi comederent in pascha. Vel azima vocatur hic pascha. quia his diebus usus erat eorum. Nec mirum si dies illa azimorum dicebatur pascha: cum et pascha dicatur dies azimorum ut ibi. festus dies azimorum qui dicitur pascha. Quod die et sequenti iudas vendidit dominum.

Et factum est. iiii. principes sacerdotum videntes ihesum abisse et dixisse. Amen non videbitis me: congregati sunt cum senioribus populi in atrium caiphe et querebant ut tenerent eum et occiderent. non tamen in die festo. ne forte tumultus fieret in populo. Audiens autem iudas eos congregatos: abiit ad eos. et pepigit cum eis de ihesu tradendo: pro triginta argenteis. forte quia iam audierat dominum tercia die moriturum. et putavit eum in morte devitum mortem imminentem sibi lucrativam voluit facere. et ex tunc querebat opportunitatem tradendi eum sine turbis. De cena domini

Nota
peccatorum

Prima aũ die azimorũ .i. in eadẽ
die ẽ uespa agnꝰ immolandꝰ
erat. ⁊ edendus cum azimis dixe-
runt discipli ad ihm. Ubi uis pare-
mus t̃. co. pascha. ⁊ rẽ. Ite in ciuita-
tem. ⁊ oc. hõ. uo. la. a. baiulans.
Quocũq; intrierit. querite a dño domꝰ
locum ad pparandũ. ⁊ ostendet uo-
bis cenaculm grãde. ⁊ ibi parate. In
supiori parte domꝰ faciebant pa-
lestini cenacula. inferiꝰ cubicla. Quod
aũ marcus dic̃ lagenã. lucas am-
phorã. Unũ aũ expssit gñ uasis.
alt̃ modũ. Añ diem gº festũ pas-
che. uespe scõ uenit ihc. ⁊ discũ-
bebat cum. xii. discipulis suis di-
cens. Desiderio desideraui hoc pascha
manducare uobcũ añq̃ patiar.
Verba iohis. ministrauerũt grecis
fomitẽ erroris. Dicũt enĩ in pasche
ue lunã fuisse. xiiii.ᵐᵃ ⁊ ita in uesp-
pa ipꝰ fiẽt pascha. Dñs aũ se sci-
ens passurũ ea die in uespa añ
cedenti anticipauit comedẽ pas-
cha. ⁊ qr ea nocte licite potuit co-
medere fermẽtatũ panẽ. de ferm̃-
tato conficiunt corpꝰ dñi. Quod si
uẽ̃ ũm sit. credibile ẽ dñm come-
disse agnũ ut pceptũ erat in lege
⁊ azima comedisse. ⁊ sic ẽ̃ sistet q̃
dicũt. errãt ɔsecrãdo fermẽtatũ. Quã
dñs puenit pascha pbãt ex ũb iohis q̃ ✠
die festum pasche. ⁊ in parasche-
ue. iudeos ñ intrasse ptoriũ ne cõta-
minarent. sȝ comederẽt pascha.
ẽ̃ sacerdotes hoc disposuerẽt ne oc-
ciderent eũ in die festo .i. pmo die
azimorꝝ ẽ̃ euuglium uocat
sabbm. pꝰ crucem dñi magnũ

[margin: sunt]

[margin: agnũ ut pceptũ erat in lege ⁊ azima comedisse]

[margin, boxed in red: ✠ dic̃ dñm mãducasse añ]

diem sabbi. q̃ ñ solet dici nisi q̃
festum sabbo concurrat. ⁊ ita in
sabbo fuit pma dies azimorũ.
Mediũ enĩ dies int̃ pmum ⁊ ul-
timum ñ erat festiui. ẽ̃ mulie-
res in parasceue parauẽt unguẽ-
ta q̃ñ licet si eẽt primꝰ dies azimo-
rum. Ad h̃ dici potest qr dies
festꝰ pasche erat. xv. luna ✠
illis. ⁊ in. xv. sollennitatẽ cele-
brabant altissimo dño. Añ hũc
diem gº scdm legẽ dñs fecit pa-
scha. ẽ̃ lucas dicit uenisse diẽ azi-
morꝝ inq̃ necesse erat oc. p. Uetere
aũ erat ex lege luna. xiiii. pmi
mẽsis ł sc̃di. Casum aũ aliq̃ inq̃
necẽ ẽẽ preuenire lunã. xiiii. ñ
legimꝰ. Diem ũ magnũ sabbi
uocabant intbꝫ festiuitatibꝫ eb-
domadalibꝫ. quocũq; die. vii. dierꝫ
contingat. ols enĩ. vii. sollennes
st̃. ⁊ si ñ adeo ut pmꝰ ⁊ ultimꝰ
ad comedenda q̃ꝫ azima. vii. die-
bꝫ oportebat eos mundos ẽẽ. Uñ
q̃libet. vii. dierẽ. ñ potant intrẽ
ptoriũ. Quod aũ dicũt mulieres pa-
rasse unguenta die festo. dñs
qr ñ erant dies aliq̃ ad eo festi-
ui ut sabbm. ⁊ licuit eis parare. t
emere sicut ⁊ cibos parare q̃ ñ licet
in sabbo. Quod si multo añ para-
rant. qr audierant a dño sepe
eum in pximo moriturũ. Unde
ne magdalena uidẽ iam passe
⁊ pinspirationẽ spc sci pocupasse
se unctionẽ. Quidam aũ dicũt
q̃. xiii. luna. iiii. fra. s. cenauit
dñs cum discipulis suis ⁊ pedes e-
orum lauit q̃ narrat solꝰ iohs.

[margin: nam]

eo in xiiii. comedit agnum paschalem.
et dedit discipulis corpus suum. de quo
alii agunt. sed usus ecclesie contra est. que
ante pascheue pedes pauperum lavat.
Si tabulam compoti diligenter respexeris
invenies lunam xxii. kalendas
aprilis et feriam vi. Ergo in precedenti
v. feria fuit luna xv. et nota quod
nunquam legitur dominum comedisse carnes
nisi agni paschalis. De ablutione

Surgens autem ihesus a cena pedum.
lavit pedes discipulorum. Ex eo
autem quod dixit qui lotus est non indiget
nisi ut pedes lavet. Vos autem mundi
estis sed non omnes. comprehenditur a quibusdam
quod apostoli baptizati erant et cum re-
cubuissent tamen docuit eos quare hoc fe-
cerat in exemplo. scilicet mutuo sibi
subveniendi et serviendi et in tem-
pore mutuo dimittendi iniu-
rias et mutuo subveniendi pec-
cantibus orando pro eis. Unde et dominus
subdidit. Beati eritis si feceritis
ea. quod de sola ablutione pedum non dixis-
set. De notione proditoris et egressu eius.

Ihesus autem turbatus spiritu dixit. Amen di-
co vobis quia unus ex vobis tradet me
hodie. Turbatus est ihesus misericorditer com-
patiens iude quem notabat. Sic
et sancti misericorditer turbantur cum urgentur
eos causa. zizania a tritico separare ante
messem. Mentitur ergo philosophus qui di-
cit animum perturbationem non cadere in
sapientes. et dicebant singillatim.
Numquid ego sum domine? Cui
ait. Qui intingit manum mecum
in parapside vel catino: hic me tradet.
xii. in catino eodem cum domino edebant.
alii non. quasi diceret. Unus de xii. me tradet.

forte id dixit intingit. quia secundum augustinum
lactucarum: necessarium ad esum agni erat.
Castrinus ostendit quod vas erat fic-
tile. parapsis: quia paria habebat la-
tera. apsis. enim est extremitas vel ut qui-
dam dicunt quadraturam latinum notat.
Hoc nomen parapsis. Et addidit ihesus.
Ve homini illi per quem filius homi-
nis tradetur. bonum erat ei si natus
non fuisset. Ve in sacra scriptura eternam
notat dampnationem. et est prohibitio eterna-
liter et ne mitissimam penam eius
intelligeremus: addidit. bonum et cetera
id est melius esset ei si non esset natus de utero.
sed pressus in utero. Tunc enim pro solo
originali peccato dampnatus esset.
Ut usualiter dictum est. Melius esset
ei non esse: quam male esse. Recumbe-
bat autem discipulus quem diligebat
ihesus in sinu eius. et innuit illi
petrus ut secreto quereret a domino
quis traderet eum. Hic non aliter credit
recubuisse super pectus ihesu nisi quia
discumbebat inclinatus ante pectus
domini. Huic submissa voce prodi-
torem expressit. cui scilicet panem in-
tinctum porrigeret et buccellam pa-
nis intinctam porrexit iude.
Iudicium est quod eucharistia non datur in-
tincta et prohibendi tollenda. que dog-
matizavit totum christum esse sub utra-
que simul et sub neutra tamen forma.
Et post introivit sathanas in iudam.
non tunc primo. sed ut quem plenius possi-
deret. sicut iam accepto spiritu apostoli:
tamen dicuntur accepisse spiritum. Tunc iu-
das ait. Numquid ego sum rabbi?
Ait illi. Tu dixisti. Nondum co-
ram exprimit eum. Potest enim intelligi.

Ego non dico. sed tu dicis. Vel de assertione cordis exponi potest. q.d. ore quidem interrogas: quasi nescias. sed corde te esse proditorem ratum habes. et exivit iudas continuo. erat autem nox. Tunc ait ihesus. Nunc clarificatus est filius hominis. i. eiecto tenebroso remanserat soli mundi cum solo mundatore. et addidit et continuo clarificabit eum deus. i. clarificabit. quod potest intelligi de resurrectione. vel de imminenti traditione. per quam christus apparuit mortuis. his qui in inferno eum expectabant. De eucaristia data aliis et non iude.

Cenantibus autem illis: benedixit ihesus panem et fregit. et dedit discipulis suis: dicens. Accipite et comedite. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Similiter et de calice ait. bibite ex hoc omnes. hic est sanguis meus novi testamenti. subaudi confirmator. qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod ait accipite et comedite. forte inclusum est. Non enim est incredibile quod sumptum corpus de manu domini sibi ministrarent. sed quod consequitur: ipse et ministravit. sed est ac si diceret. comedite comedite. utraque hec sacramenta comestione innuens. Nec enim dixit de calice accipite sed ministrans dixit bibite. Et nota quod in canone cum proferuntur hec verba hoc est corpus meum. hic est sanguis meus. ex virtute horum verborum fit transsubstantiatio. Unde credibile est cum dominus eadem verba dixit. mutasse panem et vinum et sanguinem. in carnem et tamen eandem vim intulit illis verbis in posterum. et propterea construenda est sic littera. benedixit subaudi dicens. hoc est corpus meum. et tamen fregit et dedit et ait. comedite. Et iterum. hoc est corpus meum. vel forte tamen benedixit benedictione nobis non tradita. sed post ad instructionem apostolorum vis benedicendi tradita est a domino: verbis istis. hoc est corpus meum. Quod autem ante traditionem eucaristie dixit iudam exisse: videtur contra dictum luce. qui post calicem traditorem commemorat. sed forte lucas de traditore recapitulat. Hylarius autem secundum matheum probat iudam non interfuisse. Tunc enim bibentes calicem secum dixit ihesus. bibetis nos in regno patris. ad quod iudas indignus erat. etiam bibentibus nullum excipiens ait. qui pro vobis effundetur. In aliis autem excepto dicens pro multis. Iam potest dici iudam accepisse eucaristiam. et dictum ab hylario de facili determinari. Cum vero dixit ihesus hoc facite in meam commemorationem instituit hoc sacramentum. et tacite promissum destituit. Et iam est quod in hac die cum omnes hore flebiles sint: sola missa sollempnis est. in concentu et ornatu ministrorum. tamquam in die sue institutionis. quasi in suo natali. eodem quoque die crisma conficitur. quo frontes liniuntur. quia eadem die postes sanguine agni liniebantur. quoniam quia sequebatur esus agni pascalis usque in sabbatum differtur linitio baptismatis. ut continuetur esui agni. Confectio vero crismatis differri non potuit. quia usque ad baptismum non celebratur missa in illis diebus. De predicatione negationis petri.

Tunc ait illis ihc. Omnes scanda
lum patiemini in me in no
cte ista. Scriptum est enim. Percutiam
pastorem et dispergentur oves gregis.
Zacharias propheta ex persona ecclesie orauit
dicens ad patrem. Percute pastorem.
Euangelista uero uidens impletum
quod orauerat propheta: responsionem
patris annuntiantis posuit: scilicet percutiam pastorem. Et cum dixisset petrus: et si omnes scandalizati fuerint:
ego numquam scandalizabor. Respondit ihc.
Priusquam gallus bis uocem dederit:
ter me es negaturus. Marcus hic plenius
expressit ceteris. Post primam enim negati
onem petri: statim gallus cantauit.
Sed ante secundum galli cantum: tamen bis
negauit. et ita trina negatio petri ante
primum galli cantum inchoata est.
Ante non completa. Alii quoque euangeliste
dicentes. Priusquam gallus cantet ter me n. de inceptione agunt. id est. Trinam
negationem inchoabis. Marchus
uero de completione eius descripsit. et ait
petrus. Et si oportuerit me mori tecum: non te ne
gabo. Non mentitur petrus. quia credit
uerum esse quod promittit. De sermone
Tunc subdidit domini post cenam.
ihc consolando longum sermo
nem quem scripsit iohannes. Non turbetur
cor uestrum. In domo patris mei mul
te mansiones sunt. Si quo minus dixis
sem uobis. minus ponitur pro non et est.
si in aliquo non. id est si non essent ibi: ego
dixissem uobis. id est non celassem uobis.
immo dixissem. quia non sunt ibi. scilicet sub
audi. sciatis quia uado parare uo
bis locum. iam parate erant
mansiones. ut dixi in predesti

nastione. sed tamen adhuc parande erant
aptione et ipsorum meritoria operatione.
Ieronimus contra iouinianum legit totum sub
una distinctione. Si non mansiones
mansiones multe essent apud patrem:
dixissem uobis quia uado parare uobis
locum. hoc est. si non unusquisque preparet
mansionem ex propriis operibus: dixissem
uobis. quia uado parare uobis. meum autem
non est parare. sed uestrum et est dictum. sicut alibi.
Sedere a dextris meis uel a sinistris. non est
meum dare uobis. tamen et quisque si
bi parat: et deus parat. Parat enim man
siones. mansionibus parando man
sores. Cumque dixisset ei thomas. Domine
quo uadis? Respondit ei. Ego sum uia. ueritas.
et uita. quasi diceret. Quo uis ire? Ego sum
ueritas. id est uerus et supremus finis. qui solus
querendus est. Ubi uis permanere? Ego sum
uita. Et nota quia non arguit eos. in
hoc sermone. quasi nescientes ipsum. non
commendat eos tamquam scientes. quod
contra regulam nomini de aliis et aliis: est
intelligendum. Sunt et quedam in hoc
sermone. quibus applaudit sabellius
ut qui uidet me: uidet et patrem.
Quedam quibus insultat arrius. ut uer
ba que ego loquor a me ipso non
loquor et pater maior me est et huius
modi. Etiam promissionem hanc
addidit ihc. Qui credit in me opera
que ego facio et ipse faciet. et ma
iora horum faciet. Genitiuus est pro ablatiuo
more greco. Maius fuit sanari umbra
petri. quam fimbria uestis christi. quasi diceret. Nos
enim erit maior me qui credit in me.
sed maiora faciam per eum quam sine eo.
Dicit tamen augustinus. non de omnibus operibus
christi hoc dictum. non audeo precipitare sententiam.

preparet

est

Ego sum uia. id est me imitare quasi diceret. Qui uis ire.

xxxvii

tenent

paraclitum

ut dicam maius esse salutem Christo operante quam sint angeli. Intelligat qui potest an maius sit iustos creare quam impios iustificare. cum hoc sit maioris misericordie de libris iusticie que ut fecit: hic est sermo non de omnibus operibus eius. Ego autem ait. rogabo patrem meum et alium paraclitum dabit vobis. sic est construendum. paraclitum dabit vobis qui est alius a vobis. pater enim et filius et spiritus sanctus. sed id est ad-vocatus. vel consolator. Quod autem dixit paraclitum mittit in nomine suo. id est ad noticiam eius et glorificationem. vel quia habet idem nomen quod filius. id est deus. nec hoc quod ait. sermonem quem audistis non est meus. obloquitur ei quod dixerat diligentem se sermones suos servare. Singulariter enim dixit dominus sermonem patris esse. non esse suum id est a se et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamentis. numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nichil. dixit eis. Qui non habet sacculum: tollat similiter et peram. Et et qui non habet gladium: emat. Instruit eos dominus in discretione virtutum. Sunt enim quedam semper tenenda. ut ea humilitas. fides. spes. karitas. Quedam pro tempore et loco mutanda. ut fames. sitis. vigilie. orationes. labor operandi: et docendi. Tempore ergo persecutionis: docet necessaria tollenda. donec tempus evangelizandi rediret. sopita persecutione. Cumque dixissent ecce gladii duo hic: respondit. Satis est. Unus qui amputaret auriculam in cuius sanatione virtus domini monstraretur. alter qui non evaginatus ostenderet apostolos non permissos facere quicquid possent in domini defensione. Predixit quoque eis Ihesus. Ecce venit hora et iam venit ut dispergamini unusquisque in propria et me solum relinquatis. Postea elevatis oculis in celum oravit dicens. pater venit hora et cetera. et oravit pro se primo. postea pro discipulis. tercio pro hiis qui credituri erant per verbum eorum. *De tertia oratione domini iuxta villam que dicitur gethsemani.*

Tunc venit cum illis in villam que dicitur gethsemani. que est ad radicem montis oliveti trans torrentem cedron. Cedron genitivus est grecus pluralis. qui latine dicitur cedrorum. Et intravit Ihesus in ortum cum discipulis suis. Sciebat autem et iudas locum. quia illuc consueverat Ihesus venire cum discipulis suis. et cum intraret dixit eis. Sedete hic donec vadam illuc et orem. et vos orate ne intretis in temptationem nec scilicet succumbatis temptationi. et assumpto petro et filiis zebedei: cepit contristari et ait. Tristis est anima mea usque ad mortem. vsualiter enim dictum est. id est multum tristis est anima mea. Tristabatur autem pro ruina apostolorum vel proposuit esse usque ad exitum suum. scilicet contristabatur enim donec se et suos morte sua liberaret. ut inclusivum. scilicet donec post mortem suam redirent apostoli ad fidem eius. Et progressus ab eis quantum iactus est lapidis procidit in faciem suam et oravit. Abba pater: si possibile est transfer calicem istum a me. id est abba: quod pater. et est abba: hebreum pater: grece et latine. in quo innuit deum patrem esse omnium gentium. ut verus homo

horrebat mortem. ⁊ uellet nō mo-
ri. si fieri posset de iusticia. Habebat
enī iusticia prius ut ihc pateretur.
et a constitutione mundi. hoc sacramen-
tum erat ab eo prostensum. hec uo-
luntas nō moriendi gloriosos marty-
res facit. Non enī uult sensus
carnis: nō quod delectat. Si autē de-
lectaret eos mori. nō inde uiderent
mereri. Sed quia hanc uoluntatē nos
moriendi subiciunt deo: merentur.
tur. Vnde ⁊ xpc subdidit. Veru-
tamē non quod ego uolo sed quod tu.
Quidam tamen adherentes particule de-
monstratiue .s. hunc: dicunt eum
orasse misericorditer pro iudeis. ut si fieri
posset. quod uitarent gentes sine cecitate
tate iudeorum: nō biberet hunc ca-
licem. mortē .s. a iudeis quam immi-
nebat. Et cum uenisset ad discipu-
los inuenit eos dormientes. ⁊ ait.
Quid dormitis sic? Vel quid dormitis?
Sic yronice. q. d. sic erat facien-
dum. Spiritus quidem promptus est: ut sub-
audi. quasi paruulum humilitas spiritum
in promittendo etiā mori pro me. sed
nec patet carnis infirmitas. Secundo
abiit ⁊ orauit eundē sermonem
dicens ⁊ apparuit illi angelus con-
fortans eum ⁊ factus in agonia
prolixius orabat. i. in certamine contra
mortē. Iam quasi uincebat mortē
in animo. Dum nō mori uolebat.
quam post uicit actu ipso .s. resurgendo.
⁊ factus est sudor eius sicut gutte sangui-
nis. decurrentis in terram ⁊ redit
ad discipulos ⁊ inuenit eos dor-
mientes. Tertio abiit ⁊ orauit
eundē sermonē dicens. Tunc
uenit ad discipulos ⁊ ait illis. Dor-
mite ⁊ cum paulisper dormissent.
ait. sufficit. surgite eamus. ecce prope
est qui me tradet. ¶ Prima: effusio
sanguinis xpi. in circumcisione. Secunda:
in sudore. Tertia: in flagellatione.
Quarta: in crucifixione. Quinta in
mortui lanceatione. Prima: in exem-
plum. ut circumcidamus membra nostra.
Secunda in signum. quia sanguine suo
irrigaret terrā ⁊ fecondaret. Tertia
⁊ quarta: ad remedium. Quinta: ad
sacramentum. Inde est quod officium misse in
v. partitum est. sed quia in cruce sola etiam
quinaria fuisse effusio sanguinis
ostenditur. ideo ⁊ solus canon subdiuiditur
tur. in. v. partes. Prima usque qui pridie.
secunda: usque memento. Tertia: usque per
ceptas. iiii. ⁊. v. usque ad embolismū.

De ligatione domini ⁊ sanatione auricule serui.

Adhuc eo loquente: iudas ue-
nit cum cohorte militum accep-
ta a preside ⁊ turba ministrorum ac-
cepta a principibus sacerdotum ⁊ ani-
mis. ⁊ dederat illis signum. quia osculo
indicaret illis ihm ⁊ ipsi ducerent
eum caute. Putabat enī quod magi-
cis artibus posset se transformare
⁊ elabi ⁊ suscepto osculo: uocauit
eum ihc amicum. Vt yronice. t
f. statim penitum ⁊ cum dixisset
ihc querentibus se. ego sum: abi-
erunt retro ⁊ ceciderunt. Postea tenue-
runt ihm ⁊ ligauerunt eum. Sy-
mon autem petrus amputauit auri-
culam seruo. cui nomen erat mal-
chus. Ihc autem sanauit eum ⁊ ait petro.
Omnis qui acceperit gladium: gla-
dio peribit. illo .s. qui iusabatur

ante paradisum. t p gladio accepto pi
bit. non accipit gladiũ cui datur
a deo. l a lege. t a iudice. De fuga ad

A
dduxerũt aũ ihm. olescentis.
ad annam primum. ñ qr colle
ga cayphe. s; qr soc eĩ. Turpe eẽt si
domum anne anpositam pterirẽ
sent. Adolescens aũ sequebat eum
amict sindone. sup nudo. subau
di corpe. aliud. s. ñ hẽbat. indum
tum quã sindonẽ qui relicta sin
done aufugit ab eis. Tradunt q̃
dam hc fuisse iohem. quẽ tunc
fuisse adolescentem longa p eĩ
uita indicio ẽ. Jeronim tñ sr loc
illum. Vim faciebant qui quere
bant animã meã. ait. Judei uim
faciebant. t petro cũ dicent. ⁊ tu
de ill es? Vel iacob. qui cũ trahe
tur: relicta sindone nud aufugit
ab eis. Videt tñ poti opinando
quam asserendo dixisse. De prima

S
equebat aũ negatioẽ pet.
eum petr a longe. Jhẽ aũ
notus pontifici introduxit eũ.
quẽ cum intuita eũ ẽet ancilla
hostiaria: dix. Numqd ⁊ tu ex
discipłis es hominis isti? Dicit
ille. non noui illũ. neq; scio qd
dicis. Quidã uolentes excusare
petrum. dñt. quia bñ dixit se ñ
nosse illum. quẽ nemo pfecte no
uit ñ pater. ⁊ cum dixisset. homo
ñ sum. se negauit ⁊ ñ xp̃m. Lu
q; dixisset. homo nescio quid di
cis. dixit se nescire falsa eor cõsi
lia ⁊ dolos. s; stultũ ẽ excusare
quẽ dñs accusauit. Jpe ẽ se reũ
lacrimis indicauit. Stabat autẽ
cum ministris petr ad ignẽ. Jnter
rogabat aũ pontifex ihm: de doc
trina eĩ. ⁊ cum dixisset ihc palam
locutus sum. Jnterroga eos qui
audierũt: unũ autẽ assistens de
dit alapam ihu. Et ait ihc. Si
bñ locut sum qd me cedis? Oste
dit ihc pcutienti maxillã. non
actu ipo pbendam ẽe alteram s;
animo paratum ẽe ad patiendum
si op fuerit. Et misit eũ annas
ligatum ad cayphãm. De scã ⁊

E
rat autẽ petr stans tercia.
in atrio pncipis. ⁊ calefaciens
se. Et dicente alia ancilla. ⁊ hic
cum ihu erat. dixerũt qui astabãt.
Vere ex ill es? Nam ⁊ galileus es.
⁊ loquela tua. i. ydioma galileẽ
manifestũ te facit. Tc negauit
petr cum iuramẽto. Et añ hanc
negatiõnem exierat. ⁊ gall cantauit.
at. ⁊ qsi p horam cognatus mal
chi. dicebat eum se uidisse in
orto cum ihu. ⁊ tc petr. cep ana
thematizare ⁊ iurare q. ñ cog
nouisset hominẽ. ⁊ statim gall
cantauit. ⁊ conuersus dñs respexit
petrũ. ⁊ recordat ẽ petr uerbi q.
dñs dixerat. egressus foras.
fleuit amare. Secdm hũc
ordinẽ iohis uidet pet
tria negõ inchoata. in
atrio anne. ⁊ consũmata
in atrio cayphe. Secdm alios qui
ñ faciunt mentionẽ de anna.
uidet tota fcã in atrio caiphe. Aug.
in libro de concordia. iiii. euuge
listar: asserit totã fcãm in atrio
anne. ⁊ que dicta sr ini: p mis

fugiẽs
inca
ueã qsi
gallicãt
aptitat.

sum ihm ad cayphan. recapitulan-
do dicta. Ier. in matheum et beda in
lucam uidetur uelle quod petrus in atrio
cayphe negauerit. **De sententia mor-**
Mane facto: consilium **tis lata in ihesum**
inierunt apud cayphan sacerdotes.
et seniores populi et scribe et pharisei: et que-
rebant falsum testimonium contra ihesum.
et dixerunt duo falsi testes. Hic nos au-
diuimus eum dicentem. Possum de-
struere templum hoc manu factum: et
post triduum non manu factum edificare.
Cumque non respondisset ihesus: exurgens
cayphas dixit ad ihesum. Adiuro te
per deum uiuum. ut dicas nobis si tu
es christus filius dei benedicti. Et ait ihesus. Tu
dixisti. Si dixero uobis non credetis.
Verumtamen amen uidebitis filium hominis
sedentem a dextris uirtutis dei. et ueni-
entem in nubibus celi. quod de secundo
aduentu: congrue potest intelligi. uel
de aduentu eius in orbem per predicato-
res. Tunc princeps sacerdotum sci-
dit uestimenta sua dicens. blasphe-
mauit. Consuetudinis iudaice
erat audita blasphemia. uestimenta
scindere uestimenta sua. Quid uobis
uidetur? Et dixerunt ei. Reus est mor-
Tunc **prima illusio.** tis.
exspuerunt in faciem eius. et hoc
etiam primum erat iudeorum. spue-
re in faciem eius quem abiciebant.
Et adduxerunt eum uinctum in pre-
torium. et tradiderunt pontio pilato
presidi. Et non introierunt ne conta-
minarentur intrando domum gen-
tilis. **De suspendio iude.**
Tunc iudas penitentia ductus
retulit. xxx. argenteos. dicens.

principibus sacerdotum. Peccaui tradens sanguinem
iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos?
tu uideris. quasi dicat. tu uideris quod feceris. et sic
est preteritum subiunctiui modi. uel tu ui-
debis cum senties pena te peccasse.
et est futurum subiunctiui. Quidam tamen
sub una distinctione legunt. Quid
ad nos tu uideris? Quid scilicet pertinet
ad nos? forte sathanas qui possede-
rat iudam postquam fecit quod uoluit:
recessit ab eo. et ideo potuit iudas
dolere quod fecerat ut ex dolore tamen in-
traret sathanas in eum ut faceret
eum mittere sibi manum. Dicit ieronimus
super psalmum. c. viii. quia magis offendit
iudas deum quando se suspendit. quam in
hoc quod eum prodidit. Et proiectis argenteis
in templo: abiens laqueo se sus-
pendit. et crepuit medius effusis
uisceribus. et in hoc quidam modo delatum
est ori quo osculatus erat dominum. ne
per os scilicet effunderetur. rupto enim laqueo:
putatur precidisse et crepuisse. Utrum
autem eadem die se suspenderit uel an
distulerit: dubium est. scilicet quod ante re-
surrectionem domini: super psalmum habetur. Qui-
dam tamen dixerunt quod audita resur-
rectione quam non sperabat: se suspen-
dit. quod non est autenticum. Dixeruntque sacer-
dotes quia non licebat eos mittere in
corbanan quia precium sanguinis
erant. mittere. intellige: per remittere.
quia iam tulerant eos. et emerunt ex eis a-
grum figuli. in sepulturam peregrinorum.
scilicet. figuli. uel est figulus proprium nomen
et est dictus ager. [Super hunc agrum secus
acheldemach uiam que ducit effrata
id est ager sanguinis mons gyon uel salomon
nis quia fuit precium mortis in unctus.]

in usum mortuorum tradiderunt eos.
Tunc impletum est illud ieremie. Acce
perunt .xxx. argenteos. sacerdotes. s. ut
uenditores agri. uel iudas precium ap
preciati. i. christi. quem appreciauerunt. i. precio
emerunt filii israel. uel illi qui erant a
filiis israel nati. Sed non legitur in iere
mia hoc. sed in zacharia. pene idem
est sensus. sub aliis uerbis. Unde quidam
codices habent. per prophetam sine nomine
aliquo; dicit ieronimus in maiori breuia
rio. quia antiqui codices habent. in asaph
propheta. sed uitio scriptorum positum est in
ysaia. nesciebant quis fuit asaph.
Unde porfirius uocabat matheum im
peritum cum posuisset ysaiam. sed non erra
uit matheus sed scriptor. Similiter in mar
cho dicit positum: hora .vi. crucifixe
runt dominum. Sed scriptores imperiti pepi
si que notat .vi. non est littera. sed no
ta numeri tamen: scripserunt gamma litteram.
que significat .iii. et inde forte propter legi glo
sa que est in marcho. hec propter mar
chus subaudi dixit. sed scriptor corru
pit et ille dixit tertia. quantum ad
ministerium. Nam et cum ita dicit
errasse scriptores in matheo. quod scrip
serunt ieremiam. pro zacharia. et super
matheum. dicit hebreum sibi ostendisse
se librum ieremie apocrifum: in quo hec
scripta ad uerbum reperiat. Origenes
in matheum. in secreto ieremie hoc
reperitur. sic apostolus scripturas quorundam
secretorum profert ut illud. quod oculus non
uidit nec auris audiuit. In nullo
enim regulari libro hoc inuenitur non
in secretis ysaie. Augustinus de concordia
euuangelistarum dicit apud zachariam esse
tamen de .xxx. argenteis. In textu non
de emptione agri. licet non de hoc agri.
et ita dicit hoc capitulum. ex du
obus conpactum. uel est ut dicit augustinus.
quedam ex propria euuangeliste accipien
da esse. De uerbis pilati ad iudeos et ad

Iesum autem ihesus stetit in ihm
pretorio. exiit ad iudeos pilatus
querens accusationem afferrent ad
uersum hominem hunc et primum eum
accusabant in duobus quia prohibe
bat tributa dari cesari et quia dicebat
se christum regem esse. Cumque respon
disset ut caperent eum et secundum legem
suam iudicarent: dixerunt. Nob
non licet interficere quemquam. subau
di his diebus. uel per potestate translata
ad alios: hoc dixerunt. Introiuit ergo pilatus
pretorium. primam accusationem
nullam reputans. quia forte audie
rat ihesum dixisse. reddite que sunt
cesaris: cesari. De secunda dicit. uel dixit
ad ihesum. Tu es rex iudeorum? Respondit
Dicis hoc a te an alii hoc dixerunt de
me: i. in hoc accusauerunt me tibi?
Et ait illi pilatus. Numquid ego
iudeus sum. q. d. ego non sum iu
deus et ita a me ipso hoc non dico.
sed gens tua. s. quam tuam dicis et de
qua natus es. tradiderunt te michi et ait
ihesus. regnum meum non est de hoc mun
do. Cui pilatus. Ergo rex es tu? Respondit
ihesus. Tu dicis. quia rex sum ego. Ego
ad hoc ueni in mundum ut testimo
nium perhibeam ueritati. Cui pilatus.
Quid est ueritas? Et iterum exiens pi
latus dixit iudeis. Nullam cau
sam inuenio in eo. At illi cla
mabant. Commouet uniuersum
populum. incipiens a galilea usque huc.

Cumque [Quod Herodes illusit domino.]
accepisset Pilatus quod homo Galileus
esset: quia Herodes Ierosolimis erat his
diebus: volens deferre ei, misit ei
Ihesum, ut dominus Galilee hominem Ga-
lileum vel absolveret vel dampna-
ret. Et ideo reconciliatus est Herodes Pila-
to super nece Galileorum quos interfecerat
Pilatus. Gavisus est Herodes quia ex mul-
to tempore cupiebat Ihesum videre
et signum ab eo videre querere. Sacerdotes
autem constantes accusabant Ihesum coram
Herode. Qui cum interrogasset Ihesum
multis, nec accepisset ab eo re-
sponsum: sprevit illum et illusit
ei, estimans eum fatuum vel non sane
mentis. Et in signum illusionis: in-
duit eum veste alba. [ii. illusio.]

Tunc Pilatus dixit Iudeis quia
nec ipse nec Herodes invenie-
bant in eo causam. Et ideo flagellatum cor-
rectum dimitterent. Turba autem uni-
versa clamavit: Crucifige eum. Cumque
Pilatus renuisset: accusabant eum
in hoc: quia filium Dei se fecit. Tunc
ergo Pilatus magis timuit. Et ingressus
ad Ihesum ait illi: Unde es tu? Ihesus
autem non respondit. Cui Pilatus: Michi
non loqueris? Nescis quia potestatem
habeo crucifigere te et dimittere?
Respondit Ihesus: Non haberes pote-
statem in me ullam: nisi data esset tibi
desuper, id est a Cesare, immo a Deo. Et
quia qui superioris potestatis timore
angebatur Pilatus, dicit eum Ihesus
minus peccare quam Iudeos. Cumque
Pilatus quereret dimittere eum: cla-
mabant Iudei: Si hunc dimit-
tis non es amicus Cesaris. Qui se regem
facit: contradicit Cesari. [Quod Pilatus qui
nolens tradidit Ihesum ut crucifigeretur flagella-
tum.]

Audiens hec Pilatus eduxit Ihesum
et sedit pro tribunali in loco qui
dicitur grece Lithostratos, hebraice Gaba-
tha, quod sonat varietatem pavimenti.
Erat autem Parasceve, quam hora vi. gentes
ammixti Iudei. Gentes crebro uteban-
tur vocabulis. Parasceve grece, lati-
ne dicitur preparatio. Sic dicebatur feria
vi. quia in ea preparabant necessaria sabbato.
Sicut et in deserto duplo colligebatur
manna. Potest ergo vi. esse incepta.
et usque ad eius completionem: pacta sunt
ea que leguntur usque ad tenebras. Et
vi. hora completa: facte sunt tenebre.
Marcus dicit hora tertia, volens in-
telligi horam qua linguis crucifixerunt
eum Iudei. Ut Iohannes notavit horam
vi. preparationis dominice mortis. Postquam
enim in nocte iudicaverunt eum reum
mortis: fluxerunt usque ad crucifixionem
iii. noctis hore et iii. diei. Cumque
accusaretur in multis, nichil respondit.
Per idem autem festum Pasche consueverat
preses noviter introducta consuetu-
dine dimittere unum de vinctis
quemcumque petissent in memoriam quod
ea die egressi erant de servitute
Pharaonis, Egyptiis etiam compellenti-
bus eos exire. Quod quia factum est xv. luna
et tamen constat eam fuisse xiiii. Cumque op-
tionem dedisset eligendi Ihesum in-
nocentem an Barabam latronem: elegerunt
Barrabam. Secundum Hebreos Barrabas et sonat
filius magistri. Secundum Hebreos Barabbas et so-
nat filius patris. Reor in meditullio
horarum dominum crucifixum et ideo modo
hanc modo illam horam positam. Esa-

et ecclesia inter tertiam et vi. celebrat missam et cum mane celebratur: debet ante cantari tertia secundum aug. Unde in ieiuniis differtur missa usque post vi. et in xl. usque post nonam: vereor per castrimargia nostra magis factum esse quam pro mysterio. ne audita missa ante vi. quaerant occasionem praeveniendi horam edendi. Vel forte quia non solum passionis: sed mortis et sepulturae et ascensionis sacramenta sunt in missa. In memoriam mortis et ascensionis: celebratur post vi. in memoriam sepulturae post nonam. Forte in memoriam resurrectionis celebratur in mane. **Quod pilatus quasi nolens tradidit ihesum ut crucifigeretur flagellatum.**

Tunc misit ad pilatum uxor sua dicens. Nichil tibi et iusto illi. Multa enim passa sum per visum dormiens propter eum. Iam dei nutu, putatur cognovisse diabolus mysterium crucis: et ideo laborabat ne christus moreretur. Forte iam gaudebant sancti in inferno. Unde hic notavit. Videns autem pilatus quia nichil proficeret: sed magis tumultus fieret: lavit manus suas dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Et responderunt omnes. Sanguis eius super nos et super filios nostros. id est ultio sanguinis. Tunc ihesum flagellis caesum tradidit eis ut crucifigeretur. Sanctitum erat a romanis ut crucifigendus: prius flagellaretur. Vel forte ut iudei saciati flagellis: a morte desisterent. Adhuc columpna cui alligatus fuit christus. vestigia cruoris ostendit. Unde in illis diebus initia et fines horarum omittimus: quia nobis ablatus est alpha et ω. et traditus impiis. **De illusione militum.**

Milites igitur presidis suscipientes ihesum convenientes eum circumdederunt ei clamide coccinea. ad similitudinem purpurae qua reges utebantur. et potuit in clamide illa assutum esse aliquid purpurae intus. ut vestitura clamide fieri solet. quia et marcus dicit eum indutum purpura. pro diademate autem plectentes coronam de spinis: imposuerunt capiti eius. Qui accuratius consideravisse se dicunt spinas illas: asserunt iuncos fuisse marinos. quorum acies non minus spina dura est et penetrativa. Unde et poeta. et acuta cuspide iunci. Credibile est autem aculeos corone cruorem de capite extraxisse. et flagellis cruor dorsi extractus est. et sanguineus sudor omnes alias partes corporis tinxit. ut non tantum manus et pedes et latus dicantur aspersa sanguine: sed tota veste tincta christus: ascendisse de bosra. Pro sceptro autem dederunt in manu eius arundinem et illudebant ei. tamquam volenti regnare et non valenti.

Et genu flexo **tertia illusio.** dicebant. Ave rex iudeorum. Et licet hoc facerent gentiles. quia iudeis auctoribus fiebant. Ideo in parasceve cum oratur pro perfidis iudeis. genua non flectimus. Tamen forte iudei cum gentilibus hoc agebant. Et expuentes arundine percutiebant caput eius et exuentes eum purpura: reinduerunt eum veste sua et duxerunt eum ut crucifigerent. baiulantem sibi crucem.

Contra has illusiones permittimus nos ante revelationem crucis vel orationes dicentes. Agyos etc. quia est honorantes est illusum propter nos.

Et exeuntes **De simone cyreneo.**

inueneret hominem cyreneū p̄trem alexandri et rufi. et hi duo putant̄ fuisse discipli ihu. et angariauerūt eū crucē ferre p̄ ihm. i. ad angariā coegerūt eū. que ē et onꝰ opis et p̄sone. Per angaria tm̄ p̄sone. Sequebantur aū mulieres plangentes eū. q̄bȝ ip̄e ait. Nolite flere sup me s; s; uos et sup filios uros. Qi dicet. flere p̄ immi nenti excidio: gentis ure. Du cebant et .ii. nequā cum eo: ut interfi cerent̄. Et ue nerūt in locū caluarie q̄ he braiche dr̄ golgotha. Caluaria ē p̄pe os capitis humani nu dum. et q̄ ibi decollabant̄ rei. et mul ta ossa capitum ibi sparsa erant: dicebatur caluarie locus. ut calua riarum. Ambrꝰ. in ep̄la ad romanos uidet̄ uelle q̄ ibi fuit sepultꝰ adā. et a capite eī dictam caluariā. et ex dictum ab ap̄lo. Surge q̄ dormis exurge a mortuis et illuminabit te x̄c. De qua opinione dic̄ ieronimꝰ q̄ fauorabilis ē. etiā mulcens aures: interp̄tatio ñ tn̄ uera. Vn̄ credimꝰ h a falsariis positum in ambrꝰ. sic̄ et multa alia. Cum aū crucifige rent eū: dicebat. Pater dimitte illis: q̄a nesciunt q̄d faciunt. De diuisi one uestium et tunica sortita.

Hanc plangentiū p̄cessi one p̄ dnm̄ rep̄sentamꝰ. q̄n letanias p̄ imminenti bȝ p̄iclis faciamꝰ. et iuxta dn̄i mandatū plangi mus sup nos. et sup fili os nos. Sane crux super altare ponenda est. ut de altari tollat eā baiu lus crucis. q̄ de x̄ humis sublatā: tulit eā simon cirreneus.

Tunc fecerūt de uestibȝ eī qt̄ tuor partes. et tunica .iiii. p̄tes. q̄a .iiii. erant milites. qui crucifixerant eum. Tunica aū erat in ɔtextil reticulato op̄e facta. et io scindi ñ poterat. desup contex ta p̄ totum. s. iex. huiꝰ. s. pannū ali quem extransuerso: sup humeros. posi tum ad imos contra gie in pel licias. et sortitꝰ ē de ea cui eet. De titulo triumphali.

Scripsit autē titulum pilatꝰ cāe eī et in titlo causam mortis sue. Ihc nazarenus rex iudeorum. q̄si dicer. io crucifixꝰ est. q̄ erat rex iudeorum. et sc̄psit eū hebra ice grece et latine. ut diuersarum lingua rum homines q̄ conuenerant ad diem festū: lege possent et intelligere. Vn̄ aū p̄ncipium tituli sc̄ptū fuit trībȝ linguis. initium ē. s; finis. hic ē rex iudeorum: sic ē sc̄ptꝰ hebraice. Malchꝰ iudeorum. grece basileos. oxomo soleon. latine rex ɔfitentiū. Crux aū ñ habebat sic lignū transuersum aliq̄d. T. huiꝰ formam thau. T. s; pilatus cauillā sup posuit. et tabulam affixam ei. et in tabla erat titulꝰ sic. ✠. Dicun tur aū in dn̄i cruce fuisse .iiii. di uisa ligna. et forte in toticꝰ diuisis ge neribȝ: lignū erectum. transuersum. tabla supposita. truncus q̄dā cui infixa erat crux: qui in rupe defos sus fuit. Inuenit eūm lignū dn̄ice crucis: et palme et cipssi. et ut q̄dam tradunt oliue et cedri. Dixerūt aū iudei pilato. ut mutaret titulum. et noluit. s; ɔfirmauit dicens. Quod sc̄psi: sc̄psi. i. immobilit̄ sc̄psi. Pre tereuntes aū blasphema bant eum dicentes. Vah q̄ destruis templum di. et ē. Silr̄ et sacerdos illu

Nota quosdā uelle fuisse tres clauos tm̄.

debant ei dicentes. Alios saluos fa-
cit: se ipsum non potest saluum facere. et cetera.
Hinc apparet quod non ex se sed in beel-
zebub sanabat. Potuit enim se sana-
re. demones sentientes uires suas
fractas esse: et quia hoc agebant ut des-
cenderet de cruce. Unde in tobia
sed temptatione piscis legitur: demo-
nem stetisse super brachium crucis
et considerasse an christus aliquam maculam
peccati haberet. De diuersis meritis latronum.

Etiam unus de hiis qui simul pendentibus blasphema-
bat eum. alter increpans blasphema-
tem ait. Memento mei domine dum ue-
neris in regnum tuum. Et audiuit
a domino. hodie mecum eris in paradyso.
Non intellige de terreno. unde ex-
pulsus est adam non de angelico. quia
ad illum ante christum nemo ascendit.
sed in regno quod est esse cum ihesu. Vel ho-
die eris mecum. quod est esse in paradyso.
forte fuit anima huius cum anima christi.
in sinu habrahe et cum illa regres-
sa est. et quia latro tunc non penetrauit
celos: et ex aliis locis scripturarum habemus.
Errauerunt quidam putantes multa
loca. esse beatorum. preter celum. paradysum
scilicet. ade. locaque in aere. et terram. ubi be-
ati uiuunt. nec tamen deum uidebunt.
Soli enim perfecti cum angelis fruen-
tur dei uisione. Ob hoc est dictum
putant. Multe mansiones in do-
mo patris mei. et cetera. De uirgine uirginum custode.

Stabant iuxta crucem missa est.
domini mater ihesu. et maria cle-
ophe. et maria magdalene et iohannes.
Tunc dixit ihesus matri de iohanne. Muli-
er: ecce filius tuus. Et ait iohanni. Ecce
mater tua. Et ex illa hora ac-

> Quia beatus iohannes astitit cruci-
> fixo in die eadem legitur passio
> secundum ipsum licet minus proprie le-
> gatur quod scripsit proprie.

cepit eam. discipulus in suam. quasi suam
habens matrem. et quam in sua potestate. et
in communione rerum suarum. Tamen nichil
creditur habuisse proprium. Sed cum esset bea-
ta uirgo cum apostolis: iste specialem eius
curam habebat. De tenebris.

A sexta autem hora tenebre facte sunt
usque ad nonam: per uniuersam
terram. Non fuit eclipsis solis ut
quidam mentiti sunt: quia luna ex regione
fere erat ad solem. Eclipsis autem fit
solet tamen in sinodo solis et lune. Le-
gitur quod athenis tunc uigebat stu-
dium et cum inquisissent philosophi cau-
sam tenebrarum: nec inuenirent:
dixit dionisius ariopagita. quia deus
nature patiebatur et fecerunt ei aram.
et superscripserunt ignoto deo. de qua
in actibus apostolorum legitur. Tamen origenes
uidetur uelle quod tenebre ille tantum fue-
runt super uniuersam terram iudee:
quia si per orbem diffuse fuissent: in
aliquibus historiis inuenirentur scriptum.
et sicut tribus diebus super egyptios fuerunt
tenebre. in terra uero gessen ubi erant
filii israel lux erat: ita modo quia econtra
super filios israel erant tenebre. aliis
nationibus luce fruentibus. Quia
his tribus horis preter se tenebre: ideo
et nos ter celebramus tenebras. Triduane
mortis quia triduanas facimus
excequias. quod nec alibi monachi.
nouem faciunt lectiones non per mor-
tuis. et tamen est primatus tenebrarum in-
sinuatur. quod in illis diebus cepunt

precedere diem. Extinctio candelarum
fugam signat apostolorum. Vel quia paulatim
fit occisionem prophetarum a privata gratia
none feriam et tandem mortem domini in-
telligit. De clamore domini ad patrem.

Et circa horam nonam ihesus
clamavit voce magna dicens.
Hely vel eloy lamazabatani. una di-
stinctio est eloy. et sonat deus meus deus.
nomen dei est. oy. id est meus. Quod autem sonat
vox illa sequitur evangelista interpretatus est.
Hinc patet quod psalmus ille qui eisdem verbis
incipit de christo scriptus est. non ut qui-
dam dicunt ex persona david vel hester
vel mardochei. et dixerunt quidam. heliam
vocat iste. Hi romani erant non in-
telligentes hebreum. Clamabat autem
christus se delictum a patre. non quod divinitas
ab humanitate separata esset. sed quia
traditus ita erat a patre, clamitans
vel quod videbatur derelictus. vel se derelictum
dicit a patre quia non videbatur fructum
passio eius. quia de toto genere homi-
num non videbatur quis redimi nisi latro.
qui tunc solus credebat in eum. Unde di-
cit in ysaia. Factus sum sicut qui
colligit stipulam in messe. et in
psalmo. Singulariter sum ego donec
transeam. excepta beata virgine. In
huiusmodi enim ipsa semper excipitur. quia
et tunc eam credidisse credimus.

De morte domini post gustatum acetum.

Postea dixit ihesus. Sitio. Vas autem
erat ibi positum aceto ple-
num. et unus circumstantibus implevit
spongiam aceto et imposuit eam ar-
undini suppositam ysopo. et circumliga-
tam et dabat ei bibere. Fuerunt qui dicerent
citius crucifixos mori si acetum cum
felle biberent. et ideo milites acetum po-
suisse ut citius possent liberari a custodia
si citius morerentur quos crucifixerant.
Potuit esse quod vile vinum secum tule-
rant ad bibendum et ex calore quidem acetum
factum est. Unde ad notandam est acredi-
nem. alius evangelista dicit vinum mir-
ratum. alius cum felle mixtum. Cumque
libasset ihesus acetum dixit. Consummatum
est. scilicet quicquid fieri oportebat antequam morere-
tur. vel vitium humane corruptio-
nis. dixit esse consummatum. Ihesus autem clama-
vit voce magna. Pater in manus
tuas commendo spiritum meum et inclina-
to capite emisit spiritum. De signis.

Et ecce velum templi scissum est
quod erat ante sancta sanctorum a sum-
mo usque deorsum. Remigius
dicit. Velum quod dicebatur exterius
scissum est. quod mistice tamen dictum
est. vel forte est velum appensum ante
fores templi. quod ad tegendas fores
appositum. dicit iosephus cum maiori-
ori velo scissum est. Nam et in evan-
gelio nazareorum superliminare templi
infinite magnitudinis fractum esse le-
gitur. auditasque voces in aere. Transe-
amus ex his sedibus. Terra quoque mota est.
petre scisse. monumenta aperta sunt. et
quidam sancti surrexerunt a mortuis. et
venerunt in ierusalem et apparuerunt mul-
tis. Forte hi vel fuerunt sunt de quibus
super epistolam ad hebreos legitur. quod mul-
tum affectaverunt sancti sepeliri intra
sancta. ut cum domino resurgente re-
surgerent. Utrum autem aliqui eorum ita
permanserint et cum domino ascenderint
nescimus. quod autem aliquid tamen mortui
sint post dominum surrexisse testifica-

ti sunt. scimus quod corpora quorundam
adhuc quiescunt in ierlm. et scē sca-
rioth. unus eorum fuisse perhibetur. His
visis centurio et qui cum
eo custodiebant ihe-
sum timuerunt
valde et dicebant.
Vere filius dei e-
rat iste. Quod fracti
cruribus latronum xpc lanceatus est.
Iudei autem ne remanerent penden-
tes in cruce in magna die sabbati: ro-
gaverunt pilatum
ut frangerentur eo-
rum crura et tolle-
rentur. ne festum hor-
rore cruciatus feda-
ret. Cumque mi-
lites primum fre-
gissent crura
latronum et veni-
entes ad ihm invenien-
tes eum mortuum: os non comminuerunt
ex eo. sed unus militum lancea dextrum
latus eius aperuit et continuo exivit san-
guis et aqua. et qui lanceavit eum ut
quidam tradunt. cum sibi caligassent
oculi eius et casu tetigisset oculos sangui-
ne: clare vidit. De sepultura domini.

Sanctus scarith abbas fuisse dicitur. qui mortuo quodam monacho eius inconsolabiliter dolente mortuus est et adhuc copa ginaq uidentur.

Quia hora nona mortuo domino centurio factus est profidelitate et perfidis recedentibus: licuit ioseph et nicodemo disponere de funere. et mulieribus accedere. propterea hora nona conveniunt ad missale officium. sed qui ad funus obsequium.

Cum autem sero factum esset ioseph
decurio. i. unus de ordine curie
abarimathia. que est ramatha civi-
tas helcane patris samuelis: dives. et
iustus. de quo etiam quidam putant con-
scriptum esse psalmum. Beatus vir qui non
consensit actibus actibus et consiliis ali-
orum: petiit a pilato corpus ihu. quia
et ipse discipulus erat ihu. sed in occulto.

venit autem et cum eo nichodemus. ferens
mirre et aloes. quasi libras .c. Ista ama-
ritudine sua vermes arcent a corporibus
mortuorum. et acceperunt corpus ihu. et in-
volutum in sindone quam emerat
ioseph. ligaverunt lintheis. et cum aliis
que creditur attulisse nichodemus. Erat
autem non longe monumentum novum
excisum in petra. in quo posuerunt eum.
et quia in simplici sindone involu-
tum est corpus ihu: instituit silvester
papa ut sacrificium altaris in lineo
tantum panno celebretur. De monumento
domini dicit beda. super marchum. quod domus
fuit rotunda. de subiacente rupe
excisa. tante altitudinis. ut vix ho-
mo manu extenta culmen possit attingere.
introitum habens ab oriente. cui magnus
lapis appositus erat pro ostio. In parte
eius aquilonari. locus dominici corporis de
eadem petra factus est. vii. pedes habens
longitudinis et tribus palmis. Alius ceteris
pavimento eminens. qui sarcofagus sit
positus fundamento. vel in ipso pariete
loculus factus erat. sicut fit in muris do-
morum. ad utensilia ponenda. Habens
ut dicit beda super locum illum non desuper
sed a latere meridiano patulum. unde corpus
inferebatur. quod tamen et priori sensui congruit.
ut esset quasi sarcofagus inclinatus sub latere:
aperturam habens a latere non desuper. Color
vero loculi et monumenti rubicundo
et albo esse permixtus dicitur. Et erant ma-
ria magdalene et altera maria consi-
derantes ubi positum erat corpus ihu.
et revertentes paraverunt unguenta. quod
diu licuit eis operari. sabbato enim quie-
verunt. De custodibus sepulcri.

Altera die que est post parascheven

convenerunt sacerdotes et pharisei ad pilatum dicentes. Hic seductor adhuc vivens dixit. Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum ne discipuli eius furto sublatum dicant surrexisse. Ex hanc litteram patet quod sabbato hoc factum est. Tamen remigius exponit hic parasceuen id est preparationem dominice passionis. que incepta est a prima vigilia noctis ut supra diximus et legit ita. Altera autem die que est post parasceuen id est post inceptionem huius preparationis. hoc est ipsa vi. feria que orta est post eius inceptionem. Visum est forte remigio quod ea die posuerunt iudei sepulcro custodes et signaverunt lapidem quod sabbato non fecissent. Unde pilatus ait. Habetis custodiam id est do vobis licentiam ponendi custodes. Ite custodite. quod et fecerunt.

De adventu mulierum ad sepulcrum.

Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati. cum adhuc tenebre essent: venit maria magdalene et altera maria et maria salome ad sepulcrum cum aromatibus que paraverant. Quidam non vult duas venisse dicit. quia supra due tantum dicte sunt considerasse sepulchrum et revertentes parasse aromata et dicit quod additum est hic et salome expositio est alterius marie tacite. Convenienter quidem sufficit opponere usum ecclesie que tres representat. Et lucas dicit preter has marias affuisse iohannam que dicitur fuisse uxor cuze procuratoris herodis. Nomine vesperis ut dicit augustinus de concordia iiii. euuangelistarum noctem signat a parte totum. et est vespere quod sabbati id est nocte sabbati. sed ne de ipso vespere qui est initium noctis intelligeretur. mutavit genus et ait. que referens ad sensum non ad nomen. que scilicet nox lucescit in prima sabbati id est cuius finis est diluculum prime sabbati id est dominice. Quasi dicat. Nocte sabbati venerunt. non tamen qualibet parte noctis: sed diluculo.

Crisostomus dicit matrem filiorum zebedei vocatam salomam.

De alio ordine dierum.

In hac nocte terminatus est ordo dierum naturalis. qui erat ut dies precederet noctem. Deinceps creator temporum fecit ut nox precederet diem. Et hec nox communis fuit et sabbato et dominice diei. et ita per synecdochen dicitur dominus fuisse in corde terre. tribus diebus et tribus noctibus. accipiendo per extremam partem pasche vel totum diem cum nocte sua et sabbatum totum. et per noctem dominice diei: ipsam dominicam. Tamen augustinus videtur velle hanc mutationem factam in parasceve. ut nox scilicet v. ferie fuit quasi parasceves. et orto iam sole id est cum celum ab orientis partibus iam albesceret: dicebant ad invicem. Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes: viderunt revolutum lapidem et angelum sedentem super eum. Iam enim terremotus factus erat domino resurgente. et clauso sepulcro egressus erat ihesus. Quidam enim monacho sancti laurentii extra muros. Anno ab incarnatione domini m.c.xi. mutatum de cingulo suo quo accinctus erat insoluto. et proiecto ante eum: vox in aere facta est. sic potuit clauso christus prodire sepulcro. Angelus autem postea tulit lapidem. ut egressum iam factum indicaret. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velud mor

tu .i. iacebant uelud mortui. **Opiniones de hora resurrectionis.**

De hora quidem resurrectionis
solet queri de qua uarie loquun-
tur auctores. Ieronimus in libro xii. questi-
onum uespere autem sabbati ait matheus.
Marcus uero: et ualde mane una sa-
.u.a.m.or. iam sole. huius questionis
duplex est solutio. Aut enim non re-
cipimus marchum omnibus grece libris
pene hoc capitulum in fine non habenti-
bus aut utrumque uerum dixit. Matheus
quando surrexit dominus .i. uespere sabbati.
Marcus quando uidit eum maria mag-
dalene .i. mane. Ambrosius in fine ex-
positionis luce. non uesperascente die. sed
noctis uespere surrexit dominus. Denique gre-
cus sermo pro uespere habet sero. sic ergo
dominus non in uespertino diei tempore. sed
sero .i. profunda nocte surrexit. Unde et
mulieres profunda nocte ad monu-
mentum potuerunt accedere. custodibus
quiescentibus. et principes sacerdotum dixe-
runt. quia discipuli eius nocte uenerunt.
Ut autem scias nocte factum: mulie-
rum alie sciunt: alie nesciunt.
sciunt que noctibus obseruant. nes-
ciunt que recesserunt. Una maria
magdalene secundum iohannem nescit.
altera maria magdalene secundum matheum scit.
Nam eadem antea scire et postea nesci-
re non potuit. Denique alteram esse cog-
nosce. Illa admittitur tenere pedes
domini. hec prohibetur. Illa angelum uide-
re meruit: hec primo cum uenit nemi-
nem uidit. Illa discipulis dominum re-
surrexisse nuntiauit. hec raptum
esse. Illa gaudet. hec plorat. Illa christo
occurrit: hec mortuum querit. Augustinus

ut supra diximus dicit eum diluculo
surrexisse. cui consentit auctoritas
illa que dicit dominum .xl. horis fuisse mor-
tuum. et totidem diebus ante ascensio-
nem post moratum. in tra .quia .iii. ho-
ris uespertinis parasceues. et .xxx.vi.
duarum noctium. et unius diei. Ecclesia
quoque consentire uidetur. que matuti-
nas laudes pro christi resurrectione cele-
brat. Predicta uero sententia facit ambro-
sius: quod sanson in typo resurrectio-
nis media nocte surgens tulit
portas gaze. Sic ergo anima christi rediit
ab inferis. et reddita est corpori suo im-
passibili. Utrum autem anima
christi tunc facta est impassi-
bilis cum egressa est a cor-
pore. an tunc demum cum
reddita est corpori ne si-
ne corpore glorificaretur:
non memini me legis-
se. De sanctis quos eduxit
que inferno si queris ubi fuerint post re-
surrectionem. deus nouit. Uel sicut
dicitur de domino fuerunt in extremis ma-
ris .i. super amplissimos fines orbis.
De diuersitate aduentus mulierum
ad monumentum que uidetur esse in
euangelistis. Unde et porfirius irridet
eos: et de apparitionibus et de numero
angelorum. glosa augustini super matheum
plene diffinit. hoc dixisse sufficiat. quia .x. apparitiones christi post
resurrectionem leguntur in
euangelistis. v. ipsa die resurrectio-
nis. v. postea. In apostolo legitur quod uisus
est iacobo et quingentis fratribus si-
mul. sed nec tempus nec modum deter-
minauit. Quidam dicunt quod mortuo

Forte pro prima
sententia facit lex.
s. quod apostoli tra-
derunt ea nocte
non dimitti populum
ab ecclesia usque
ad profundam
noctem.

domino iacobus uouit se non comesturum donec Christus resurgeret. Christus ipso die quo eadem die resurrectionis apparuit illi. Fuerunt qui et dicunt ioseph eadem uespera qua sepeliunt dominum ihesum a iudeis incarceratum et nichodemum latuisse. et deinde cum discipulis. et ipso ante alios statim apparuit ioseph in carcere ad consolandum. **Quod angeli dixerunt mulieribus.**

Et factum est cum mente consternate essent mulieres de hoc quod uiderant: ecce duo uiri id est duo angeli in corporibus humanis steterunt secus illas. Cumque declinarent uultum in terram dixerunt angeli ad illas. Quid queritis uiuentem cum mortuis id est in sepulcro quod est locus mortuorum? Non est hic. surrexit sicut dixit uobis: dum esset in galilea. Nota quod quia sancte mulieres non corruerunt sed inclinauerunt uultum. mos ecclesiasticus est ut exemplo earum et in memoriam dominice resurrectionis et in spe nostre: omnibus dominicis diebus et a pascha usque ad pentecosten non flectimus genua orantes. Et addiderunt. Ite dicite discipulis eius quia surrexit dominus et ecce precedet uos in galileam. et recordate uerborum domini: ibant.

De cursu iohannis et petri.

Occurrit autem maria magdalene et uenit ad petrum et iohannem: et ait. Tulerunt dominum meum de monumento et nescio ubi posuerunt eum. Hoc autem agebat in ea uis amoris uel consternatio mentis. ut non inuentum: non crederet nisi sublatum. Cucurrerunt ergo illi duo ad monumentum et non inuento corpore: cum uidissent sudarium capitis et linteamina seorsum posita et uiderunt uerum esse quod mulier dixerat. et redierunt ad semetipsos id est ad hospitia sua.

Quod magdalene apparuit dominus.

Maria autem magdalene que cum eis redierat remansit ad monumentum foris plorans. Cumque intro spexisset uidit duos angelos sedentes iuxta loculum corporis. unum ad pedes: et unum ad caput. Qui dicunt illi. Mulier quid ploras? Que ait. Quia tulerunt dominum meum et nescio ubi posuerunt eum. et conuersa: uidit ihesum stantem et nesciebat: quia ihesus esset. Dicit ei ihesus. Mulier quid ploras? quem queris? Illa existimans ortolanum ait. Domine: si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum. ut ego eum tollam. Dicit ei ihesus. Maria. et statim cognouit eum et ait. Raboni: quod est. id est quod rabi. et procidens uoluit tangere pedes eius: ut consueuerat et ait ihesus. Noli me tangere. Nondum ascendi ad patrem meum. supple in corde tuo. quasi diceret. quem tamen mortuum queris. uiuentem tangere non mereris. quia si putas cadauer sublatum non filium equalem patri. sed uade et dic fratribus meis. Ascendo ad patrem meum et patrem uestrum. deum meum et deum uestrum. Hoc est in proximo est ut uideant me ascendentem.

Cum autem **De mendatio custodum** hec fierent: custodes redierunt nuntiantes principibus sacerdotum que facta fuerant. At illi pecunia copiosa corrupti dixerunt. Nobis dormientibus furatum fuit discipulis corpus ihesu: et mansit hoc uerbum apud iudeos usque in hodiernum diem. **Quod apparuit mulieribus simul.**

me thoma. et cetera. beati qui non viderunt et crediderunt. vel credunt. Tamen quidam dicunt thomam tamen vidisse: non ausum tangere. quia christus tamen dixit quia vidisti. sed quia visus pro quolibet sensu corporis solet poni: pro via. vidisti. id est tetigisti. pro certum quia dominus dixerat. Infer digitum tuum huc et vide. Haec et alia fecit ihesus ad robur fidei nostre: et multa que non leguntur in euangelio.

De apparitione ad mare thibiadis.

Post haec autem manifestavit se ihesus ad mare tyberiadis. Piscabantur pariter vii. discipuli nocte quadam ut haberent cibos. Et cum nichil prendidissent mane stetit ihesus in littore. Cumque ad mandatum eius in dextera navigii rethe misissent: impleverunt illud. c.l.iii. magnis piscibus. et ait iohannes. dominus est. Tunc petrus misit se in mare. Alii navigio venerunt et invenerunt prunas in littore: et piscem suppositum. et panem iuxta positum et assantes simul de piscibus quos prendiderant. manducaverunt cum ihesu. scientes quia dominus est. Et haec fuit tertia dici manifestatio. sed post quot dies ab octavo die resurrectionis. non est determinatum. Tunc dixit petro. Symon iohannis diligis me plus his? Interrogabat autem dominus quod sciebat. sed innuit ut corde credamus et ore confiteamur. et ait petrus. Etiam domine. Tu scis quia amo te. Non est sic distinguendum. etiam domine ut scilicet dixisset se diligere plus aliis. hoc enim nesciebat. sed abundat etiam idiomate hebreo. Tacens ergo quod ignorabat. respondit quod sciebat. vel etiam domine amo te: et etiam tu scis quia amo te. quasi diceret te ipsum testem invoco quia amo te. Dicit ei ihesus. Pasce agnos meos. quasi diceret exhibitio operis: sit probatio dilectionis. Cumque quesisset iterum secundo: et idem respondisset petrus: iterum subdidit. pasce agnos meos. Post tertiam vero responsionem subdidit. pasce oves meas. quasi diceret pasce operando. pasce docendo. pasce monendo. Statim dixit ei ihesus. Cum senueris extendes manus tuas et alius te cinget. et ducet quo tu non vis. significans quia crucifigeretur nolens. secundum sensum carnis. et addidit. sequere me. id est sequeris me in genere mortis.

Opiniones de morte iohannis.

Tunc cepit ihesus abire et petrus cepit eum sequi. putans a domino hoc sibi mandatum. sequebatur autem eum et iohannes. Conversus petrus vidit illum sequentem: ait ad ihesum. Domine. hic autem quid? supple patietur? Petrus enim audierat se crucifigendum: et voluit fratris exitum cognoscere. Respondit ihesus. Sic eum volo manere donec veniam. Putaverunt ergo discipuli iohannem vivere donec christus veniret ad iudicium. sed non erat magnum dare dilecto non mori. cum mori sit dissolui et esse cum christo. Dicit ergo dominus. quasi in pace senium finiret. Tamen fuerunt qui dicerent sic eum adhuc vivere. quia cum in defossum sibi tumulum post celebratam missam descendisset: lux magna per aliquot horas in eum stantes fulsit et qui aderant ceciderunt. Cumque post lucem surgentes accessissent ad tumulum: vacuum invenerunt. etiam terra levis scaturiebat in fundo sicut in fontibus solet arena bullire: et adhuc usque eadem scaturigo ibi videtur. Unde multi putaverunt eum vivere sub terra: et anhelitu eius scaturiginem fieri. Alii iam

translatum ad celum putant. De huiusmodi uero melius est pie dubitare quam temere diffinire. De apparitione domini in galileam et mandatum eius discipulis ut baptizarent gentes.

Undecim autem discipuli abierunt in galileam ad montem ubi constituerat illis ihesus. Et uidentes eum adorauerunt. quidam autem dubitauerunt. et exprobrauit illis duritiam cordis eorum et ait. Data est michi omnis potestas in celo et in terra. id est nunc apparet. omnis potentia mea. Et ita dixeram uobis. In uiam gentium ne abieritis. sed quia uobis abiecerunt me: qui dederunt mihi potestatem uel quia terram mittendi: sub celo. Unde et subdidit. Ite in orbem uniuersum predicate euangelium omni creature. id est homini. per quo facta est omnis creatura. uel quia habet participium cum omni creatura. Unde et homo microcosmus. id est minor mundus dicitur. quod David. Quod audistis in aure predicate super tecta. Et addidit. Docete omnes gentes. id est omnia genera gentium. seruare que dixi uobis et bap. e. In nomine p. et fi. et s.s. Inde est quod euangelium legitur medio tamquam ubique ab omnibus audiendum et coram omnibus. primo fit signum crucis super librum quod David. Hic est liber crucifixi. Post in fronte et in pectore. qui in utroque suplimi nari. In inuocatione operum nostrorum eandem proponimus formam uerborum. scilicet inuocando orantes. ut ad honorem trinitatis fiat opus quod inchoamus. ut trinitas nobis cooperetur. In baptismo autem dicitur affirmatiue et est. baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. id est ministerium baptismi ago. sed auctoritas penes trinitatem est. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Qui non crediderit: condempnabitur. non ait nec baptizatus fuerit. sine baptismo enim saluatur homo. Cum enim excludit articulus necessitatis. non contemptus religionis. Unde quod dictum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et cetera. sic intelligitur. Qui contempserit renasci. Ordini uerborum dominus adherent heretici huius temporis dicentes. non oportere baptizari non credentem. et ideo non recipiunt baptismum paruulorum. sed non intelligunt tempus quo hoc dictum est. Primo enim quia predicabatur adultis baptizandi erant adulti. quorum fides gignitur in baptismo. per modum paruuli eorum. Sed propter adultos post intellige hoc esse dictum. Vel si per omnibus sic exponitur. quod crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. hoc est qui in fide baptizabitur. oportet enim baptizandum uel per se uel per alium credere. Signa autem eos qui in me crediderint hec sequntur. In nomine meo demonia eicient. lig. lo. no. ser. tol. et cetera. Et hoc quidem proprie dictum est. Tunc enim signa fiebant. propter infidelibus conuincendis. quia signa ergo non sunt necessaria. non modo fiunt: sicut passim tunc fiebant. Hoc enim cum arbusta plantamus. tam diu aquas infundimus: quousque in terram conualescant. De ascensione domini.

Die autem ascensionis uenit ad eos in ierusalem et ait. Sedete in ciuitate quo adusque induamini uirtute ex alto. Cumque comedisset cum eis. uidens in illa sextam horam transisse: eduxit omnes discipulos foras in montem oliueti uersus bethaniam. Et eleuatis manibus benedixit eis et uidentibus illis eleuatus est in celum et nubes lucida suscepit eum. ministerio angelorum. Cumque iam

Hanc ultimam processionem post ihesum representat ecclesia dominicis diebus egre

cedendo de ecclesia ⁊ redeundo ad eam. qui de ierusalem redeunt in ierusalem ⁊ sequendo crucem. ut illi crucifixum ⁊ licet illi redierint sine ihesu: tamen nos redimus cum cruce. quia ipse dixit. uobiscum sum: usque ad consummationem seculi ⁊ nota quod primitiua ecclesia obseruauit diem dominicam. non modo ⁊ quintam feriam. in memoriam ascensionis ⁊ tunc feria fiebat processio. sed multiplicatis sollempnitatibus sanctorum. sublata est sollempnitas quinte ferie ⁊ processio translata est ad dominicam.

subtractus esset ab oculis. discipulorum: tamen adhuc intuebantur in celum. preterea. ii. angeli in forma uirorum. steterunt iuxta illos ⁊ dixerunt. Uiri galilei. quid aspicitis in celum? q. d. recedite ne expectetis ibi ut modo redeat. tamen in fine temporum sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in celum. baiulis. s. nubibus descendet in aera. Illi autem regressi sunt in ierusalem ⁊ expectabant promissum spiritum. quo accepto temporibus suis perfecti. predicauerunt ubique domino cooperante ⁊ sermonem confirmante sequentibus signis. Et nota differentiam. translatus est enoch. subuectus est helyas. Ascendit christus: propria. s. uirtute. Incipit explanatio actuum apostolorum.

Anno nono decimo imperii tiberii cesaris. procuratore adhuc iudee pilato. preside sirie uitellio: mortuus est dominus ⁊ resurrexit. Resurgens autem ueritatem resurrectionis multis comprobauit argumentis. multa in corpore suo ostendens preter naturam corporis immortalis. ut sic ueritatem resurrectionis astrueret. ⁊ ab apostolis ⁊ eorum posteris omne odio causam hesitationis amoueret.

Comedit enim ⁊ bibit cum eis. cum corpus spirituale: ciborum alimonia minime indigeat. In corpore suo cicatrices ostendit. cum a natura corporis immortalis penitus aliena sit omnis deformitas cicatricis. Preter hec argumenta lucas scribens historiam actus apostolorum ponit aliud. fuit enim argumentum uere resurrectionis. quod per dies. xl. apparuit eis loquens de regno dei. Non est intelligendum quod singulis. xl. dierum: apparuerit apostolis. sed infra numerum tot dierum: decies apparuit eis ut ex euangelica historia colligitur. Ipsa namque die resurrectionis quinquies apparuisse legitur. Primo: marie magdalene. Secundo: mulieribus redeuntibus de monumento. que tenuerunt pedes eius ⁊ adorauerunt eum. Tertio: petro. licet non expresse habeatur de euangelio. Quarto: duobus euntibus in emaus. Quinto: apparuit. x. apostolis absente thoma. Sexto: post dies. uiii. apparuit eisdem: presente thoma. Septimo: uii. discipulis apparuit in piscatione ad mare tyberiadis. Octauo: in monte tabor. quo conuenerant in galilea ⁊ ita ante diem ascensionis apparuit octies. Ipsa uero die ascensionis bis apparuit semel undecim apostolis. comedentibus in cenaculo. Omnes quidem tam apostoli quam alii discipuli. necnon ⁊ mulieres habitabant in illa parte ierusalem: que dicebatur mello. s. in monte syon. ubi dauid construxerat sibi palatium ⁊ ibi erat cenaculum illud grande stratum: in quo perfecit dominus cum patri pascha. Et in cenaculo illo habitabant undecim apostoli. Ceteri autem discipuli ⁊ mulieres

habitabant, ceteri quoque per diuersa hospicia.

Ubi apparuit dominus apostolis in cenaculo

Et dum comederent **congregatis.**

.xi. in cenaculo apparuit eis dominus. et exprobrauit incredulitatem eorum et duritiam cordis. et comedit cum eis. Et conuescens precepit eis ab ierosolimis ne discederent. sed expectarent promissionem patris. id est ab ipso promissam. uel a patre per ipsum. et patris auctoritate complendam dicens. Iohannes baptizauit aqua. uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. ac si diceret. Spiritus sanctus super uos descendens uos purificabit et roborabit. De baptismo autem apostolorum solet dubitari. Sed secundum hunc locum dicit beda et augustinus quod fuerint baptizati. Ait enim beda. Baptisma enim quod est in spiritu sancto non ad illud tempus respicit. quo apostoli et ceteri fideles illius temporis baptizati sunt aqua in remissionem gratia a domino percepta. sed ad illud quando domino mittente spiritum plenius acceperunt. Ideo nondum fuerant baptizati non dico aqua sed spiritu sancto. Quidam intelliguntur baptizatos baptismo iohannis. uel quod credibilius est baptismo christi. Conueniens enim erat eos esse baptizatos qui baptizabant alios. De eodem augustinus. Scriptum est quando baptizatus est paulus qui ab anania baptizatus est. Sed scriptum non est quando baptizati fuerunt alii apostoli. Sed debemus intelligere baptizatos esse propter illam dominicam sententiam. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest intrare in regnum dei. Sic aperte uoluit beda et augustinus quod baptizati fuerunt baptismo christi. et de quibusdam satis uidetur quod baptismo iohannis fuerunt baptizati. ut de andrea. philippo. et petro de quibus constat quod fuerunt eius discipuli. Hoc dicto precepit eis ut egrederentur de ciuitate et statim euanuit ab oculis eorum. Et haec nona apparitio.

De interrogatione discipulorum

Statimque post comestionem **.x. domini.** undecim apostoli et alii discipuli et mulieres de ciuitate unanimiter egressi iuxta preceptum domini uenerunt in montem oliueti. et statim dominus apparuit eis. Quando autem precepit eis ut egrederentur de ciuitate et euanuit ab oculis eorum et quando egressi de ciuitate uenerunt in montem oliueti et ibi dominus apparuit eis in historia subticetur quia breuis est. Tunc qui conuenerant ceperunt eum interrogare dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel? Temporale quantum ad quosdam imperitos et carnales sapientes qui uidentes alienigenam regnare et iudeos esse sub preside querebant de restitutione regni israel temporalis. putantes tunc a domino restituendum. sicut et duo discipuli dicentes. Nos sperabamus quia ipse esset redempturus israel. Alii magis instructi scientes illam restitutionem non nisi finalem futuram. scilicet circa tempora iudicii. querebant de restitutione regni israel spiritualis. id est de dilatatione ecclesie. ac si dicerent. Nunquid in hoc tempore facies quod promisisti ecclesie? Dominus secundum hoc non certificauit eos. Ex quadam tamen in responsione eius posito scilicet si scioli essent possent intelligere restitutionem illam multis temporibus differendam. Non est uestrum nosse tempora uel momenta. que pater posuit in sua potestate. id est numerum temporum et momentorum usque ad finem seculi. que tamen patris scientie. Ac si diceret. Nichil ad uos querere de secretis huiusmodi. non ad ea percipienda estis idonei. sed de his que ad nos

xlvii

t dilacione

spectant: estote solliciti quia uos recta
accipietis uirtutem spiritus superuenientis.
et uirtute roborati: eritis mihi testes re-
surrectionis mee. primo in ierusalem. Secundo:
in iudea. Postea: tandem ad ultimum terre.
Ac si tacite diceret. Non regni illius resti-
tutionem. non solum ierosolimam. sed et omnes
iudee confines. et samarie mundi et
terminos: peruenturam: fama euangelii per-
curret. **De ordine predicationis euan-**

Primo siquidem predicatum est **glice.**
euangelium: in ierusalem. Sed propter
lapidationem stephani. et mortem
iacobi gladio occisi: egressi sunt de ierusalem
predicantes in finibus iudee. Postea ad
samaritanos transierunt. et in processu
per uniuersum orbem. et est hoc expressum:
secundum alium euangelistam. eleuatis
manibus benedixit eis. Et post benedictionem:
uidentibus illis eleuatus est. et nubes sus-
cepit eum ab oculis eorum. quia quasi quodam
in globo bauile nubis ascendit. Non
tamen quia ad ascendendum egeret ministerio
nubis: sed ut per hoc ostenderet quia omnis
creatura parata est obsequi suo creatori. **De lo-**
co ascensionis.

De loco ascen-
sionis. dicit supplicius episcopus ierosolimitanus. quia cum ibi postea edificata
esset ecclesia. locus ille in quo institerunt
uestigia christi ascendentis. nunquam potuit
sterni pauimento. immo resiliebant
marmora in ora collocantium. Cal-
cati et puluis a domino hic dicitur esse docu-
mentum. quia uestigia impressa cernuntur.
et eandem adhuc speciem. uel depressis ues-
tigiis terra custodit. Cum iam dominus raptus
esset a conspectu eorum: adhuc tamen sus-
pensis uultibus erant aspicientes in
celum. et postea deberent redire in ie-
rusalem. quia dictum erat eis. Sedete in ci-
uitate. quo adusque induamini uir-
tute ex alto. Et ne diutius morarentur:
missi sunt angeli instruentes eos.
Unde sequitur. Cumque intuerentur in
celum euntem illum. id est illo abeunte:
ut accusatiuus pro ablatiuo ponatur abso-
luto. prout ponitur genitiuus in greco. Vel
etiam prius intuerentur euntem illum. et ad-
huc intuerentur in celum. ecce duo
uiri. id est duo angeli in forma uirili.
astiterunt iuxta illos in uestibus albis
qui et dixerunt. **De apparitione ange-**
lorum in ascensione.

Viri galilei. quid statis aspicientes in celum?
quasi obliti quid facere debeatis? Hic ihesus
qui assumptus est a uobis. id est in eadem
carnis substantia in qua assumptus est a uobis in
c: s. u. quemadmodum u. e. eu. in celum. id est si-
cut uidistis bauilem nubibus ascen-
dentem: sic bauilis nubibus uide-
bitis in aere ad iudicium uenientem.
Dupplici de causa hii duo angeli ap-
paruerunt. scilicet ut mestos de absen-
tia domini confortarent. et ut dominum
uere ascendisse in celum demons-
trarent. scilicet in regione angelorum. non
sicut helias qui raptus est in curru
igneo ascendit usque ad subluna-
rem regionem. non eam transcendit.
sed tamen translatus est in paradisum
terrestrem. qui adeo imminet: ut pertin-
gat ad sublunarem regionem. Tunc re-
uersi sunt ierosolimam a monte
qui uocatur oliueti. propter copiam oliua-
rum. sabbati habens iter. id est mansionem sabbati
distans a ierusalem. scilicet spatio miliarii.
quia non ampliori spatio licebat iu-
deis in sabbato progredi de ciuitate.

uel uilla in q erant. s; p mille pass
portant ita deambulare. Ve edicto
ht a monte tum luminu. Sic au
dns ē mons oliueti. q de nocte ex
pte occidentis illuminabat igne
tepli q erat uigil in altari: mane
ex pte orientis primo recipiebat ra
dio sol: anteq illustrarent ciuita
tem. habebat etia: copia olei q
ē fomitum luminis.

Cum regssi eent in ierlm: os
unanimit aplos usq; ad eo
hospitia cduxert. deinh ad pa redier.
Hanc pcessione disciplo q unanimit
se de ciuitate egssi 7 pea unanimit regss
+ repsentat ecclia singlis dnicis di
eb; pcessione faciens. Vn sic ipi
pcesser pcedente crucifixo: ita 7
nos de ecclia egdim: cruce pfere
do. 7 licet n rediert cu eis crucifix
nos tn redeuntes cruce reportam.
qa licet n redierit c eis psentia
corpali. rediit tn psentia spuali.
iuxta q ait. Vobcu sum usq; ad
consumatione scli. In eo g q eg
dimur crucem dni pferendo: re
psentam q illi egssi st preun
te crucifixo. In eo q crucem dni
reportamus: cum n redierit psen
tia corpali: repsentam qd ait. Vo
biscu sum usq; ad csumatione
scli. In primitiua au ecclia huius re
psentatio: fiebat in ecclia. v. feri
a que ut tepis eque sollempnis e
rat sicut prima. Qnta: pueia
tone ascensionis. Prima: pueie
a resurrectionis. Vn in uulgari
publicum usum e. ut dnice die
dicat cognata dies iouis. qa anti
quitus fuit eque sollennis. S; quia
supuenert festa scor 7 celebrare tot fe
sta erat nimis honosum: ut in die dni
ca fieret pcessio deinceps e institutu.

Tunc accesserunt apli
In cenaclm ubi mane
bant. s. petr. 7 iacob. 7 iohs. 7 andre
as. 7 alii. 7 mutat hic series catho
logi. Solent eni apli cbinari in
cathologum in hc modu. Petrus
7 andreas. iacob 7 iohes. forte ali
bi conbinantur ita p carnis affi
nitate. hic au p mitonu paritate.
Qa intellexit lucas in spu pares
ee in mitio: petru 7 iohem. q for
te pceteris diligerent. Vn 7 pariter simt
ad monumentu cucurrert. Et e
rant omis unanimit pseuerantes
in oratione. cum mulierib; 7 ma
ria mat ihu. que a mulierib; di
stinguit. q n p dici pe muli
er. i. mollicie passa. In dubium tn
mulier p sexu. n p corruptione. 7
frib; ei. q de ill debet intelligi. de
qb; ante passionem dcm e. Neq;
eni fris eius credebant in eu. nc
au credebant. Nota q dcm e per
seuerantes in ofone: 7 n e adctu
in ieiunio.

Quidam au a festo ascensio
nis usq; ad festu pentecostes
ieiunant exemplo aplo q sa
unt in spatio illo ieiunasse. qa in
euuglio dcm e. Venient dies in
qb; aufetur spons ab eis. 7 tc ieiu
nabunt 7 potuit ita ee hinc tn
H dieb; ill. De electione mathie. n hr
i. in illo medtullio tpis. int as
censione 7 spc sci missione: exeur

+ 7 pea unanimit regressi

gens petrus in medio frm: dixit. Con
stat enī inspatio illo frām ēē mathie
electionem. licet n̄ sit determinatum:
q̄ die. Vn̄ q̄i indefinite dictum est
in diebus illis. 7 in̄ q̄i ex forma scrpt:
a sumpsit ecclia formā legendi. Vn
qr in actib; aplor frequenter inuenit.
in dieb; ill: qr in eūngelistis sepe le
gitur in illo tēpe. io cum legunt
in ecclia ꝑ ticle epistolarū premittit
tur in dieb; illis: qr in eūngelistis
sepe legit in illo tempe: io cū sin
gulis dieb; legunt in ecclia ꝑticle
euuangelior ꝑmittit in illo tempe.
Viri frs oportet impleri scripturam.
q̄m ꝑdixit sps scs: ꝑ os. dd. de iuda q
fuit dux eor q cōprehenderunt iesum
q̄a duxit cohortē. 7 regis ministros
ad ortum in q orabat dns. l' qr osclo
dedit ꝑditionis indiciū. 7 ita ꝑbu
o it eis ducatum. qui connumeratus
ē in nob. 1. et sortitus ē sortem mi
nisterii h. s. 7 aplat. qr. q. sorte diui
ca electione obtinuit aplatū. 7 ele
ganter dcm ē: connumerat qr nūo
n̄ merito int aplos cōputat. l' respi
cit ad hoc q dixerat. qui fuit dux
eor qui comprehenderunt ihm. 7 sor
titus ē sortem ministerii h. s. duca
tus. 1. huius hunc ducatū. Et hic
q̄dem possedit agrum de mercede
iniq̄tatis. q̄d q̄dam mistice exponit
1. ꝑ accepto ꝑcio ꝑditionis. possedit
infernū. qui dr̄ tra morientium.
sic paradisus ē terra uiuentium.
Alii dicit iudam ibi sepultū. 7 ita
possedisse. s; n̄ ē autenticū. Dcm ē
g° possedit. 1. possedi fecit. qr de pos
sessioē ei ꝑa empt ē. 7 ab aliis pos

sessus. 7 suspensus crepuit medius. 7
diffusa st uiscera ei. Dignū enī e
rat ut uiscā que ꝑditionē cōceperant.
rupta caderent. gut q uox ꝑdicionis
generat: laqueo artaret. Sepe enim
modum pene: exprimit mod culpe.
Vn̄ absciditur hoī caput corporis. qr
ipe sibi abscidit cap mētis. 1. rōnē.
Sic 7 iudas mortuus ē in aere: tā
q̄m aeris potestatib; sociand. Con
gruum enim erat ut separet ab an
gelor 7 hoīum regione. q offensus
fuāt utrusq; 7 ita mod 7 locus pe
ne congruit culpe.

Et notum fcm ē h oib; habita
tib; ierlm. ita ut appellaret ag ille
lingua eor acheldemach. qr dicit
eor: dicit q̄dam h n̄ fuisse uba petri.
c iudeus eet 7 ad iudeos loqueret. s; luce q
grece scpsit 7 in ebreo n̄ ag exposuit. Alii
qr latini intpt h addidit. s; meli a petro
dcm accipitur. 7 continuat ei q dixerat.
Notū fcm ē oib; habitātib; ierlm .1. ut appella
ille acheldemach: lingua eor. 1. ie retur ag
rosolimitar. qr cū petrus galileus
eēt 7 eadem eēt lingua galileor
7 ierosolimitar. diuisa erant lin
gue idiomata. Vn̄ petro dcm ē. Ve
galileus es. Nam 7 loq̄la tua ma
nifestum te facit. 1. idioma lingue
galileor. Scriptū ē enī in libro psal
mor. Non ē dcm in libris. Vn̄ i
sultat aug. iero. librum psalmor
ꝑ v. uolumina distinguentem. tc
enī dici debuit in. iiii. libro psal
mor. fiat habitatio eor deserta
7 n̄ sit q habitet in ea de suis. s;
1. episcopatū ei accipiat alt. 1. alius.
qr de multis discipulis. lxx. duob;

+ cū iudeus eēt 7 ad iudeos loq̄ret s; luce q grece scpsit

electus est mathias ei substitutus. et ideo
dicendum est quod mathias fuit longe alter
ab eo. quia uir sanctus. iudas: nequam. uel ali-
ter duorum. quorum sortes misse sunt. Opor-
tet ergo ex his uiris qui nobiscum sunt congrega-
ti in omni tempore quo intrauit ~~et exiuit~~ et
exiuit dominus ihesus incipiens a baptismate
iohannis usque in diem quo assumptus est a no-
bis testem resurrectionis eius nobiscum fie-
ri. unum ex istis. quasi dicat. Quidem mor-
tuus est iudas et sic prophetatum est. quod episcopatum
eius accipiat alter. Ergo oportet ut aliquem ei
substituamus. qui testetur nobiscum resur-
rectionem eius. quod dictum est nobis. Eritis mihi
testes in ierusalem resurrectionis mee scilicet.
et in omni iudea et samaria et usque ad
ultimum terre. Et quia testis. non nisi his qui
uidit. uel audiuit debet testimonium
ferre eligendus est de his uiris qui a baptismo
iohannis postquam cepit ihesus facere et docere.
usque in diem ascensionis nobiscum fu-
erunt. et domini miracula uiderunt et doc-
trinam audierunt. et nota quod dictum est.
ex his uiris non de sexu infirmiori.
et ad hoc munus idoneo. et statuerunt
duos. illos aliis preferentes. Ioseph qui
uocabatur barsabas qui cognominatus
est iustus. et mathiam. de eius laude sub-
ticetur. quia sufficit ei pro laude quod in aposto-
latum eligitur. Ioseph uero commendatur.
ne tamquam indignus respui uideatur.
et habemus hic plane in glosa. quod iste
ioseph qui uocabatur barsabas fuit
barnabas qui postea cum paulo in a-
postolatum electus est. Sed non est huic opi-
nioni adherendum. quia ex sequentibus
euidens fiet hoc non constare. Iste ioseph
namque fuit frater tamen apostolorum filio-
rum alphei. non fuit apostolus. et orantes

dixerunt. Tu domine qui corda nosti
omnium. ostende quem elegeris ex his
duobus accipere locum ministerii huius. et aposto-
latus. de quo preuaricatus est iudas. ut abiret
in locum suum. et dederunt eis sortes. Et
cecidit sors super mathiam. et annumeratus
est cum .xi. Non est in utendum sortibus.
ut dicit ieronimus. per hanc auctoritatem quia
priuilegia paucorum non faciunt legem
communem. Nondum enim missus fuerat
spiritus sanctus. Hec dum penitus figure legales
cessauerant. ideo adhuc posite sunt sortes.
sicut in ueteri testamento: sepe factum legitur. Nam
et saul sorte electus est. ionathas et armiger
eius sortes ierunt. david quoque sortes iecit. quando .xx.
.iiii. summos sacerdotes elegit. Si quis tamen com-
pellitur uti sortibus apostolos imitetur pre-
missa scilicet oratione ad dominum. facta est ergo
electio mathie inter ascensionem
et spiritus sancti missionem. sed quo die: incertum est.

De linguis igneis.

Et cum complerentur dies pentecostes
erant omnes discipuli pariter in eodem
loco. in quo facta est electio mathie. Sed ui-
detur properam dictum cum complerentur.
tria enim erant festa. que .vii. diebus protela-
bantur. scilicet pascha. pentecostes scceno-
phegie. Videtur ergo potius dicendum
fuisse cum inciperent. dies pentecostes
Sed pentecostes equiuocum est ad quinquagenam.
et ad eam sollennitatem .vii. diebus prote-
latam. Pentacum enim interpretatur
quinquaginta ut in pentecoste quod quin-
quagenam significat. et est ueritatum uocabulum:
pentecoste: sicut parasceue et scenophe-
gia. sed de hoc nomine pascha: quod est. hunc
enim hebrei multa greca uocabula quia
sepe per multas captiuitates preclare
dispersi sunt et fuerunt inter grecos. a quibus mul-

electio
xlix

ta uocabula retinuerunt. Est ergo sensus.
cum complerentur d. p. i. quinquagene. Illa
enim dies erat quinquagesima a resurrectione.
Et cum inchoarentur dies pentecostes. i.
illius sollennitatis. vii. diebus protelande
erant omnes discipuli in cenaculo. et dum
essent pariter in eodem loco. factus est repente
de celo. i. deorsum sonus. quia fragor quidam
insonuit in aere. tamquam aduenientis
spiritus. i. soni uehementis. ut sit tamquam no
ta similitudinis. ac si diceretur. Venit
spiritus in similitudine uenti uehemen
tis. vel tamquam spiritus sancti uehementis. Et erit
tamquam expressiuum ueritatis. quia uere spiritus
sanctus dicitur uehemens: qui uehens a mente. i. a
mentis affectibus alienans. vel iuxta quod ait
ille clareualensis. mirando dicitur uehemens.
qui ue adhimet. i. eternam dampnationem.
Potest ergo et ad sonum. et ad spiritum sanctum
referri. Quod dictum est. tamquam adue
nientis spiritus. quia spiritus equiuocum est ad utrumque:
sicut ruha in hebreo. neuma in greco.
et repleuit sonus ille. i. spiritus sanctus totam
domum ubi erant sedentes. i. uiros et
mulieres. in domo sedentes. imple
tes quod dictum erat eis. Sedete in ciui
tate quousque ad usque induamini uirtute
ex alto. Et apparuerunt illis dispertite
lingue tamquam ignis. i. radiolis ignei
in modum linguarum. in sidentes ca
pitibus singulorum. Ipsa autem species caute in
qua spiritus sanctus uisibiliter descendit ad
quid usum et descendit in apostolos ex
pressit. species ignis ostendit spiritum sanctum tunc
eis datum ad robur. species linguarum ad
scientiam. lingua enim scientiam explicat.
ignis testam roborat. Datus est autem spiritus
apostolis ante passionem quando missi sunt ad
predicandum. et datus est eis. egros sana

re. demones eicere. mortuos suscitare.
Post resurrectionem autem datus est eis ad ali
um usum. quando insufflauit et dixit
eis. accipite spiritum sanctum. quorum remi
seritis peccata: remittuntur eis. et quorum
retinueritis: retenta sunt. ubi claues
quas declarat petrus. dedit aliis. Et repleti
sunt omnes spiritu sancto et ce. lo. u. l. p. s. s. d. e.
illis. qui diuidens singulis prout uult.
ubi uult. quando uult. quantum uult. quomodo
uult. quibus uult spirat. et non est quod apostoli.
vel una tamen lingua. scilicet hebrea loquebantur.
ita quod ab omnibus intelligebantur. vel quod uerum
est linguis omnibus loquebantur. quibus in
spirauerat spiritus sanctus. omnium linguarum
noticiam. iuxta quod in sapientia legitur. Spiritus
domini repleuit orbem t. et h. q. c. omnia
i. homo: conuenientiam habens cum omni
creatura: scientiam habet uocis. i. linguarum.
Ac si diceretur. Spiritus sanctus repleuit orbem
terrarum. et dedit discipulis scientiam lingu
arum. Ostendit quanta multitudo

Erant autem hominum ad cetera.
in ierusalem iudei uiri religiosi. et
in iudea habitantes. et preter illos
alii multi superuenientes sunt ex omni
natione que sub celo est. quia multis cap
tiuitatibus dispersi fuerant iudei. et pre
cipue sub anthioco epiphane. que
captiuitas fuerat uicinior huic
festo. et modo ad diem festum omnes conue
nerant. Audito fragore qui insonu
erat in aere: conuenerunt omnes ad dis
cipulos. et mirati sunt quoniam audiebat
unusquisque lingua sua illos loquentes.
et mirando dictum est singulariter lingua
sua. quia non solum sciebant linguas
sed et linguarum ydiomata. Alii autem
irridebant eos dicentes. Musto

modum

tunc eis

pleni sunt isti .i. uehementer ebrii. quia uehementior est ebrietas de musto. quam de uino defecato. Verba petri.

Tunc surrexit petrus cum .xi. ostendens non esse ebrios. sed spiritu sancto repletos. dicens. Non hii ebrii sunt cum sit hora diei tertia. q.d. Nondum est tempus comedendi. nec solent inhebriari ieiunii. Et quia sciebat legem. et scientibus legem loquebatur. ostendit prophetatum esse a ioel spiritus sancti aduentum. Et cum non inducat prophetiam ioel non ut ostendat prophetatum esse aduentum spiritus sancti incidenter adnectit. de die iudicii. quia preposuit ioel iudicii signa quedam iam impleta. quedam adhuc implenda. Erit in nouissimis diebus dicit dominus effundam de spiritu meo super omnem carnem .i. super utrumque sexum. non super omnem hominem et prophetabunt filii uestri: ut agabus. et simon magus. et filie uestre: ut philippi. et iuuenes uestri uisiones uidebunt: ut paulus. raptus usque ad tertium celum. et senes uestri: sompnia sompniabunt. ut petrus deque legitur. estimabat se uisum uidere. Hucusque de aduentu spiritus sancti. Sequitur de die iudicii. De signis que in aduentu xpi facta sunt.

Et dabo prodigia in celo sursum. quod impletum est cum ad indicium dominice natiuitatis. noua stella in aere apparuit. et in aere in passione quando sol obscuratus est. Et signa in terra deorsum. quod impletum est. est quando xpistus spiritum emittente terra contremuit. et petre scisse sunt. et monumenta aperta sunt. sanguinem diuini uulneris. et sudoris. quando factus est sudor eius sicut gutte sanguinis. quod preter naturam fuit. et ita signum fuit. Sic et sanguis de latere domini mortui profluens. preter naturam. signum fuit. et ignem spiritus sancti superuenientis et uaporem fumi .i. uaporem conpunctionis. de spiritus sancti ardore tamquam fumus de igne procedens sol conuertetur in tenebras. et luna in sanguinem. In passione sol in tenebras uisus est. sed cum tunc plenilunium esset. utrum luna tunc in sanguinem uisa sit. hominibus innotescere non potuit. quia esset sub terra. et uisibus humanis obiectu terre subtracta. De alto itaque istorum constat. quia iam impletum. forte adhuc reliquum est implendum. Et hec omnia fient antequam ueniat dies domini magnus. spacio. quia nox ei non succedet opere. quia in eo totus mundus examinabitur claritate. quia sol fulgebit septempliciter.

Viri israelite quibus specialiter locuti sunt prophete audite uerba hec .i. intelligite. iam conpletum esse quod prophetauit ioel. de spiritus sancti missione. quia missus est spiritus sanctus. et ab eo quem uos interemistis. qui alto consilio patrie dispensationis traditus est in manus uestras. quem deus suscitauit. solutis doloribus inferni. uel quantum ad ipsum quem dolores penarum inferni non leserunt. uel quantum ad alios. qui per eum ab inferni doloribus absoluti sunt. Quod palam est ex gesto. ut dicitur. soluens per ipsum dolores mortis. Quod autem a deo suscitatus sit: probat per prophetiam dauid. et ponit plures uersus psalmi. Sed ad hoc probandum sufficit ille solus. non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Sunt enim uerba xpisti ad patrem. q. non patieris o pater animam meam ad inferos descendentem. ibi detineri. nec corpus meum sancti

tuum corrumpi l' inquinari. Pterea de dd'
n est. hoc intelligendum. arguens iudeos
de dd' perperam interpretantes. dicens.
Viri fratres liceat audenter dicere de dd.
quoniam defunctus est et sepultus apud nos.
et corpus eius incineratum. et apud nos sunt ad
huc cineres eius. Unde pater non de se illud
dixisse. non dabis sanctum tuum uidere corrup
tionem. Sed prophauit de resurrectione xpi
qui neque derelictus est in inferno. nec caro eius
uidit corruptionem quem suscitauit deus.
cuius nos testes sumus. qui ad dexteram patris
ascendens: misit in nos spiritum sanctum.
qui operatur in nobis quod uidetis. Quod autem
exaltatus sit ad dexteram patris tum pro
bat: auctoritate dd prophete dicentis. Dixit
dominus domino meo sede a dextris meis. quod de
dd' l' alio homine non potest intelligi. Certissi
me ergo sciatote hunc ihesum ita exaltatum
et spiritum sanctum misisse quem uos crucifixistis.
His auditis compuncti sunt corde et ita
impleta est prophetia ioel. quia post ignem
sancti spiritus secutus est uapor compunctionis.
et dixerunt: ad petrum et ad reliquos apostolos. Quid
faciemus uiri fratres: Ad quos petrus. Penitentiam
agite et baptizetur unusquisque uestrum in
nomine domini ihesu xpi. in remissione peccatorum.
et accipietis donum spiritus sancti. ut loquimini
in uariis linguis sicut et nos. et hoc
erat signum familiare in primitiua
ecclesia. quia omnes fere ascendentes de la
uacro: loquebantur omnibus linguis. Et
nota quod ait petrus. Baptizetur unusquisque
uestrum in nomine ihesu xpi. formam namque tra
ditam a domino que exprimit trinitas. Diu
in primitiua ecclesia subticuerunt apostoli.
utentes hac forma uerborum. baptizo te
in nomine ihesu xpi. ut ita dilatarent no
men xpi. Aliis uero pluribus exortatus est eos

petrus. et qui receperunt sermonem eius: bap
tizati sunt. et apposite sunt numero fidelium
in die illa. scilicet ipsa die pentecostes anime
circiter tria milia et erant perseuerantes in doc
trina apostolorum. et in communione fractionis
panis. et eucaristie. quia in primitiua ec
clesia cotidie unanimiter conueniebant. ad
percipiendam eucaristiam. l' in communio
ne fractionis panis: cotidiani. qui sin
gulis cotidie ab apostolis frangebatur. Ibi
ch enim habebant priuatum. scilicet propria uen
diderant. et posuerant pretia ad pedes
apostolorum. qui singulis diebus mane ascen
debant in templum ad orationem. Postea
redeuntes singulis distribuebant pa
nem prout opus erat. De curatione pali

Cum autem **tici ad portam templi.**

quadam die ascenderent petrus
et iohannes. in templum ad horam orationis
nonam. erat quidam claudus a natiui
tate. qui in glosa paraliticus dicitur. iuxta por
tam templi que dicitur speciosa. a speciali
quodam ornamento quod apposuit ei alexan
der hircanus. ibidem et posuit herodes. aqui
lam auream. et erat porta atrii uirorum
in dorum. Iste claudus cotidie portabatur
in grabato suo: ad portam illam. ut pete
ret elemosinas ab ingredientibus in tem
plum. et rogabat petrum et iohannem. ut
elemosinam acciperet ab eis: cum ascendissent
in templum ad horam orationis nonam.
Fuit enim consuetudo hebreorum tribus ho
ris orare. Unde daniel dato edicto
regis quolibet die his tribus horis ora
bat ascendens fenestram cubiculi sui.
Et est hec consuetudo firmata ab ecclesia
que eisdem horis orat. scilicet tercia. sexta.
nona. quia dominus tercia hora emisit
spiritum. sexta crucem ascendit. nona

animam posuit. Intuentes petrus et iohannes claudum: dixerunt. Respice in nos. ac si dicerent. attende paupertatem nostram. non habemus quod porrigamus tibi. At ille intuebatur in eos. sperans se aliquid accepturum ab eis. ad quem petrus. Argentum et aurum non est mihi. Non enim erat suum quod reseruabat in usus pauperum. quae reliquerant patrimonia sua ponentes ad pedes apostolorum. Quod autem habeo hoc tibi do. In nomine ihesu christi nazareni: surge et ambula in pace. et apprehensa manu eius dextera eleuauit eum. et protinus consolidate sunt bases eius. id est plante: et stetit. et ambulabat. et introiuit cum illis in templum ambulans. et exiliens. quod additum est a luca. ut ostenderet illud impletum. saliet sicut ceruus: claudus. et uidit omnis populus ambulantem et laudantem deum. et impleti sunt stupore et extasi. in eo quod contingerat ei. scientes quia a natiuitate claudus fuerat. Et cum uiderent petrum et iohannem: cucurrerunt ad eos. Ad porticum quae appellatur salomonis. id est in ea parte in qua stabat salomon: dum oraret. et uidens petrus populum admirantem super hoc miraculum: locutus est ad eos.

Ostensio diuine uirtutis in miraculo.

Viri israelite quid ammiramini. aut quid intuemini nos quasi uirtute nostra hoc fecerimus miraculum et cetera. quasi diceret. Non uirtute nostra hoc fecimus. sed deus abraham. deus ysaac et deus iacob. deus patrum nostrorum glorificauit filium suum iesum. quem uos quidem tradidistis et negastis ante faciem pilati. iudicante illo dimitti. et uos potius iudicastis barabam: dimittendum. Nomini eius id est nominis inuocatio. et fides habita de eo. dedit istam integram sanitatem. in conspectu omnium uestrum. et nunc scio fratres. quia per ignorantiam fecistis. sicut et principes uestri. sed quia sic predictum erat ab omnibus prophetis oportebat impleri. Penitemini igitur et conuertimini ut cum uenerint tempora refrigerii a facie domini. scilicet tempus incarnationis. quod uere fuit tempus refrigerii. uel dilectio uniuersalis iudicii et redemptio uitorum: deleantur peccata uestra. Tunc enim plene delebuntur peccata cum uirtute resurrectionis: mors destruetur nouissima. et cum miserit eum qui predicatus est uobis ihesum christum quem oportet celum suscipere. id est ad dexteram patris sedere. usque in tempora restitutionis omnium que locutus est a seculo per os omnium prophetarum. id est usque ad communem omnium resurrectionem. tunc enim uere omnia complebuntur de christo a prophetis predicta. et ponit exempla de his quae prodixerunt. de christo. et premisit moysen.

Prima incarceratio apostolorum.

Loquentibus autem apostolis ad populum: superuenerunt sacerdotes et magistratus templi indignantes omnes communiter quia magnificabant eum quem ipsi dampnauerant quasi reum. et saducei specialiter dolentes quia predicabant resurrectionem: quam ipsi negabant. et iniecerunt manus in eos. et posuerunt in carcere. quia iam uespera erat. et non poterant eos iudicare. Multi autem eorum qui audierant uerba eorum crediderunt. et fuerunt qui eadem die ad fidem conuersi sunt. v. milia. et hoc est quod sepe legitur. quia tria milia una die ad fidem conuersi sunt.

quod ipsa die pentecostes factum est: alia die: v. milia. **Quod principes apostolorum con- venerunt apostolos.**

Altera die congregati sunt principes sacerdotum. i. qui principatum habebant inter xxiiii. seniores sacerdotes. qui nominatim exprimuntur. Annanias sacerdotum scilicet princeps. qui omnibus preeminebat et cayphas. et alexander et iohannes. hii post eum erant excellentiores et quotquot erant de genere sacerdotali et seniores et farisei. traditionum inventores et scribe legis expositores. legem scilicet aliis exponentes. Horum distinctionem frequenter habemus in evangelio et statuentes eos in medio consilii: interrogaverunt eos. In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc? Tunc petrus spiritu sancto plenus respondit. primo questionem eorum temerariam esse ostendens. Nunquid pro benefacto iudicamur. i. ad iudices trahimur? et tamquam rei arguimur? q.d. stulte nos arguitis. Notum sit vobis omnibus quia in nomine domini ihesu christi quem vos crucifixistis. iste sanus astat coram vobis quem deus suscitavit a mortuis. hic est enim lapis angularis a vobis edificantibus reprobatus. i. a vobis crucifixus. qui postea suscitatus a patre factus est caput anguli. i. factus est princeps duorum populorum. qui in ipso tamquam in angulari lapide sunt uniti. et non est in aliquo alio: salus. Non est enim aliud nomen sub celo datum hominibus: quam nomen christi. in quo oportet nos salvari. Videntes autem petri et iohannis constantiam attendentes quod isti essent ydiote et illiterati: admirabantur cognoscentes eos quia cum ihesu viderant eos. et quia presens erat et ille qui sanatus erat non poterant contra-

dicere. Nota quod hic in brevis aliam ethimologiam huius nominis: ydiota. quam ab ysidoro. Nam secundum ysidorum dicitur ydiota. quasi divisus ab auribus. ydi: divisio. ota: auris interpretatur. ut dicatur ydiota quasi divisus ab intellectu. i. fatuus. Sed secundum ethimologiam que hic ponitur dicitur ydiota. quasi ab ydiomate. Dicti sunt ydiote. quia contempti solo ydiomate lingue sue. ydioma lingue hebree satis noverant et nichil aliud. Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere. Et conferebant ad invicem dicentes. Quid faciemus hominibus istis? Manifestum miraculum quod fecerunt negare non possumus. sed ne amplius divulgetur: in plebem comminemur eis. ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum. Et vocantes eos denuntiaverunt ne omnino loquerentur vel docerent in nomine ihesu. Ad quos petrus et iohannes. Vos ipsi iudicate an potius obediendum sit deo precipienti. an vobis prohibentibus? q.d. Erratis prohibentes quod deus precipit. nec estis audiendi. Ubi enim superior precipit. et inferior contradicit. non est audiendus inferior. Non possumus que vidimus et audivimus non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos non audentes manus in eos inicere propter populum. Dimissi autem: redierunt ad suos: in syon et annuntiaverunt quanta eis principes sacerdotum et seniores dixissent et quomodo eis responderant. Qui cum audissent: unanimiter levaverunt vocem dicentes. Domine qui fecisti celum et terram. mare et omnia que in eis sunt qui in spiritu sancto per os david patris nostri pueri tui dixisti. Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania.

Astiterunt reges terre. et p. c. i. u. a. d.
et adversus xpistum eius. Convenerunt enim vere
tate ista adversus puerum tuum ihesum.
quem misisti herodes et pilatus cum regibus
et plebs israel. facere que manus tua et consili
um tuum decreverunt fieri. Et nunc domine respice
minas eorum et da servis tuis cum omni
fiducia tua loqui verbum tuum. Nota quod
de hoc verbo solet frequenter opponi. conve
nerunt herodes et pilatus facere que manus
et consilium decrevit. Sed adherere duobus
verbis s. facere fieri. quia ipsi convenerunt vera
ad gerendam pravam actionem. deus decre
vit fieri illam passionem. quia actio illa
fuit prava. passio bona. Cum oras
sent motus est locus in quo congregati et ter
remotu tamen missus est spiritus sanctus et re
pleti spiritu sancto loquebantur verbum dei
cum fiducia. Quod discipulis omnia erant communia.

Et multitudinis credentium erat
cor unum et anima una. Nec quisquam
eorum quod possidebat aliquid suum esse dice
bat. sed erant illis omnia communia et gratia
magna erat in omnibus illis. Neque enim
quisquam egens erat inter illos. Quotquot
autem erant possessores domorum aut a
grorum vendebant et ponebant pre
cia ad pedes apostolorum. Dividebatur autem
singulis prout cuique opus erat. Et ioseph
qui cognominatus est ab apostolis barnabas.
quod est interpretatum filius consolationis.
levites cyprius genere. cum haberet agrum
vendidit illum et posuit precium ante
pedes apostolorum. Vide quia levites cum
cypriis ne videatur habere proprium. quia le
vite non habebant hereditatem in
terra. additum est cyprius genere ut os
tenderetur natus in dispersione et in
ter gentiles. licebat ei proprium habere et

ad habendum verbo bede super hunc lo
cum et tenendum hunc fuisse soci
um pauli. non illum qui cum mathia
statutus est. quem cecidit sors super mathiam.
quod quidam arbitrantur ut dicit beda
minus intuentes quod hic barnabas.
ille barsabas appellatur. hic filius consola
tionis. ille quietus interpretatur. Unde
lucas nominis interpretatione scienter addi
dit. ut hic ad illum differentiam in
sinuaret. De anania et saphira.

Vir autem quidam nomine ananias
cum saphira uxore sua voluit
esse in collegio iustorum. ut haberet neces
saria vite sine labore et ita lucrative vo
luit sibi adquirere prebendam et cum voluis
set totum precium agri venditi ponere ad pedes
apostolorum non solvens votum defraudavit de precio
agri conscia uxore mediam partem reservavit. re
liquam ad pedes apostolorum ponens. Quod statim prudens
petrus in spiritu ait. Anania cur temptavit sathanas
cor tuum mentiri te spiritui sancto et servasti de precio agri. Non es mentitus
hominibus sed deo. quod scrutatur corda et probat omnes qui loquuntur
mendacium. Audiens ananias hec verba
cecidit et expiravit. Et notandum quod licet
in evangelio dominus dixit. qui te percusserit
in maxillam dexteram: prebe ei et aliam.
tamen in primitiva ecclesia cuique exercuit
vindictam. Quia enim promulgantur
leges. solent ad eas sanciendas graves
vindicte exerceri. ut rigorem legis pro
mulgate sanciat severitas vindic
te. Unde in initio legis nascentis pro
collectione lignorum in sabbato lapi
datur homo. In initio sacerdotii duo fi
lii aaron igne consumpti sunt pro ob
lato igne alieno. Sic ananias de
fraudans de precio agri corruit et ex
piravit. pro terrore aliis incutiendo

quia tam uelox uindicta magnum
timorem aliis incussit. Factus est enim timor
magnus in omnes qui audierunt. et est anticipa-
tio. quia solius uiri mortem ante uxoris gene-
rum pauci audierunt. Surgentes autem
iuuenes asportauerunt cadauer et sepelie-
runt. Et factum est quasi horarum trium spa-
tium et uxor eius nesciens introiuit. Ad
quam petrus. Dic mihi mulier si tanti agrum
uendidistis. At illa. etiam tanti. Ad quam
petrus. Quid utique conuenit uos temptare spiritum
domini. Ecce pedes eorum qui sepelierunt uirum
tuum stant ad hostium et deferent te.
Ac si uerbo breui concludens diceret. Mor-
tuus est quem enim sepelierunt mortuus est. Confestim
cecidit ante pedes eius et expirauit. quia
fuerat conscia fraudis. et intrantes iuue-
nes qui stabant ad hostium. inuenerunt
eam mortuam et exportauerunt et sepe-
lierunt ad uirum suum. Fuit autem hec consue-
tudo hebreorum uxores sepelire iuxta ui-
ros. ut coniunctionem carnis coniunctio seque-
retur pulueris. et quia mulier formata est de
costa uiri. De uirtute miraculorum iii.

Per manus autem apostolorum fie- petrus o.
bant signa et prodigia multa in
plebe. et erant omnes unanimiter in porti-
cu salomonis. Nemo autem infideli-
um audebat se fidei coniungere illis. quia
territi erant exemplo ananie. et au-
gebatur in domino credentium multi-
tudo. et ponebant in plateis infirmos.
in lectulis et grabatis. ut ueniente
petro umbra illius corporis obumbraret. li-
berarentur ab infirmitatibus suis. quia
petrus priuilegiatus in miraculis et ma-
iora legitur fecisse quam christus. Et uide quia gra-
batum proprie dicitur lectisternia pauperum.
in quibus nichil corporis substernitur. sed tantum

supponitur capiti substratum. Sa in
Exurgens carceratio apostolorum iiii.
autem princeps sacerdotum et saducei
repleti sunt zelo. et iniecerunt manus in
apostolos. et posuerunt eos in publica custodi-
a. id est in carcerem. Nota quod forte est quod dicitur
sit pluralis principis sacerdotum. hic dicit
singulariter. quia forte unus eorum erat
mortuus scilicet ananias. Vide quoque quia sa-
ducei dicti sunt quasi seducti. a sedech quod
interpretatur iustitia. Unde melchisedech.
quasi rex iustitie. Usurpabant enim sibi nomen
iustitie. cum essent iniusti. Sic dicti sunt sa-
ducei. a sadoch sacerdote. a quo transtulit
salomon sacerdotium. ad abiathar. quia
gloriabantur de genere eius. Isti consentie-
bant principibus sacerdotum in persecu-
tione apostolorum. quia predicabant resurre-
ctionem quam ipsi negabant. Angelus
autem domini per noctem aperiens ianuas car-
ceris et educens eos dixit. Ite et loquimi-
ni in templo plebi. omnia uerba uite scilicet huius
uite christiane. quod addere non fuit necessarium.
quia iam famosa erat secta christianorum.
Non est autem intelligendum angelum a-
peruisse ianuas carceris. sed quod dictum est a-
periens. sic accipiendum est. Ac si diceret.
ita eos educens. ac si ianue essent aper-
te. Credendum est iuxta quod tradunt sancti
clausis ianuis eductos esse eos de car-
cere. quod factum est ad eorum confirmationem et
iudeorum confutationem. Nam quoniam hesi-
tauit thomas christum in carne et ossibus
clausis ianuis ad discipulos intrasse
et se ipsum uidit clausis ianuis de
carcere eductum esse. Iudei quoque dicen-
tes corpus christi furto sublatum de monu-
mento. quomodo furto dicerent apostolos eductos esse
de carcere clauso. Iuxta preceptum an-

geli: apli intrauert diluclo intemplu
7 docebant plebem. qr pcepat angls
ut pdicarent in teplo. s. in loco ce
lebriori. 7 a sacdotibz freqtato.
Aduenienс aut princeps sacdotu
7 qui c eo erant conuocauert con
silium ut delibarent qd faciendu
eet de eis. Ad hoc eni missi fuerant
in carce. ut ad iudicium traherent.
7 miserut ad carcerem ut adducerent.
Cuq; reusi eent ministri: renunti
auert eis. sic inuenerant dicentes.
Carcem inuenim clausum c omi
diligentia 7 stantes ad ianua custo
des. apientes aut: nemine intus in
uenim. Vt aut audiert hos sermo
nes magistrat templi 7 principes
sacdotum. i. potentiores 7 sapien
tiores ambigebant qnm h fem eet.
Et ecce qda adueniens dixit eis. ui
ri qs posuistis in carce: stant in
templo 7 docent pplm.
Tunc abiit magistratus cum
ministris. i. principes sacdotu. 7
e magistrat singlaris nui 7 eode
m inpcedenti. statim grtum 7 adduxit
eos sn ui. non audens eis uiolentia
face pp pplm: qui fauebat eis. 7 sta
tuerunt eos in concilio. 7 ait ille prin
ceps sacdotum. Precipiendo pcii
pimus uob auctoritate pontifi
cali ne doceretis in noie isto. s. in no
mine ihu. Et ecce replestis ierlm
doctrina ura. 7 uultis in
troduce sup nos sanguine h hois.
i. sanguinis uindicta. Qi. dicit. num
qd arguitis nos qi reos sanguis
innocentis. pdicando eu innoce
tem q condepnauim. Et responde
runt unanimiter oes apli extu ore
7 zelo. n pacientes unu p oibz loquj.
obedire oportet do magis q hoibz. Ds
prm nroy suscitauit ihm q uos in
teremistis. suspendentes in ligno. 7
exaltauit illum ad dextam sua. 7 nos
testes sumus hoy uboy. 7 sps scs qm
dedit n solum nob s; oibz obedien
tibz s. In quo: ad penitentia puocat.
Ac si dicat. 7 uob: si uelltis obedire.
h audientes: dissequabant cordi
bz suis. **De consilio gamaliel.**
Tunc surgens in concilio qdam
phariseus noie gamaliel. legis
doctor. honorabil uniuse plebi. pcep
ut ad bue admouent. iste gamaliel
ut dic clemens in epla qdam fuit
discipls aploy. sicut nicodem. 7 de
consilio aploy erant inter iudeos ut
sepe mitigarent furore. eoy: ad
uersus eos locutus e g gamaliel in
concilio in hc mod.
Viri israelite attendite uob qd
facturi estis. sr hoibz istis. q. d.
Non debetis subito iudicare. s; ex
pectate. qa si op eoy e op tm homi:
p se destruet. Si aut e op di: stabit.
nec potit destrui. 7 h ostendit exe
plo duoy. s. theode 7 iude galilej.
Teodas mag ut tradit iosephs dice
bat se esse pphetam ad c psuasione mlti
uenditis oibz suis 7 sublatis exurbe
facltatibz uenert ad ripas iordanis.
7 pmisit se facturum. ps diuum ut
diuideretur iordanis. 7 transirent sicco
pede. sic transierant filij isrl. 7 dum
expectarent iudicio illo. supueni
ens pcurator psidis sirie: c multi
tudine eqtum mltos ex eis occidit.

et captiuus ipse theodas: ierosolimam reporta-
tus est. De iuda galileo qui negabat tributa cesa-
Post hunc extitit ri soluenda.
iudas galileus. in diebus pro-
fessionis. id est descriptionis generalis: ab
augusto facte. quando unusquisque soluens cen-
sum capitis. profitebatur se sub-
ditum romano imperio. Iste iudas
galileus fuit. esseus genere et ut tradit
iosephus persuadebat iudeis. ut nega-
rent tributa romanis. asserens eos
qui decimas et primicias deo soluebant:
non debere soluere tributa hominibus: et preua-
luit hec eius doctrina in tantum. ut pha-
risei et magna pars populi quererent ab
ipso domino. an soluendum esset tributum
cesari. Postea periit ipse et quotquot ei consen-
serunt. Consenserunt ergo exhortationi ga-
malielis et conuocantes apostolos: flagella-
uerunt eos. et flagellatos: dimiserunt.
prohibentes sub comminatione mortis
ne amplius loquerentur: in nomine ihesu. Et
ibant apostoli a conspectu concilii gauden-
tes. quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu
contumeliam pati. Ecce quantum erat iam
in eis robur fidei. quia non tantum prohibiti po-
stant. non flagellati. id est non destiterunt. primo
tantum prohibiti. modo flagellati cesi. De ca murmu-
In diebus illis. Cres rationis grecorum contra latinos.
cente numero discipulorum. id est christianorum qui eo
tempore dicebantur discipuli. factum est murmur
grecorum. id est aduenarum gentilium in ciui-
tate conuersantium. uel iudeorum. qui fuerant
in dispersione nati. inter grecos nutriti.
Aduersus hebreos. eo quod despicerentur eorum
uidue in ministerio cotidiano. quia ui-
due hebreorum erant magis perite et ideo
aliis preferebantur. in dispensatione
administrationis cotidiane. et preter in-

telligi tamen murmuris: duplex. uel quia uidue gre-
corum in cotidianum ministerium non ad-
mittebantur. uel quia in ministerio coti-
diano nimis grauabantur. forte fa-
ciebant eas focarias et huiusmodi uilia ad-
ministrare. Uidentes autem apostoli eam
murmurationem ortam pro administra-
tione uiduarum quas ideo necesse erat
administrare. quia non poterant ipsi
ad hec sufficere ut singulis distribuerent.
conuocantes multitudinem dixerunt.
Non est equum derelinquere uerbum dei
et ministrare mensis. Considerate ergo
fratres uiros ex uobis boni testimonii
.vii. plenos spiritu sancto et sapientia. quos consti-
tuamus super hoc opus. ut ipsi ministrent.
uel presint ministrantibus. nos uero orationi
et predicationi uacabimus. et placuit ser-
mo iste multitudini. et elegerunt .vii.
stephanum .s. et philippum. et prochorum.
et nichanorem. et timonem. et parmenam.
et nicholaum aduenam anthiocenum
qui solus dictus est aduena. uel quia solus erat
aduena. uel quia nobilis erat situs. dicitur
aduena: quasi alienus. Hos statuerunt
illi quos elegerant ante conspectum apostolorum.
et orantes apostoli imposuerunt eis ma-
nus. horum uicem habent in ecclesia archi-
diaconi: propterea instituti. ut portent
pondus negotiorum. ut episcopi liberi uacent
doctrine et orationi. Sed episcopi nostri temporis quia
deprehenderunt archidiaconos in huiusmodi
ministratione minus circumspectos pro-
uida quadam cautela dant operam
huic operationi. id est ministrationi. Et
uide quia apostoli orantes leguntur
manus imposuisse. ideo in ordinatio-
nibus fecerunt ordinationes. hac
est auctoritate in quibusdam ecclesiis manus

imponunt. diaconib; in ordinati
one. Qr aut manus eis non imponit secun
dum auctoritatem bede. Quod autem
dictum est et orantes imposuerunt eis ma
nus. dic intelligendum esse secundum p. quia
eosdem postea ordinauerunt ministros
sacri altaris et diuini sanguinis et tunc
eis manus imposuerunt. Vnde et sacerdoti
b; cum ordinantur manus imponuntur.
Verbum domini crescebat et multiplica
batur numerus discipulorum in ierusalem. Mul
ta etiam turba sacerdotum obediebat fi
dei. Qualiter disputabant iudei cum ste

Et stephanus plenus phanum.
gratia et fortitudine faciebat
prodigia et signa magna in populo.
Surrexerunt autem quidam de signago
libertinorum a regione sic dictorum uel liber
norum .i. manu missorum. qui cum prius fuissent
serui: postea fuerant de libertate donati.
et si de seruili conditione fuerunt qui primo
receperunt fidei christi. et cirenensium a cirene
ciuitate. et eorum qui erant a cilicia et a
sia minori. qui scilicet primitie sunt disputantes
cum stepho. et non poterant resistere sapientie
et spiritui sancto qui loquebatur in eo. Tunc mi
serunt duos falsos testes qui testi
ficarent eum dixisse blasphemi
am in deum et in moysen et commo
uerunt plebem et seniores et scribas. et ad
duxerunt eum in concilium. Et surrexerunt
duo falsi et dixerunt. Homo iste non
cessat loqui aduersus locum sanctum et moy
sen. q. d. de hi templo et legi. Au
diuimus eum dicentem quoniam ihesus naza
renus destruet locum istum et muta
bit traditiones. quas tradidit nobis
moyses. et omnes qui intuebantur eum
sedentes in concilio uidebant faci

em eius quasi faciem angeli. et dixit ad eum
princeps sacerdotum. Si numquid hec ita
se habent. Tunc aggressus est beatus stephanus fa
cere grandem sermonem. Et quia argueba
tur de blasphemia in deum et in mo
ysen. ideo premittit in principio sermo
nis commendationem dei dicens. Deum qui
locutus est patribus et prophetis esse deum ma
iestatis. et statim gloriae. ascendit ad com
mendationem moysi. inchoans ab
altiori .s. a commendatione patrum a quibus de
scendit moyses. Inchoat ita. ab ha
braam. quando egressus de caldea uenit in
mesopothamiam. et inde in carram et
inde in iudeam. Narratio stephani.

Viri inquit patres et fratres audite.
Deus gloriae apparuit patri nostro hab
braham cum esset in mesopotha. priusquam mo
reretur in carram. Et dixit ad illum.
Exi de terra tua et de cognatione tua. et
tertium addit in genesi .s. de domo
patris tui. Sed a stepho pretermittitur quia sci
entibus loquebatur. Ideo hystoriam breui
tamen. uel tacuit quod notam. Sed uidetur ob
loqui libro geneseos ubi dicitur contrarium. quod post
mortem patris .s. thare dictum fuit hoc abra
he. de quo constat quia mortuus est in
charram. ubi et filius cum eo habitauit et
ita dictum est in charram. Quod est ergo quod hic
dicitur priusquam moraretur in charram potuit
ei utrobique dici. uel ut dicitur et dixit: ad illum.
supple postea in charram. Sed siue in me
sopotha. siue in carram. siue in utrobi
que dictum sit. quod dictum est ei. exi de
terra tua. Si numquid iam exierat de caldea.
utique. Sed adhuc ibi tenebantur spe et
desiderio redeundi. Preceptum est ergo ei
ut exiret mente. quia iam exierat corpore.
Vel potest dici quod mesopothamia et car

ram in caldea sit. Et ita egressus de caldea
i. de quadam parte caldee uenit in meso-
potham. in aliam partem s. caldee. et inde
uenit in carram. que adhuc erat in
mesopotha. Tunc exiuit de terra caldeorum et
de mesopotamia quantum ad hoc quod intelli-
bis deinde. postea uenit in carram. et inde
sil. de carram. Postquam mortuus est pater
eius transtulit eum deus in terram istam. in qua
uos habitatis. Uel tunc exiuit de terra calde-
orum mente et inde. i. demum s. post deponeret
illius uoluntatis. post mortem patris transla-
tus est in terram istam. Et si intelligatur
deinde tamen in carram. plane legitur s. litte-
ram. Et uide quod quia in hebreo habetur de
hur caldeorum. i. de igne. caldei enim
ignem adorant. et per ignem traiciebant
paruulos suos. sicut nos christianum per aquas
baptismi. et tradunt hebrei. quod cum tha-
re et filii eius cum essent in caldea. no-
lebant adorare ignem. et proiecti sunt a
caldeis in ignem et combustus est aram frater
abrahe. abraam uero a domino liberatus. Unde
sepe dictum est ei a domino. Ego sum dominus
deus tuus qui eduxi te de ur caldeorum.
Postquam autem liberatus est cum patre suo thare.
et nachor fratre et loth nepote et tota
familia uenit in carram. et inde post mor-
tem patris ibi remanente fratre nachor.
uenit in iudeam. et non dedit illi deus
hereditatem in ea. nec passum pedis. i.
nec in minimam partem. et nichil ibi posse-
dit. in titulo emptionis. Speluncam
enim cum agro non hereditate possedit. sed pre-
tio emit ab effron filio seor etheo.
qui repromisit dare illam in hereditatem
semini eius post ipsum. et non habebat filium

dicens. Erit semen tuum acola. i. peregrinum
in terra aliena. ccccc. et xxx. annis.
et in parte huius temporis subicient eos
seruituti. et male tractabunt eos e-
gyptii. quia c. xl. iiii. annis fuerunt in
seruitute egypti. et gentem cui seruie-
runt. ego iudicabo dicit dominus. et post hec
exibunt et deseruient mihi in loco
isto. sic ordinata constructione littere.
nil scrupuli surgit inde. Hos quadrin-
gentos triginta annos computat
rabanus a die qua facta est hec promissio
abrahe. usque ad egressum de egyp-
to. a tempore namque promissionis facte habe
usque ad ingressum iacob in egyp-
tum. fluxerunt cc. xl. anni. et ab in-
gressu ad egressum totidem. Sic raba-
nus cum consonare uidetur apostolus dicens.
quod post quadringentos et triginta annos
facta est lex. Adhuc de eodem annorum compu-

tatione.

Beda et augustinus quod deinde
est in ysaac uocabitur tibi semen
adherentes huic libro computando
ccc. et triginta annos a natiuita-
te ysaac. usque ad mortem. ii. regum s.
seon regis amorreorum. et og regis
basan. prosequitur ergo iam stephanus huius
historiam. Et dedit illi testamen-
tum circumcisionis. et genuit y-
saac. et circumcidit eum octauo die.
ysaac genuit iacob. Et iacob xii. patri-
archas. et patriarche emulantes io-
seph. uendiderunt eum in egyptum. i.
negotiatoribus qui transtulerunt eum in
egyptum. quia breuiter transit. et erat
deus cum eo. et eripuit eum ex omnibus
tribulationibus eius. et dedit ei sapientiam
et gratiam. in conspectu pharaonis
regis egypti. et constituit eum prepositum
super egyptum. et super omnem domum su-
am. Postea facta est fames in uniuer-

sa terra. et audiens iacob frumentum
ee in egypto: primo misit filios. postea
ipse cum .lxx.v. animabus descendit
in egyptum. Veritas habet et librum
geneseos. quod e .lxx.vi. animabus intrauit. et
si computentur ipsi iacob et ioseph cum
duobus filiis non sunt nisi .lxx. Lucas autem
v. per anticipationem computans nepo
tes ioseph. secutus est editionem .lxx.
que magis erat autentica. quam
non sequeretur: forte minus crederetur ei. et o
pus eius suspectum haberetur. Et defunc
tus est ipse iacob in egypto. et patres nostri
scilicet .xii. patriarche et translati sunt in sichem.
Hoc de solo ioseph legitur quod filii israel ad
eius petitionem ossa eius de egypto transtu
lerunt. que in iosue legantur et se
pulta sunt in sichem. Quod est ergo quod pluraliter dic
tum est translati sunt in sichem. Creden
dum est ut dicit beda: stepho. crede
dum est ieronimo. qui in historia pau
le dicit eam transisse per sichem. et ibi in
uenisse sepulcra .xii. patriarcharum. Pri
mo ergo translata sunt in sichem. et inde posi
ta sunt postea in sepulcro quod emit abra
ham. precio argenti. a filiis hemor
filii sichem: in spelunca scilicet duppli
ci. quam emit quadringentis siclis. ab
effron filio seor etheo. scilicet in abraha
mio. ubi sepultus est adam: et eua. ysa
ac: cum rebecca. abraham cum sarra.
Jacob cum lia. Sed quod est dictum est in
sepulcro quod emit abraam. a filiis emor
filii sichem. et constet abraam emisse
sepulcrum. ab effron etheo. Ideo
sic construunt quidam litteram. transla
ta sunt in sichem. sichem dico emptam a fi
liis emor filii sichem. Sed quid est quod dicitur
emor filii sichem cum constet sichem

fuisse filium emor? Potuit esse quod fu
erunt duo sichem. quorum alter dicitur alu
ca pater emor. alter in genesi filius eius.
Vel ita ordina constructionem. ut iungas
principium sermonis et finem: hoc mo
do. a filiis sichem filii emor. et ita hic
locus congruit libro geneseos. Ut ergo
omnis excludatur dubitatio. ita construatur
littera. translati sunt in sichem. sichem dico
emptam a iacob. scilicet a filiis sichem filii
emor. ac si diceretur. in illam sichem quam
emit iacob. non abraam. et inde postea po
siti sunt in sepulcro quod emit abraam ab
effron etheo. scilicet in abraamio.

Postea redit stephanus ad ordinem
historie. quia quedam in digressi
bus tetigerat et continuatur ei quod dictum est. Post hec
exibunt et deseruient mihi in loco isto.
Cum autem appropinquaret tempus repromis
sionis. creuit populus et multiplicatus
in egypto. quo adusque surrexit alius rex
in egypto. ignorans beneficia ioseph
id est immemor beneficiorum ioseph. Hic
affligit patres nostros precipiens necare
puulos nostros. et eo tempore quo dedit e
dictum occidendi puulos. natus est
moyses et fuit gratus deo. Ecce quomodo des
cendit ad commendationem moysi quem ar
guebant blasphemasse in eum. Qui cum
nutritus esset tribus mensibus in domo patris
sui proiectus est in flumen. et sustulit eum
filia pharaonis que uenerat ad flumen
ut lauaretur: et enutriuit eum sibi in
filium. Et enutritus est moyses omni sa
pientia egyptiorum et erat potens uerbis et ope
ribus suis. id est eloquens et fortis. Cum autem
esset .xl. annorum. uisitauit fratres suos
filios israel. in terra iessen. ubi occidit egip
tium: rixantem cum hebreo. putans

causae sub testibus diffiniebantur

f(rat)res intelligere sicut ipse intelligebat:
in sp(irit)u. quod p(er) manum illius d(omi)n(u)s filios
isr(ae)l a manu egyptiorum e(ss)et liberaturus. At
illi n(on) intellexerunt. (et) cum seq(uen)ti die
uellet reconciliare duos hebreos rixan-
tes qui iniuriam faciebat alteri repulit
eum dicens. Quis te constituit principem
(et) iudicem sup(er) nos? Numquid uis me
interficere sic(ut) heri interfecisti egyptium?
Quo audito: timens sibi moyses fugit in
t(er)ram madian. ubi de sephora filia sac(er)-
dotis madian quam duxit: duos genuit
filios. expletis aut(em) annis xl. apparu-
it illi d(eu)s: in deserto montis synai.
cum minaret greges ad interiora deser-
ti: in rubo. (et) facta est uox d(omi)ni ad eum dicens.
Ego sum d(eu)s p(at)rum uestrorum. (et) tremefactus
est moyses. Dixit aut(em) illi d(eu)s. Solue
calciamentum de pedibus tuis. locus enim
in quo stas terra s(an)c(t)a est. Vidi afflic-
tionem p(o)p(u)li mei qui est in egypto.
(et) gemitum eorum audiui. (et) descendi
liberare eos. (et) nunc ueni mittam te in egyp-
tum. hunc moysen quem negauerunt dicen-
tes. quis te constituit principem sup(er) nos?
misit d(eu)s principem (et) redemptorem eorum
de seruitute egypti. cum manu. i. ope.
uel auxilio angeli. qui apparuit in
rubo. hic eduxit eos faciens signa
(et) prodigia in terra egypti. (et) in mari
rubro (et) in deserto annis xl. Iste est mo-
yses qui dixit: filiis isr(ae)l. Prophetam susci-
tabit uobis d(eu)s de fratribus uestris. ipsum
tamquam me audietis. hic est qui fuit in
ecclesia. i. in congregatione p(o)p(u)li isr(ae)l. in
solitudine sinai. cum angelo qui loqueba-
tur ei: in monte (et) cum patribus n(ost)ris qui
accepit uerba uite dare uobis. cui no-
luerunt obedire patres uestri. s(ed) repulerunt

eum (et) auersi sunt cordibus suis in e-
gyptum. ad aaron dicentes. fac no-
bis deos qui precedant nos. (et) fecerunt
uitulum (et) hostias ei obtulerunt. Post-
ea quia dicebant eum depuuare locum
s(an)c(tu)m subdit de commendatione tabna-
culi. quod d(icitu)r est tabnaculum testimo-
nii uel quia in eo erat archa testimo-
nii. uel quia ... ante fores tabnaculi
causae sub te(stibus) testibus diffiniebantur.
Tabnaculum inquit testimonii fuit cum
patribus u(est)ris: in deserto. sicut
disposuit d(eu)s loquens ad moysen. ut
faceret illud sec(undu)m formam quam uiderat in
monte. quod habuerunt patres n(ost)ri usque
in diebus d(aui)d. in diebus aut(em) salomonis tem-
plum tabnaculo successit. Postea in-
cepit eos arguere postquam purgauit
se a crimine sibi a falsis testimoni-
is obiecto. dura inquit ceruice (et) in-
circumcisis cordibus (et) auribus uos semp(er)
sp(irit)ui s(an)c(t)o resistitis. sic(ut) (et) patres u(est)ri.
quem prophetarum n(on) sunt p(er)secuti patres
u(est)ri? Hoc audientes dissecabantur
cordibus suis (et) stridebant dentibus
in eum. De lapidatione stephani.

Cum aut(em) e(ss)et stephanus plenus
sp(irit)u s(an)c(t)o: intuens in celum ui-
dit gloriam dei (et) ih(esu)m in forma
humana stantem a dextris dei. Stans
apparuit ei crucifixus. necdum sedens
lapidatus. Loco enim ipso quo stabat:
se paratum ei subuenire monstra-
bat. quia stare pugnantis est. uel ad-
iuuantis. Ecce inquit uideo celos
apertos (et) filium hominis stantem a dex-
tris uirtutis dei. Tunc exclamantes
uoce magna clauserunt aures su-
as. quasi abhorrentes audire bla-

feniam. Et impetu fecert unanimi
ter in eum. et eicientes eu extra ciui
tatem lapidabant. in hoc sedm le
gem se agere arbitrantes. qr secundum legem
blasphem educebat extra castra. et ibi
lapidabant eu uniusus pplus. Et
testes duo s. falsi qui primi secundum lege
tenebantur lapides pice. quia in
lege dctm e de blasphemio prima ma
nus testium lapidabit eu. deposu
erunt uestimta sua. ne inquinare
tur tactu illi. secus pedes adolescen
tis qui uocabat saulus. Postea uocatus
e paulus. cui teste beda. in hoc ds
misericiter prouidit qd n e man ei
sanguine innocentis polluta.
s; tam m seruauit lapidantiu ue
stimta. et consensit eis. Vn tamq dig
nus morte periret n ds p gram ei
penitentia insinuaret. Lapidaba
unt g stephm inuocante et dice
tem. Dne ihu: accipe spm meum
sicut et x ait. In manus tuas. com. s. m.
Positis au genibus clamauit uoce
magna dicens. Dne: ne sta. ill h
p. qr. nes. qd. fa. Multi eni ex eis
ipm occidendo estimabant se im
ple legem. iux q dns predixerat.
Venit hora ut omnis qui interfic
uos. arbitretur se obsequiu prestare
deo. Et c hoc dixiss; obdormiuit
in dno. Et fca e persecutio magna
in ecclia. q erat ierosolimis. qr occi
so beato stepho uno de principib
ecclie. et qi principio. vii. diaconorum.
ceperunt alios perseq grauiter in tm
q os discipuli preter aplos q ut pa
stores gregis ceteris erant constantiores.
dispsi st p regiones iudee. et sama

rie fugientes a facie persecutoru. ita q
preceperat dns. si uos persecuti fuerint in
una ciuitate fugite in alia. Cura
uerit au stephm uiri timorati. i. iu
xta more terre diligent cura adhi
buerit sepulture. et fecert planctum
magnum sup eu. Tc apli prouiden
dentes q ad gentes imperteru eent
transituri. prouidentes fidelib q erant
in ierlm remansuri: ordinauert
iacobum alphei epm ierosolimo
ru. et imposuert ei man petr et ia
cob et iohes. Io n a paucioribus q iii
tib epis epe hodie consecrtur. De sau

Saulus u deuastabat eccli
am discurrens p domos traden
uiros ac mulieres. et detrudens in car
cerem. nemine tn occidebat dno cu
stodiente man ei. ne sanguine in
nocentium polluerent. Qui au disp
si fuerant pertransibant de loco ad lo
cu euangelizantes ubu dei. nicho
man qr dispsi. constantes in predicati
one euangelii. Philipp au diaconus
scds a stephano descendens in ciuita
tem samarie predicabat ibi xpm. et
intendebant turbe unanimiter his
q a philippo dicebant uidentes mi
racula que faciebat qa multos de
moniacos liberabat. multos paraliticos
sanabat et claudos erigebat. Erat
au ibi simon mag. seducens gen
tem. cui ascultabant omis a mini
mo usq; ad maximu. qr magicis
artib multa faciebat. Vn dicebat
ipm ee di uirtute magna. estimant
tes ee pphetam. l angelu. l dei filiu.
qa mentes eor dementauat. i. magicis
artib subuertat. Cumq; crederent

lo.

philippo euangelizanti de regno dei
in nomine christi. baptizabantur viri et mu-
lieres. et simon simulavit se credere.
et baptizatus est. Videns enim phi-
lippum facere miracula qualia et quan-
ta ipse facere non poterat. non ita facile
putavit ex quadam industria fieri.
Ideo ficte baptizatus est ut familiaris
ei adhereret et addisceret artem qua simili-
a posset facere. De simone mago.

Cum autem audissent apostoli qui e-
rant ierosolimis quod recepisset
samaritani verbum dei: miserunt ad
eos petrum et iohannem. qui cum venis-
sent oraverunt pro ipsis ut acciperent
spiritum sanctum. visibiliter. quod forte nondum
fecerant. Nondum enim in quemquam illorum
venerat. id est visibiliter descendebat. Constat
enim quod invisibiliter spiritum sanctum ac-
ceperant. cum baptizati essent in nomine
domini ihesu. Tunc imponebant manus
super illos et accipiebant spiritum sanctum.
ita quod visibili signo ostendebatur
cum linguis omnibus loquerentur.
Constat hic philippum fuisse dia-
conum non apostolum. quod tamen videtur ex glo-
sa super matheum quia manuum impo-
sitio servabatur apostolis. que postea reserva-
tur hodie solis eorum vicariis. id est episcopis.
qui manus imponunt et frontem li-
niunt in confirmatione. ubi datur spiritus
sanctus: ad robur. Si enim philippus iste
apostolus esset. statim baptizatis manus
imponeret. non adhuc alios expectaret.
Cum autem symon vidisset quod per impositionem
manus apostolorum daretur spiritus sanctus. putans
ex quadam industria hoc ab eis fieri
et hanc posse ab eis precio comparari. ob-
tulit eis pecuniam dicens. Date mihi
hanc potestatem ut cuicumque manus
imposuero. accipiat spiritum sanctum. et
sic voluit emere hanc potestatem
ad lucrum. Ad quem petrus. pecunia tu-
a tecum sit in perditione. quod sic potest disting-
ui ne videatur imprecari pecunie. Pe-
cunia tua tecum sit. supple ducens te
in perditionem. vel imprecando ut in per-
ditione pecunia tua tecum sit. id est pecu-
niam tuam habeas et postea penam eternam
luas. Sed hoc est sententiam maledictionis
protulit. non ex voto ultionis. sed futuri
[illegible] in eam prorupit. Non est tibi
pars in sermone isto. ut ad manu-
um tuarum impositionem detur spiritus sanctus.
Cor enim tuum non est rectum coram domino.
Penitentiam itaque age. ab hac nequi-
tia tua et roga deum ut si forte re-
mittatur tibi hec cogitatio cordis tui.
In felle enim amaritudinis et obli-
gatione iniquitatis. video te esse. Sci-
ebat petrus in spiritu penitentiam non
acturum. sed adhuc eum exhortari e-
rat ei officium. Symon autem sciens
se indignum a deo exaudiri: no-
luit orare. sed ait apostolis. Precami-
ni pro me ut nichil veniat super me
horum que dixistis. Petrus vero et iohannes
redibant ierosolimam et multis
civitatibus samaritanorum euangeli-
zabant. De philippo et eunucho.

Angelus autem domini locu-
tus est ad philippum dicens.
Surge et vade contra meridianum
ad viam que descendit ab ierusalem
in gazam. id est in affricam. quasi diceret. Va-
de ad viam per quam a ierusalem per gazam
descenditur in affricam. Hec scilicet gaza de-
structa est. Vetus enim gaza que olim

erat terminus cananeorum iuxta egiptum.
destructa erat. et loco eius edificata a-
lia. et surgens abiit. Et ecce uir ethi-
ops eunuchus potens in domo canda-
cis regine qui erat super omnes gazas eius.
Erat enim consuetudo eunuchorum custodi-
re thesauros potentum. uenerat ad-
orare in ierusalem. et ut traditur in aliis
historiis per eum miserat multa dona
templo in ierusalem candacis regina ethi-
opum. et uide quod omnes regine ethiopum dice-
bantur regine candaces. sicut romani imperatores di-
cesares. nec habebat regimen regio [cebantur]
illa non a feminabus. Cumque reuerteretur
ethiops ille sedens super currum et legens
ysaiam prophetam dixit spiritus philippo.
accede et adiunge te curru. Accedens
autem philippus audiuit eum legentem
ysaiam prophetam et dixit. Putas ne
intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo
possum si non aliquis ostenderit mihi?
Et rogauit philippum ut ascenderet
et sederet secum. Erat autem locus scripture quem
legebant. qui domino procurante sic legen-
dus occurrerat. Tamquam ouis ad occi-
sionem ductus est et sicut agnus coram tonden-
te se sine uoce: sic non aperuit os
suum. Respondens autem eunuchus
philippo dixit. Obsecro te ut dicas
de quo propheta hoc dicit. de se. an de
alio aliquo? Aperiens autem philippus os
suum: et incipiens a scriptura hac.
de qua scilicet loquebatur. euangelizauit illi ie-
sum. et dum irent per uiam: uenerunt ad
quandam aquam. et ait eunuchus. ecce aqua. quis
prohibet me baptizari? Ait que philippus.
Si credis ex toto corde. licet tibi bapti-
zari. Ait que ille. Credo dei filium esse
ihesum. Et uide quia cum in spiritu uideret phi-
lippus eunuchi fidem. uoluit tamen ab
eo extorquere confessionem manifestam.
uolens eum subito baptizare. ut da-
retur exemplum baptizatis et baptizan-
dis: interrogandi et ostendendi. Unde ho-
die cum quadam dilatione et prelatione
scrutiniorum celebratur sollenne baptis-
ma. in sabbato paschali. quia incipiunt
scrutinia in media quadragesima. ab
ea die qua cantatur. Dum sanctificatus fuero.
Tunc iussit stare currum. et descende-
runt ambo de curru. et baptizauit
philippus eunuchum. Et cum ascendissent
de aqua. spiritus domini rapuit philippum et
amplius non uidit eum eunuchus. sed ibat
per uiam suam gaudens. Philippus autem
inuentus est in azoto. et pertransiens euan-
gelizabat cunctis ciuitatibus donec
ueniret cesaream. in qua ciuitate domum
habuisse legitur. et usque hodie apparent
uestigia eius et cubiculum. iiii. filiarum
eius uirginum prophetissarum. Hic redit his-
toria ad ordinem suum. prosequens de pau-
lo. et continuatur ei quod supra dictum est. Saulus
deuastabat ecclesiam. quod enim dictum est de phi-
lippo. et de conuersione eunuchi: quasi in-
cidens fuit. De conuersione pauli.

Saulus adhuc spirans minarum
et cedis in discipulos domini. id est ad-
huc eis comminans. et in eos conspirans:
et ad cedem eorum aspirans. accessit ad
principem sacerdotum zelo furoris eum
concitante. et petiit ab eo litteras ad sina-
gogas iudeorum que erant damasci. ut
eius auctoritate si quos inueniret da-
masci huius uie uiros et mulieres uin-
ctos perduceret ierusalem. et cum iter faceret. con-
tigit ut appropinquaret damasco. et
subito circumfulsit eum lux de celo. et ca-

deus in terra audiuit uocem dicentem
sibi. Saule saule: quid me persequeris? i.
in menbris meis? Qui ait. Quis es domine?
an deus es an angelus? Ego inquit sum
ihesus nazarenus quem tu persequeris. Durum est
tibi contra stimulum calcitrare. i. potentiorem
rebellare. Et tremens ac stupens dixit.
Domine quid me uis facere? Ac si diceret. uo
luntatem tuam indica michi. quia presto
sum tibi obedire. Ad quem dominus. Surge et
ingredere ciuitatem et dicetur tibi quid te o
porteat facere. Viri autem qui comitabantur
eum: stabant stupefacti. Audientes
quidem uocem ipsius pauli. non eius qui loquebatur cum
eo. Neminem autem uidentes. iuxta quod
ipse paulus infra dicit. Qui mecum erant
lumen quidem uiderunt. uocem autem eius non
audierunt: qui loquebatur mecum. Et sur
rexit de terra et apertis oculis: nichil ui
debat. Sed tamen est cecus corpore qui primo fuerat
cecus mente. Ad manum autem illum tra
hentes manibus. s. suis. manum eius tenen
tes. et qui secum ducentes. introduxerunt
eum damascum: et erat ibi diebus tribus non ui
dens. neque manducans. neque bibens.
In quo triduo creditur a spiritu sancto didicisse
euangelium. Vnde gloriatur in epistola ad ga
lathas. se non habuisse hominem ma
gistrum dicens. Neque ab homine
accepi illud neque didici. sed per reuelationem
ihesu christi. Imponebatur enim ei a pseu
do quod edoctus esset ab anania. non spiritu
sancto. Vnde uocabant eum apostolum ana
nie. Nec te moueat si quisque legat
conuersio eius facta. primo anno dominice pas
sionis. cum quisque secundo. alterum de anno
usuali. alterum de anno emergen
ti. Si enim computes per primum annum
dominice passionis a kalendis ianuariis quod

est annus usualis. tunc secundo anno conuersus
est paulus. Si autem computes ab ipso die
passionis usque in sequentem passio
nis diem. anno reuoluto qui est annus
emergens: in primo anno passio
nis dominice conuersus est.

Erat autem damasci discipulus
quidam. i. christianus nomine ananias.
et dixit ad illum in uisu. i. in uisio
ne dominus. anania. At ille ait. Ecce
ego domine. paratus sum tibi obedire. Ad
quem dominus. Surgens uade in uicum qui
uocatur rectus. et quere in domo
iude saulum nomine tharsensem
ecce enim orat. forsan iudas erat
primum nomen hospitis sui. uel forsan
erat de tribu iude. ut sit sensus. in
domo iude. i. inter iudeos. qui erant
de illa tribu. uel in domo iude. i. in
eo iudeorum. Vicus autem dicitur a uicinia
ciuitatis. ut dicit rabanus. ut per se
dicantur uici: turba uicinia ciuita
tis. Hic tamen et sepe alibi aliter accipitur.
ne timeret ananias uenire ad
saulum. quem nouerat atrocissimum persecu
torem christianorum: et addidit dominus. Ecce e
nim orat. q. d. non est timendum. quia tamen est
de saulo paulus. de lupo agnus. et e
go tibi reuelaui ei aduentum tuum.
Iam enim uidet te in spiritu introeun
tem ad se. et imponentem sibi manus ut
uisum recipiat. Respondit ananias. Domine
audiui a multis de uiro hoc. quanta
mala fecit sanctis tuis in ierusalem. et hic
potestatem a principibus sacerdotum al
ligandi. omnes qui inuocant nomen
tuum. Ad quem dominus. Vade quoniam uas
electionis est michi iste. i. uas electum. et
fornace tribulationis probatum. ut por

tet nom̄ meum corā regib; ⁊ genti-
b; ⁊ filiis isrl'. ⁊ tu q̄d ē baptizab' eū.
s; n̄ doceb' eum. Ego enī sol' docebo
eū ⁊ ostendam illi q̄tum opteat eū
pati: p noīe meo ut p multas t̄bula-
tiones pbet' uas electum ⁊ mala q̄
intulit scīs: patiat' cum scīs. Abiit
ananias ⁊ ueniens ad hospitium
paul; intrauit ad eū ⁊ iponens ei
man'. dixit. Saule fr̄ dn̄s ihc qui
apparuit t̄ in uia q̄ ueniebas:
misit me ad te. ut iudas intion;
⁊ extion oclō ⁊ implearis spū scō
.i. spm̄ s. plenius accipias. P̄tea
in baptō. Et confestim ceciderunt ab
oclis ei tamq̄ scame ⁊ uisū rece-
pit. Et surgens baptizat' ē. Et c̄
accepiss; cibum confortat' ē ⁊ fuit
cum discipulis q̄ erant damasci.
p dies aliquot ⁊ continuo ingressus
sinagogas p̄dicabat dn̄m. qm̄ h
ē filius dei uiui. Stupebant autē
omīs qui audiebant ⁊ dicebant.
Nonne hic ē qui expugnabat
in ierlm̄ eos qui inuocabant n̄
istud: ⁊ ad hoc uenera[t] ut ui-
ctos eos duceret ad p̄ncipes sacerdotū.
Saul' aū magis inualescebat
⁊ confundebat iudeos q̄ erant da-
masci. affirmans q̄d hic ē xp̄c.

Cum aū implerent'
dies multi ab baptō paul;: con-
silium fecert' iudei ut eū interfi-
cerent. ex eo q̄d dictum ē. imple-
rentur dies multi p' iudi hoc
n̄ fuisse t̄m in hoc p̄mo aduē-
tu damasci. s; in scdō. q̄ forte tū
fuit in siria ⁊ cylicia. ⁊ ibi p̄di-
cauit: ⁊ multos conuertit. P̄tea tū

t̄m uenit damascū. q̄ magis sus-
citauerat inuidiam iudeo⁊. In scdō
aduentu damasci statuert' consiliū
ut eum occiderent. s; notificate sūt
ei insidie eo⁊. custodiebant por-
tas ciuitatis. die ac nocte. ut in t̄ficerent.
n̄ iudei: s; ciues damas-
ci. p̄positus gentis arethe regis. ad
petitionem iudeo⁊. sic ipe apls̄ i
epla ad galathas refert dicens. Da-
masci p̄positus gentis arethe regis
custodiebat ciuitatem damasceno⁊:
ut me conphenderet. Discipli aū eū
nocte dimisert' eū in sporta p muru-
rum. ⁊ uide q̄ ingens adoitū n̄ ē
ei. s; dcm̄ ē discipli simplicit'. q̄a n̄ ha-
bebat paulus discipulos. s; omīs xp̄i-
ani tūc dicebant' discipli. q̄ nouum
inuentum erat: h nom̄ xpianus.
Elapsus paulus a manib; damas-
ceno⁊ uenit in ierlm̄ ⁊ uolens se
iungere discipulis. dn̄i. s. apls. s; oēs
timebant eum. n̄ credentes q̄ eēt
discipls. Tūc barnabas cipri leuites
gente. qui ut sup' dcm̄ est p̄ciū a-
gri uendita posuit ad pedes aplo-
rum. apphensum illum duxit
ad aplos ⁊ narrauit q̄m in uia
uidiss; dn̄m ⁊ q̄a locut' ē ei ⁊ q̄m
in damasco fiducialit' egit: in
noīe ihu. Quos aū aplo⁊ inuenit
in ierlm̄ in epla ad galathas. os-
tendit. s. petrum ⁊ iacobū epm̄
ierosolimo⁊ cum q̄b; mansit
.xv. dieb;. sic ipe in epla ostendit
dicens. Deīn p' annos tres. s. a con-
uersione mea. ueni ierlm̄ uidere pe-
trum ⁊ mansi ap' eū .xv. dieb;.
alium aū aplo⁊ uidi neminē

n iacobum frem dni. et erat cu ill
s. petro et iacobo et aliis discipulis q
erant in ierlm intus et exiens p. xv.
dies. Deinde uenit in ptes sirie et
cilicie et ibi loquebatur gentib; et
disputabat cum grecis. i. iudeis i
greco disputantib;. Hanc historia plurimi
a sui breuitate confundit qsi totum fac
tum sit in ierlm. Ita enim pcedit se
ries hystorie. et erat c eis intrans et ex
iens. i ierlm. fiducialit agens in noie
dni. loqbat aut gentib; et disputa
bat c grecis. Illi a. s. iudei consulantes
int grecos. c qb; disputabat uoluerut
eu occide. Qd c cognouissent fres.
deduxerut eum cesarea. q ciuitas est
palestine. et inde dimiserut eu tharsu.
que e ciuitas unde ipe fuit oriundus.
Postea redit historia ad petru. de ac
tib; aplor. diuisor agens qui in in
terscalaris. De curatione enee.

Factum e ut petrus dum pouan
do discurreret. ueniret lidda.
Inuenit aut ibi hoiem qdam noie
eneam. paraliticu ab annis. viii.
in grabato iacente. et ait illi petrus.
Enea: sanet te dns ihc xpc. surge et
sterne lectum. q pus nec se potat de lecto
surge. et continuo surrexit. et uiderut
illum omnes q habitabant lidde. et
sarone. et conuersi st ad dnm. De morte

Erat aut in iope thabite.
discipla qdam. i. xpiana. q he
braice dicebatur tabita: grece dor
cas. latine aut damula l capa. Sct
marchu tn hs qd tabita intpreta
tur puella. Vn thabitacumi. in
terptatum e. puella surge. et ita
diuerse st interptationes huius nois. h

aut erat plena opib; bonis et elemo
sinis. qs faciebat. et pcipue in consu
endis uestib; pauperum: multu la
boris impendebat. Factum e aut in
dieb; ill. in qb; petrus ueniat lidda.
ut infirmata moreret. Cumq; la
uissent corpus posuerut i superiori ce
naculo. et c lidda eet pxe iopen
discipuli audientes qd petrus eet lid
de: miserut ad eu duos uiros. dicen
tes. ne pigreris uenire: usq; ad nos.
et n apuerut ei causam. De resusci

Exurgens aut tatione thabite
petrus uenit c ill. et cu aduenisset: duxerut eum in cenaclm. ubi
iacebat mortua thabita. et circumste
terut illum oes uidue flentes. et oste
dentes ei uestes qs faciebat ill dor
cas. ut opib; mie ipam opa dedisse ostenderet. et sic petru ad copas
sionem pmouent. Tc petrus oes eie
cit. n tamqm ppam aliquid facturus
q uellet alios latere. ut quida magi
cis artib; e consilio demonu aliqd
machinaret. s; magistru suum
uolens imitari. q filia archisina
gogi suscitaturus oes de domo eiecit.
paucis exceptis. l forte qr n digni
erant uisione miracli indigni.
eiectis oib; foras: fixa genu flexio
ne orauit. et conuersus ad corpus dixit. Tha
bita surge. At illa apuit oclos: et
uiso petro resedit. et dans illi manu
erexit ea. et conuocatis q gierant: reddi
dit eis ea uiua. et notu factum e oib;
miraclm p uniuersa iope. et multi
crediderunt in dnm. Et moratus e pe
trus in iope. multis dieb; ap simone
coriariu. l curiariu l a corio: l a cu

breuitate
in superiori

cesarea

cesarea

ria. qr forte curialis erat. id est curi-
ari. t parabat conia. id est conari.

Vir autem **De cornelio centurione.**
quidam erat in cesarea. nomine cor-
nelius centurio. cohortis que dicebatur ita-
lica. quia missus fuerat a roma ciuitate.
que est in italia. quia romani imperatores
mittebant milites suos per ciuitates
ad custodiendas munitiones. Et erat
religiosus et timens deum. inquantum religiosus
religiosus super gradum timoris. inquantum
timens infra gradum religionis. id est
pietatis. quia in graduali ascensu do-
norum spiritus sancti: gradus pietatis est super
gradum timoris. Inquantum religi-
osus super gradum timoris. inquantum
timens deum infra gradum religio-
nis. ut nomine religionis: intelligas
spiritum pietatis. Erat inquam religiosus:
cum omni familia sua. que religiosa
erat et timorata. faciens elemosi-
nas multas plebi. non acceptor perso-
narum. Iste est et est qui hora nona diei.
uidit in uisu manifeste. id est mani-
festa uisione. non per soporum uel in extasi.
angelum dei introeuntem ad se et di-
centem ei. Corneli: At ille intuens eum
timore correptus dixit. Quis es domine? At
que angelus. orationes tue et elemosine tue ascen-
dunt in memoriam in conspectu dei.
Et nunc mitte uiros in ioppen et accersi
simonem quendam qui cognominatur petrus. hic hospitatur
apud simonem quendam coriarium cuius do-
mus est iuxta mare tirrenum quia ioppe ciui-
tas tirre promissionis erat. mari tirreno
proxima: in ipso orientali littore sita. et extra le-
teras erat domus simonis coriarii hos-
pitis petri. hic inquit dicet tibi quid te
oportet facere. Et cum cornelio deum est

ab angelo. Exaudite sunt orationes tue.
Unde constat eum iam fidem habuis-
se quia in hoc consonant sancti quod nullo
fidei ueniuntur ad opera non consuluit. non
dum tamen credebat christum incarnatum. quia
de tempore incertus erat. ignorans an iam
incarnatus. an adhuc incarnandus.
Non tamen sub erat falsitas fidei eius. quia
cum fidem incarnationis haberet sal-
ua fide poterat esse in ambiguo. an
iam uenisset an adhuc in carnem ue-
turus esset. quia non illos sanctorum patrum
latuit christum natum esse per ea que nata est.
ut simeonem. usque ad quadragesimum
diem natiuitatis. non tamen putandum est
eos fidem incarnationis non habuisse. quia
tempus non est de articulo fidei immo et non
dum esset eis predicatum uel inspiratum
quod iam natus esset salua fide latuit eos.
esse in ambiguo an iam natus esset an
adhuc nasciturus. Cum discessisset an-
gelus a cornelio: uocauit duos do-
mesticos suos et militem metuentem
dominum. que de domesticis non est dictum.
quia constabat familiam eius religiosam
esse et timoratam. quibus cum narrasset sin-
gula misit illos in ioppen.

Postea autem die iter facientibus
illis et appropinquantibus ciui-
tati ioppe. t apparentibus scilicet aliam
litteram ut iam possent uideri: de
hospitio petri. scilicet de domo simonis
coriarii. ascendit petrus in superiori
cenaculo hospitii sui circa horam sex-
tam. ut in secreto oraret et post orationem
comederet. quia tempus erat comedendi.
Et ipse patiebatur esuriem et paran-
tibus prandium ministris. cum ipse esset
in oratione cecidit super eum extasis

÷ qui cognominatur petrus. hic hospitatur apud simonem quendam

.d. quia deo operante passus est alienationem
mentis. ita ut non uteretur sensibus huma-
nis. et in extasi raptus uidit celum aper-
tum .i. aerem. et de aere apto descendens
uas quoddam uelud lintheum magnum
de celo submitti inter .iiii. liciis. uel
lineis. uel initiis. que littera minor est. Dicuntur au-
tem initie fimbrie molles. quibus circumliga-
tur pueri in cunabulis. facte de stupea
materia. uel de serico ad opus nobilium.
Videbatur ergo ei uas illud quasi lintheum.
.iiii. initiis. id est .iiii. cornibus alligatis:
in aere appensum. et ita demitti in
terram. et in eo esse omnia genera animalium.
quadrupedia. serpentia terre. et cum esu-
riret: facta est uox ad eum dicens. Surge
petre macta et manduca. Ac si diceretur
ei in spiritu. Transi ad gentes. et occide
in eis uitia. et sic ecclesie in corpora.
Absit inquit domine quia numquam manduca-
ui commune et inmundum. et est ydioma
hebreorum reputantium cibos inmun-
dos. quibus communiter utebantur gen-
tes. unde uocabantur communes quasi in-
mundos. Abhorruit ergo petrus quod dictum
est ei. manduca. quia ostensa ei fuerant
quadrupedia et serpentia. secundum legem in-
munda. quia genere uidebantur ei: uti
cibis in lege prohibitis. et maxime
timebat reprehensionem iudeorum. si u-
teretur cibis gentilium. et ideo cum ita abhor-
reret: facta est uox secundo ad eum dicens.
Quod deus purificabit commune non dixeris
quia constat spiritualiter ei dictum fuisse: de
gentibus iam ita in dei presentia per
fidem purificatis. de quarum purifica-
tione instruitur petrum. Vox primo
facta ad eum dicens. occide et manduca.
Cum autem ostensa ei fuissent ser-
pentia terre. constat ea non fuisse adeo
purificata. non alicui. siue iudeo: siue
gentili ad comedendum: munda.
Hoc autem totum factum est ei per ter. scilicet uas:
semel extractum. et ter in terram demissum.
et uox ter audita pro commendanda ueri-
tate uisionis. Nam ut dicit am-
brosius: in cathecismo fit trina interrogatio
scilicet credis in deum. abrenuntias satha-
ne. uis baptizari. Similiter trina un-
ctio. In uertice. In scapulis. In pecto-
re. In baptismo quoque fit trina inmersio.
Post trinam uasis ostensionem: recep-
tum est uas in celum. et dum intra se co-
gitaret petrus quid sibi uellet hec uisio:
ecce tres uiri qui missi fuerant a
cornelio inquirentes domum simo-
nis coriarii. steterunt ad ianuam
querentes si simon qui agnominatur pe-
trus illic haberet hospitium. Et cogi-
tante petro de uisione: dixit ei
spiritus. Ecce tres uiri querunt te. tamen tibi est
eum querent: subticuit ei. quoniam ipse
postea ab eis quesiuit. quia ad commendandam
humilitatem aliquando prophetie spiritus ex parte
te animum tangit. et ex parte non tangit.
Surge inquit et descende et uade
cum eis. nichil hesitans. quia ego mi-
si illos. descendens autem petrus ad eos
dixit. Ecce ego sum quem queritis. que causa
est propter quam uenistis. Ad quem illi. Cornelius
centurio uir religiosus ac timens deum.
et testimonium habens ab uniuersa gen-
te iudeorum. responsum accepit a spiritu
sancto. ut accersiret te in domum suam.
et audiret uerba a te. et introduxit eos
in hospitium. et fuerunt cum illo noc-
te illa. Sequenti autem die profectus est cum
illis. et quidam fratribus qui eum comitarentur

set a iope: ut ei testes essent. Refert
Altera autem pet. corneli uisione sua.
Die secunda ab egressu de ioppe.
intrauit cesarea. Corneli uero expecta
bat illos. conuocatis cognatis su
is et amicis necessariis. Amici necessarii
dicuntur. qui non deserunt hominem: in ar
ticulo necessitatis. Et cum intrasset petrus
obuiam occurrit ei cornelius. et procidens ad
pedes eius: adorauit eum ipso gestu
corporis exprimens deuotionem mentis.
petrus uero eleuauit eum dicens. Sur
ge quia et ego sum: ut tu et cum multis
aduenerunt cognatis scilicet et amici conuocatis.
locutus est eis petrus. dicens. Vos scitis
quam abhominabile sit uiro iudeo ac
cedere ad alienigenam. Sed ostendit michi
deus nullum hominem immundum esse pro
quo: sine dubitatione ueni accersitus.
Interrogo ergo quam ob causam accersistis me.
Ad quem cornelius. Nudius quarta die orabam
in domo mea. Ac si diceret. Quarta die
abhac hora. secundum innouationem
diei. Prima enim die uidi angelum.
et misi nuntios. Secunda: uenerunt
nuntii in ioppe. Tercia: profectus est
petrus cum eis. et illa nocte remanse
serunt in uia. Quarta: uenerunt ce
saream. Et ecce inquit uir stetit ante
me: in ueste candida. et ait. Cor
neli: exaudita est oratio tua. et elemosine tu
e a deo accepte. mitte in ioppen et ac
cersi simonem qui cognominatur petrus. et sta
tim misi ad te. et tu benefecisti ue
niendo. Nunc ergo nos omnes assumus.
in conspectu tuo. parati obedire tibi
in omnibus quecumque precepta sunt tibi a domino.

Tunc aperiens Responsio petri
petrus os suum dixit. et predicatio.
Nunc inuitate cristi. quam non est personarum accep
tor deus. non discernit inter iudeos et gen
tiles. sed in omni gente qui timet illum. et
operatur iusticiam acceptus est illi. Vos scitis quod
iohannes predicauit ihesum: a nazareth. sci
tis etiam quod factum est uerbum. id est predicatio euan
gelii per uniuersam iudeam. incipiens
a baptismo iohannis quo baptizatus est ihesus. Pre
presentis quomodo unxit eum deus: spiritu sancto et
uirtute qui pertransiit benefaciendo et sa
nando omnes a diabolo oppressos. et nos
testes sumus omnium que fecit: in regi
one iudeorum. et quem suspenderunt in
ligno. et tercia die suscitatum est a deo
et nos testes sumus. qui manducauimus
et bibimus cum illo: postquam surrexit a mor
tuis. quibus precepit predicare populo et testi
ficari. quia ipse est qui constitutus est a deo preter
iudex uiuorum et mortuorum. quia pater
illi omne iudicium. non nos soli: sed et omnes
prophete illi testimonium perhibent. quia
omnes per nomen eius remissionem peccatorum accipi
unt: qui credunt in eum. De baptis
Adhuc loquente mo cornelii et suorum.
petro uerba hec: cecidit spiritus sanctus.
et descendit repente super omnes qui au
diebant uerbum. Utrum autem in ig
neis linguis uel in alia uisibili specie
descenderit: incertum est. Et obstupu
erunt qui erant ex circumcisione fideles. de cir
cumcisione. quia et in nationes. id est ingen
tiles gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant
enim omnes loquentes linguis et magni
ficantes deum. Tunc respondit petrus.
Numquid aquam quis potest prohibere. ut non
baptizarentur hii qui spiritum sanctum ac
ceperunt sicut et nos. quia maius est quam bap
tizari. et iussit eos baptizari: in
nomine cristi. subiciens formam bapti:

a egressu
suscitatum est
pater
hec

a deo ultimam ꝓdilatatione: nomis x̄p̄i.
in q̊ nomine in ꝑt ipse unct᷒: ⁊ pr̄ aq̊
unct᷒: ⁊ sp̄c scs̄ quo ē unct᷒. Te roga-
uerāt eum ⁊ mansit rogat᷒ ē eis a-
liq̊t diebꝫ in q̊bꝫ ꝑmo c̄dr̄ usus fu-
isse cib̄ gentiliū. Vn̄ ꝑea redarguit᷒
ē. Diuulgat᷒ ē ubiq; ⁊ delatū usq;
ad frēs q̊ erant in iudea. qꝛ gn̄s recep-
ant u͛bū dei: ⁊ h̄ fuit ꝑmi t͛nsit᷒ ꝓ-
claris aplo͡ꝝ. in q̊ ꝯuersus ē corneli᷒
cū familia sua. Cum aū ascendiss;
ierosolimā disceptabāt adu͛s᷒ eum fi-
deles. de circūcisione dicentes. Quare
int͛isti ad uiros ~~ad uiros~~ ꝑputiū hn̄-
tes: ⁊ manducasti cū ill᷒: q.d. in duo-
bꝫ ꝯ legē fecisti. s. qꝛ int͛sti ad eos. ⁊ qꝛ
cibis eo͡ꝝ consus es.

Tunc incipiens petr᷒ exposuit
ꝑ ordinē ostensam a dn̄o s̄
uisionē: ⁊ q̊m apparuit angls̄ cor-
nelio: ⁊ in tota ꝑsecutione n̄ addit
n̄ unū u͛bum. q̊d dc̄m ē cornelio.
Mitte ⁊ accersi simonē q̊ cognoiat᷒
petr᷒. n̄ addit. q̊ loquitur t̄ u͛ba in
quibꝫ salu᷒ eris tu: ⁊ uniu͛sa dom᷒
tua: ⁊ cred q̊ statim subdit. sp̄c scs̄.
sr̄ eos. sic̄ ⁊ in nos ab initio. Presu-
mitur q̊d sr̄ cornelium ⁊ sr̄ fami-
liam descendit sp̄c scs̄. in linguis
igneis. sic̄ descendat sr̄ aplos die
pentecostes: ⁊ t̄c intell̄ recordat᷒ sū
u͛bi dn̄i q̊d nob dixit. Johes autē
baptizauit aq̊: uos aū baptizabi-
mini sp̄u scō. Videntes aū h̄ im-
pletum in corneliū: ⁊ in familia
sua audita petr̄ excusatione mul-
tiplici destiterāt ab increpatione ei᷒.
⁊ gr̄as egerāt saluatori: ⁊ ita im-
pleta ē ꝓph̄ia iob. Ab aquilone ue-

niet aurū: ⁊ ad dn̄m: formidolosa
laudatio. i. ꝓ ꝯgelatione infidelitatis.
ꝯpabiles aquiloni. q̊ in tenebris erāt
i. in cecitate aī. ꝑcipient lucē fidei.
ꝑ q̊rum illuminatioē diriget᷒ ad
dn̄m formidolosa laudatio. qꝛ ꝑ inopi-
nata ⁊ repentina gentiū ꝯu͛sione
fideles de iudea timētes. glorificauer̄t
deū. Quo barnabas paulū dux᷒ anthio

Nunc redit historia ad ciam
ordinem suū. Q̊ eū intermisit
ē de philippo. petr̄. iohe. ⁊ paulo. Pr̄t-
ea q̊ sup̄ dictū ē. s. qui dispsi erāt.
ꝑt͛nsibant euuangelizantes u͛bū dei:
q̊i inciderāt fuit. ꝓsequit᷒ ḡ in hunc
modum. Et illi qui dispsi erant
a tribulatione q̄ incepat a morte ste-
phani: ꝑambulauerāt usq; ad phe-
nicem ꝓuinciā sirie occidentalē.
et ciprum. nemini loq̊ntes uerbū
n̄ soli iudeis. Erant aū ē eis q̊dam
de cip̊. ⁊ cirene. q̊ c̄ introissent anti-
ochiam: loq̊bant᷒ ad grecos. annū-
tiantes dn̄m ihm: ⁊ erat man᷒ dn̄i
cū eis: ⁊ mult᷒ nūs credentiū: ꝯuer-
sus ē ad dn̄m. Sr̄ h̄c locum dicit
beda. qꝛ p᷒ reuelationē sindonis
cep̄ ecclia crescere. Vn̄ coniciat᷒ q̊ ꝑ ēm
sindonis ꝟ lintheí uidit petr᷒ in
uisione ē alibi dicat᷒ fuisse uas.
alibi discus. Delat᷒ ē ad aures ec-
clie. que erat ierosolimis. de ꝯu͛sio-
ne anthiochenoꝝ: ⁊ uolentes ple-
ne c̄tificari. miserāt barnaban in
anthiochiā. Qui cū uenisset ⁊ uidet
gr̄am dn̄i gauisus ē: ⁊ exhortat᷒
oīs ut in ꝓposito cordis manerent ī
dn̄o. q̊ erat uir bon᷒. plen᷒ sp̄u scō ⁊
fide. Et dic̄ sr̄ h̄c locū raban᷒. bar-

Disceptabant [illegible]

Quare

ecclia crescere

Delatū

Videntes

In ꝓposito īnr

nabam id est multiplex consolatum, ne
putaretur pro indignitate sua amisisse
apostolatum. Et erat Raban in illa opi-
nione. Sed tamen qui dicitur Barnabas, ille fuit
qui pro iecta est sors cum Mathia. Postea cum Pau-
lo in apostolatum electus est. Nos aliam sequimur.
Videns autem Barnabas quod non sufficeret
ad erudiendam tantam multitudinem,
venit Tarsum ut quereret Saulum, et in-
ventum perduxit Antiochiam. Et per annum
conversati sunt ibi et docuerunt turbam mul-
tam. Et tunc primo sectatores christiane religio-
nis a Christo capite denominati sunt christiani, qui
prius dicebantur discipuli. Et fuit institutio
gentilium satis elegans. Visum est enim
incongruum et indecens gentilibus ad
fidem conversis sectatores religionis christiane
non eius nomine censeri, sed potius denominandos
esse a nomine magistri. Sicut in sectis philosophorum
sectatores denominabantur a nominibus magi-
strorum, ut ab Epicuro epicurei. In
his autem diebus supervenerunt prophete a Ie-
rosolimis Antiochiam. Et surgens ex
eis unus nomine Agabus prophetavit per spiritum
sanctum famem futuram in universo orbe
terrarum, et maxime in Iudea, que facta est sub
Claudio scilicet iiii anno Claudii. Tunc pro-
posuerunt discipuli facere collectam ut
daret unusquisque pro modulo sue facul-
tatis et mitterent aliquid pauperibus qui e-
rant in Ierusalem, qui venditis omnibus po-
suerant pretium ad pedes apostolorum, ut
premunirent eos contra famem. Et tunc primo
facta est collecta in usus pauperum, que mis-
sa est per Barnabam et Paulum in Ierusalem.

Eo tempore *Hystoria de romanis im-*
misit Herodes rex manus *peratoribus*
ut affligeret quosdam de ecclesia, et occidit
Iacobum fratrem Iohannis gladio. Ut autem

intelligatur locus iste de quo scilicet Herode sit hic
accipiendum, expedit ad tempus pretermit-
tere historiam actuum, et sequi historiam
romanorum imperatorum. Non est putandum
hunc fuisse Herodem tetrarcham qui cognominatus est
Antipas, sed Herodem Agrippam. Ille enim non
fuit rex, sed tetrarcha. Ille scilicet filius magni
Herodis, qui consensit Pilato de nece domini, qui
remisit eum ad Pilatum indutum veste al-
ba, qui iam deportatus fuerat in exilium
Viennam et ibi mortuus est. Pilatus quoque iam mor-
tuus erat, qui ut a principio huius historie
pretaxatum est. Anno nonodecimo im-
perii Tiberii cesaris erat procurator Iudee.
Vitellio preside Syrie, et accusatus est in multis
apud Tiberium. Accusatus est enim a Iudeis de vio-
lenta innocentum interfectione. Accusatus est
etiam quod Iudeis reclamantibus ponebat imagi-
nes gentilium in templo. Accusatus est etiam quod pe-
cuniam repositam in corbanam redigebat
in suos usus. Inde faciens aqueductum
in domum suam. Et pro his omnibus deportatus
in exilium Lugdunum, unde oriundus erat,
ut ibi in obprobrium generis sui moreretur. Vide-
tur quod musac erat archa in qua reponebant
donaria regum vel principum. Corban, in
qua reponebantur donaria sacerdotum ad
reficienda sartatecta templi. Gazophi-
latium in quo reponebantur donaria
in sustentum.

Mortuo Pilato, substituit Vitel-
lius fratrem suum procuratorem
Iudee. Et volens placere Iudeis satisfecit
voluntati eorum in quibusdam scilicet de amo-
tione Caiphe et promotione filii Anne,
quia ad eorum petitionem amovit Caipham
a sacerdotio et substituit filium Anne, qui
iam mortuus erat. Reddidit etiam eis stolam
suam illam sollempnem et antiquam quam debe-

procurator

pretium

reclamantibus

t

tri

bat herodes sacerdos in potestate sua. ut ea uteretur in festiuis diebus. Pilatus uero transtulerat eam in domum suam: et cum in festis diebus necessaria erat sacerdoti: non portabat eam herodes non precio intercedente. Tempore tiberii mortuus est philippus tetrarcha itureae et traconitidis regionis frater herodis tetrarche. mortuus est et lisanias tetrarcha abiline: et ita uacabant due tetrarchie. et aspirauit herodes ad alteram earum.

De infortuniis herodis agrippe.

Erat autem herodes agrippa uir magnanimus et bellicosus. sed pauperrimus nepos herodis tetrarche et frater uxoris eius herodiadis. fuit enim filius aristoboli filii magni herodis. et ipsa filia eiusdem. Disposuit ergo uenire romam. si forte posset impetrare a tiberio alteram tetrarchiam uacantium. Cumque uenisset romam. uidens eum tiberius militem strenuissimum: retinuit eum secum et fecit ut adhereret filio suo druso. cui iam inuita sua commiserat imperium. Nec iste drusus est ille qui domuit maguntiam. Erat autem herodes agrippa uir magne liberalitatis et ut conciliaret sibi animos romanorum: multa expendebat et multis debitis se obligauerat. et ut tradit iosephus: non fuit homo in quo mutabilitas fortune a deo posset deprehendi. Primo enim hic ei male contigit. quia mortuus est drusus filius tiberii. de cuius morte adeo insolabiliter doluit tiberius: ut omnes a presentia sua amoueret: qui familiariter adheserant druso ne reducerent ei ad memoriam mortem eius. et compulsus est herodes agrippa redire in iudeam. Et desperans pre nimia paupertate intrauit turrem. ut ibi affligeret se fame et ita moreretur. quod significauit uxor sua sorori eius herodiadi uxori herodis tetrarche. que supplicauit uiro suo: ut reuocaret eum a proposito et daret ei necessaria. Et acquieuit ei et statuit eum in tiberiade et ibi assignauit ei domum et dedit ei necessaria uite. Et quadam die cum esset herodes tetrarcha in tyberiade et epularetur: factus est ilarior solito. Et quia incaluerat mero cepit improperare herodi agrippe. qui epulabatur cum eo: beneficia que contulerat ei. quibus liberauerat eum a peste famis. Et doluit agrippa ultra modum et disposuit iterum uenire ad tiberium. si forte inueniret animum eius immutatum. et in reditu inuenit eum petronius et honorifice receptus est ab eo et uenit cum eo romam. Et cum haberet tiberius duos nepotes. alterum de filio druso et alterum de fratre germanico id est gaium. uolebat enim substituere filium filii. quia magis diligebat eum.

De incauta locutione herodis.

Herodes autem agrippa magis diligebat gaium et familiariter adherebat ei. Unde sibi suscitauit indignationem tiberii latentem. quia nondum indicabat. sed latens odium in corde reseruabat. Quadam autem die cum sederet agrippa in curru cum gaio leuatis manibus in celum: dicebat. Utinam uideam mortem importuni senis. et gaium dominum toti orbi. quem idoneum esse. imperare uniuerso orbi. Hoc audiuit quispiam scilicet auriga ipsius agrippe. qui post aliquot dies cum dampno rerum agrippe aufugiens: captus est et uinculatus et dum traheretur ad carcerem: petiit duci ad imperatorem. dicens quia in aure loqueretur ei. quod esset ad eius utilitatem. et presentatus est imperatori et dixit consulto. quia sic opta-

uiat agrippa: mortem eius et dominium ga
ii. Tiberius autem non multum curabat liba
uinclatorum: et detrusus est ille in carcere.
Et cum sepe instaret agrippa ut iudicaret
et occideret: respondebat tiberius. frater suffi
cit tibi quod uinclatus est. et ita differebat. quia
ut refert iosephus in omnibus negotiis
suis morosus erat. Unde et statuerit pro
curatores in prouinciis uix aut numquam
mutabat eos. Quod cum semel quesitum esset ab
eo. quare scilicet non mutaret procuratores: res
pondit se in hoc parcere plebi. Scien
tes enim procuratores se ad modicum
habere procurationem: emungunt usque
ad sanguinem. et tanto durant grauius
quanto breuius: et qui recentes superueniunt: di
sipant quecumque inueniunt. Quod ostendit
exemplo cuiusdam uulnerati. qui cum iaceret in
uia et non amoueret multitudinem mu
scarum a uulnere. superueniens alter puta
uit quod hoc omitteret pre imbecillitate.
et abegit muscas. que operuerant uul
nus. Ait ille. malefecisti mihi. quia musce
quas amouisti: iam plene erant san
guine. et parum molestabant me. Que
autem superuenient: recentes acrius pungent
me. Sic et procuratores uel officiales re
center substituti acrius in subditos
deseuiunt.

Cum quadam die more solito
incitaret agrippa tiberium ut
traheretur auriga suus de carcere: res
pondit tiberius. id ipsum ei non expedire.
Cum in presentia ipsius uellet eum uinclatus
accusare. et cum in multo tempore esset agrip
pa. testatus est se uelle ut extraheretur
et accusaret eum. Eductus ille de car
cere: arguit illum de crimine lese ma
iestatis. quia optauerat mortem imperatoris.

teat tiberius carcerario. liga hunc. Intel
lexit carcerarius hoc preceptum esse de eo quem educ
tus filiat: et ligatum retrusit in car
cerem. Quadam autem die dum deambula
ret tiberius in ypodromo .i. in curriculo equorum.
et teneret agrippam per manum. uocato
carcerario dixit ei. Liga hunc. et miratus est
ille et uniuersi. quod preciperet agrippam liga
ri cum purpuratus incederet quia erat de
regio semine. Cum autem duceretur agrippa
ad carcerem: patiebatur intolerabilem
sitim. quia splendide comederat. et for
te occurrit ei portator aque. et dedit ei bi
bere. et postquam refocillatus est: promisit ei quod
in proximo remuneraret eum in regno
gaii. confidens quod gaius imperio esset reg
naturus. et positus est in carcere. Et dum
quadam die in carcere manens staret
in nisus arbori cuius frondibus inside
bat bubo: accessit ad eum unus de cap
tiuis et locutus est ei. Noli iniquo esti
mare. quod adulando loquar tibi. cum sis con
captiuus meus. Volo tibi indicare quod in
dicauerint mihi dii. erat enim peritus in auguriis.
Cito inquit liberabis a carcere. et in tantum sub
limabis: ut inuideant omnes amici tui.
et noti. et in hac prosperitate morieris. re
linques bona tua filiis tuis. Quod cum
autem huius generis alites uideris amplius super te.
scito quia quinta die morieris. Cl. ii.

Cum esset tethie fce ei date
Herodes in carcere. deferebat ei dominus
carceris. sciens esse uirum nobilem. et fa
miliarem gaii. et sustinebat tamquam ig
norans multas commoditates sibi fie
ri in carcere ab amicis suis. et fuit in
carcere per sex menses. Postea cum esset tiberius apud
capuas: cepit infirmari infirmitate
qua postea mortuus est. Et si in cronicis alibi

legat᷑: mortuꝰ. n̄ ē curandū ū mortuꝰ
sit. Videns aūt se moriturū: ↄuocatis
nobilib; imp̄ii sui ⁊ duob; nepotib;
suis. gaio ⁊ tibio: statuit ut in c̄sti
no substitueret ſi successorē. s; p̄ius uo
luit ↄsulere numē deoꝝ ⁊ orauit deos
suos ut intimarent ei q̄ nepotū suoꝝ
uellent ei substitui ī ip̄io. Et statuit
apd̄ se ut illū qui p̄ᵒ ueniret ad eū
in c̄stino ↄstitueret īpatorē. ut ita
q̄si p̄ sortē eligeret. Tn̄ significauit ti
bio: ut p̄ior ueniret. Q̄ mane no
luit uenire ū p̄ins ⁊ ē mitteret tibiꝰ
nūcios ad nepotes suos n̄ inueneʳᵗ
tibium ⁊ uenit gaius p̄ior ad tybi
um. q̄ uidens tibiꝰ: fleuit amare.
dolens q̄ᵃ alit̄ ēueniat q̄ uolebat
substituere. q̄ᵃ tenuiꝰ eū diligebat. dis
simulabat tn̄ ⁊ locutꝰ ē ad eū: tibiꝰ.
fili tu succedis m̄ ī imp̄io. q̄ potius
debebatᵗ tibio q̄si hereditario iure. tā
q̄ filio filii. s; ego uideo te utilem ī
p̄io ⁊ nouī mites doꝝ. Caue g̊ ne mo
lestes eū. s; sep̄ habeas eum tāq̄ fr̄em.
Sathage ut negotia ip̄ius sapienter dis
ponas ⁊ exerceas fuūs tuū imp̄iali ho
nore p̄ficias. Et ↄuocatis nobilib;
denuntiauit eis: eū imp̄atorē. et
mortuꝰ ē ⁊ stati aliq̄ntulū insonuit
fama in ciuitate romana de morte
tibii ⁊ uenit q̄dā hebreꝰ amicꝰ herodis
agripp̄e ad carcerē. Et hebraice dixit ei.
mortuꝰ ē leo ⁊ cep̄ agrippa mirabilit̄
gratulari. adeo ut q̄reret ab eo dn̄s car
ceris. q̄ eēt cā tante exultationis ⁊
ↄfessꝰ ē q̄ᵃ ille significauat ei hebi
ce mortē tibii. ⁊ stati dn̄s carcis liba
uit eū ⁊ statuit ī collateralē in mēsa.
In c̄stino insonueʳᵗ alii rumores
s. q̄d tibiꝰ ↄualuerat ⁊ tcia die romā
uenturꝰ erat. Tc̄ arguit eū dn̄s car
ceris q̄ decepat eū. timēs ne in cap̄ eī
redūdaret: q̄ libauat eū ⁊ mirabili
ter ligauit eū ⁊ retrusit in carcerem. P̄ᵒ
ea inc̄buerᵗ tn̄ rumores de morte
tibii ⁊ substitutione gaii. Et ueniᵗ
gaiꝰ romā ⁊ sepeliuit tibiū honori
fice ⁊ ip̄a die: uoluit libare agripp̄ā.
s; dissuasum ē ei. ne uideret̄ fc̄a tibii
in irritū. uelle subito reuocare.
P̄tea p̄ aliq̄t dies libauit eū ⁊ sub
limauit eum. Dedit eī. ei duas te
trarchias. s. tetrarchiā philippi. q̄ erat te
trarcha ituree ⁊ traconitidis regionis:
tetrarchiā lisanie. q̄ erat tetrarcha abi
line et īposuit ei diadema ⁊ sublima
tum in regē. remisit in iudeam ⁊ ī
uidiunt ei oēs p̄pinq̄ eī ⁊ sua soror
herodias. q̄ miserata fuat ī felici: m̄
muidit felicī. p̄cipue q̄ᵃ habebat
n̄ regis. q̄a uir suꝰ q̄ erat natu filiꝰ
magni herodis. nūq̄ meruit appella
ri rex: tetrarcha. P̄ sua debat itaq; ui
ro suo de die ī diē: ut iret romā.
⁊ satageret oīb; mōis ut sibi ↄpareret
nomē regis. At ille malebat. eē ī
ocio. q̄ᵃ opulentꝰ erat. Vn̄ sepe
uxor exasp̄ata dicebat. Pereant opes
tue. q̄ᵃ tu magis diligis opes q̄ ho
norē. Tandē uictꝰ instācia uxoris.
iuit ad gaiū cū magno apparatu.
⁊ ip̄a ē eo. ⁊ inueneʳᵗ gaiū bais.
Herodes agrippa q̄ p̄senserat q̄ n̄ p̄
bono suo issent disposuit ire p̄
eos. s; p̄misit nūcium q̄dā fami
liarē suum ⁊ amicissimū gaio
p̄ q̄ direxit ep̄lam gaio. ī q̄ ↄtineba
tur: q̄ᵃ herodes tetrarcha ī iuuente

tiberio firmavit amicitiam cum rege parthorum. ut esset rebellis romano imperio. Et in argumentum huius rei significavit ei. quod in civitatibus suis habebat arma que sufficerent .lxx. milibus armatorum.

De gaio.

Cumque venissent herodes tetrarcha et herodias uxor sua ad gaium et satis honorifice accepti essent ab eo: supervenit nuntius agrippe et porrexit epistolam gaio. scriptam herodis agrippe. Perlecta epistola gaius qui alienum incipiens cepit querere de statu herodis tetrarche et inter cetera quesivit ab eo: utrum in civitatibus suis tanta copia esset armorum. quantam ipse audierat. et non negavit. Et tunc credens gaius verum esse quod significaverat ei herodes agrippa. relegavit eum in exilium. uxori autem sue que erat soror herodis agrippe quem maxime diligebat: dedit libertatem redeundi ut haberet terram suam. Ipsa autem comitata est virum in exilio dicens. quod non dimitteret eum in adversis: cui communicaverat in prosperis et deputata est cum eo exilio lugdunum. ubi postea miserabiliter mortuus est. et dedit gaius galileam. quam habuerat herodes tetrarcha herodi agrippe. et ita habuit tres tetrarchias. Fuit autem gaius initio imperii sui per biennium: satis mansuetus. Postea evanuit cor eius in elatione et in tantam prorupit vesaniam: ut ab universis hominibus imperii sui vellet coli tamquam deus et dicebat se fratrem iovis. Unde et filiam unicam quam habebat: ponebat inter genua iovis. ut ita quasi communis utrique videretur. postquam egressa fuerat de genibus iovis. Misit ergo imaginem suam per universum imperium suum ut omnes adorarent eum. et sic fecerunt omnes exceptis iudeis. Unde cum in alexandria civitate orta esset seditio inter iudeos et gentiles et venissent utrique per se ad gaium ut discuteret controversiam. inter ceteras allegationes quas habuerunt gentiles contra iudeos hoc obiecerunt eis. quod deum suum quem communiter omnes gentiles receperant ipsi ignorabant. quod imaginem gaii nolebant adorare. et tunc primo scivit quod gaius iudeis non adorabant imaginem eius. Significavit ergo petronio presidi sirie ut poneret statuam suam in templo in ierusalem. ut facilius reciperent eam in circumstantibus civitatibus. Quod si forte iudei reclamarent collectis romanis legionibus intraret iudeam et nemini parceret manu eius. Collecto ergo exercitu intravit petronius iudeam. et venerunt ad eum iudei de ierusalem. cum amicis herodis agrippe. qui erat precordialis gaio. et supplicaverunt ei ne ad hoc eos hortaretur. quia prius [illegible] permitterent se occidi et parabant iugulos dicebant enim quod numquam amplius colerent terram. ut sic in inedia afflicti morerentur. Et respondit petronius. non de consilio suo hoc processisse. sed non audebat resistere: mandato imperatoris. videns tamen quod gravem iacturam incurreret gaius. si amitteret tributa totius iudee. promisit quod opponeret se gaio pro eis. et misit epistolam suam gaio per viros honoratos ut desisteret ab hoc mandato. Qui cum venissent ad gaium: non ausi sunt presentare se conspectui eius. sed accesserunt ad herodem agrippam ut subveniret iudeis. quod una de tetrarchiis suis scilicet galilea in iudea erat.

De morte gaii.

Tunc herodes invitavit gaium in convivio ut commederet cum

eo. et cum in festiuo esset conuiuio: admira-
tus est delicias conuiuii. et cepit memorare
gaius quanta passus fuerat pro eo herodes. scilicet uincula
tibii. et alia multa. et precepit ut peteret quic-
quid uellet et daret ei. At ille respondit
ei sufficere gratiam eius. et cum ille instaret ut
aliquid peteret: petiit ne poneret statu-
am suam in templo in ierusalem. et iratus est gaius
tamen considerans audacitatem agrippe quia nolue-
rat opes uel honores petere: adquieuit ei.
et scripsit petronio in hunc modum. Si non-
dum posita est statua in templo: non est ne-
cesse ut ponatur. et sic non est posita statua
eius in templo. Postea resipiscens gaius scripsit
petronio in hunc modum. Quia contempsisti man-
datum imperatoris et potius dilexisti mu-
nera iudeorum. elige tibi quod uis genus mortis.
ut discant omnes non esse tutum obuiare man-
dato imperatoris. et deo procurante ita factum
est ut prius audiret famam mortis eius quam ui-
deret nuntios huius legationis. Cum enim esset
rome et rediret a ludis circensibus consi-
lio senatorum interfectus est a duobus. et or-
ta est in ciuitate dissensio. inter curiam
et milites et plebem. Curia dicebantur
senatores et uiri consulares. id est qui de genere
erat consulum. uel digni ut fierent consules.
Quia ergo uidebant senatores seuitiam im-
peratorum et incommoda que inde contingerent
rei publice: uoluerunt penitus extirpa-
re imperium ab urbe. et uoluerunt illud re-
digere ad antiquum statum in quo erat
ante iulium cesarem. ut esset regimen ciuitatis
in arbitrio consulum et senatorum. E con-
tra milites et plebs timentes auaritiam
senatorum et amantes donatiua impera-
torum: constituerunt imperatorem claudium
auunculum gaii. uirum mansuetum et
pium. Tunc uenit herodes agrippa ad sena-
tores ducens secum de nobilibus qui erant
in curia simulans se fauere parti e-
orum. cum haberet eos exosos propter mortem ga-
ii. Consuluit ergo eis ut significarent
claudio ne moueret scisma in ciuita-
te. sed desisteret ab hoc incepto. et professus
est se libenter fungi hac legatione.
Et missus est herodes cum aliis. et eis
audientibus dixit ei: quod dixerat coram
senatoribus. in aure autem dixit ei. ne
desisteret ab hoc incepto. quia ipse satageret
ut maior pars nobilium faueret
parti eius. et renuntiauit senatori-
bus quod nollet claudius desistere ab incep-
to. Et cepit eis persuadere: ne contra irent.
quia non possent impedire. et allexit quos-
dam. et tandem omnes. et ita sine contradictione
factus est claudius imperator. et persuasione hero-
dis omnes occisi sunt qui consenserant in mor-
te gaii. et petiit ab eo herodes agrippa
ut decretum gaii de statua sua adoranda
reuocaret in irritum. quia ipsum erat. et
adquieuit ei. et precepit ut epistolam reuocatio-
nis per singulas ciuitates iudeorum ponerent
in loco eminentiori. ut uideretur ab omnibus.

Postea **De incarceratione petri**
uoluit herodes accipere licentiam
a claudio et redire ad patriam. Et tunc clau-
dius dedit ei .iiii. tetrarchiam. scilicet iudeam.
et ita sublimatus est rediens ad patriam. et
uenit primo in iudeam. et honorifice
susceptus est a iudeis quia in multis iuue-
rat eos. Et cum prope essent dies azimo-
rum: uenit ierusalem ante diem festum.
ut purificaretur et mundus esset inter dies
festo. et ante dies azimorum occidit
iacobum fratrem iohannis: gladio. Postea
in diebus azimorum uidens quia place-
ret iudeis: apposuit ut apprehenderet

et petrum. De iacobo autem refert cle-
mens alexandrinus quod cum ductus esset in
carcerem nocte conuertit ad fidem custodem su-
um. et in crastino confessus est se esse christianum
et cum traherentur ambo ad martyrium: dixit
iacobo. Pater da michi remissionem. At ille
parumper deliberans ait. Pax tibi. et osculatus
est eum. et simul ambo capite truncati sunt. petrum
autem apprehensum misit in carcerem. quia
in diebus azimorum non licebat aliquem oc-
cidere. et preter custodes carceris tradidit eum
custodiendum .iiii. quaternionibus militum
uolens post pascha producere eum populo. uel
ipse populus occideret eum. non ipse herodes: uel
iacobum. quia magis uidebatur glori-
osum eis. si ipsi occiderent eum qui erat
princeps apostolorum. Cum autem in crastino pro-
ducturus eum esset herodes ipsa nocte erat
petrus dormiens inter duos milites
uinctus catenis duabus. quod adhuc
mos esse dicitur. et custodes ante ostium
custodiebant carcerem. et ecce angelus
domini astitit et lumen refulsit in habita-
culo carceris. et miraculose factum est. ut
solus petrus uideret lumen. Percussoque latere
petri excitauit eum dicens. Surge
uelociter. et statim ceciderunt cathene
de manibus eius: due quod adhuc mos
esse perhibentur. Et dixit angelus ad eum.
Precingere et calcia te caligis tuis. De-
posuerat enim cingulum propter molestiam
carceris. uel tunicam circa pedes demis-
sa: ut reparet frigus noctis. In quo datum
est exemplum uiris sanctis. quod in angustiis
licet aliquid laxare de rigore ordi-
nis. legimus enim apostolos et prophetas duris cingulis
usos propter afflictionem carnis. et petrum
ad tempus deposuisse cingulum propter
molestiam carceris. Et fecit petrus: ut
mandatum angeli. et addidit angelus. Cir-
cumda tibi uestimentum tuum: et sequere me.
Et exiens: sequebatur eum. et nesciebat quia
uerum esset: quod fiebat per angelum. id est non pu-
tabat ita in rei ueritate fieri. sed imagina-
rie ostendi. Unde sequitur. Estimabat se
uisum uidere. et hoc est ostensum imagina-
ria uisione. Transeuntes autem primam
custodiam. id est custodes carceris custodie de-
putatos. et secundam. id est duos quaterniones.
uel primam custodiam. id est primam quaternionem et secundam.
uenerunt ad portam ferream que ducit ad
ciuitatem. que putatur fuisse in atrio car-
ceris. Carcer enim habebat atrium. et erat
ingressioni porte ciuitatis. siue extra ciui-
tatem. Et tunc ultro aperta est eis. Et exeuntes
processerunt uicum unum. et continuo disces-
sit angelus ab eo ut sciret se in rei ueri-
tate de carcere eductum. quod putabat si-
bi hoc imaginarie ostensum. et tunc ad se
reuersus. id est ad mentem suam. qui fuerat in ma-
ximo stupore: dixit. Nunc scio uere quia
.m.d.an.su. et e.me de m.ho. et de
o.ex.p. iudeorum. et considerans uenit uel
ad domum marie matris iohannis. qui cog-
nominatur marcus non euangelista. ubi erant
multi congregati et orantes. ut orarent
pro petro. Et cum pulsaret petrus ad ianuam:
egressa est puella ad uidendum nomine
rode. Et ut cognouit uocem petri:
pre gaudio non aperuit ianuam. sed retro
currens. nuntiauit petrum stare ad
ianuam. Et dixerunt illam insanire. sci-
entes petrum incarceratum. Illa autem
affirmabat ita se sic habere. Alii autem
ex eis: dicebant. angelus petri est. Secundum quod
hoc dicit iex. tantam esse dignitatem
animarum ut una queque ab ortu natiuita-
tis habeat angelum sibi deputatum in cu-

diam. Petrus autem perseveranter pulsabat. et cum aperuissent: viderunt eum et obstupuerunt. et innuit eis manu: ut tacerent. ut sub silentio miraculum viderent. vel audirent. vel forte ideo ne clamore gaudentium adveniret ei in civitate propalaretur. et narravit quomodo eduxit eum dominus de carcere et ait. Nuntiate hec iacobo et fratribus. iacobo scilicet alphei episcopo ierosolimorum. quia alter iam filius zebedei decollatus ab herode. et egressus alia nocte abiit in alium locum. timore herodis et iudeorum.

Crastina autem die post eductionem petri de carcere: erat non parva perturbatio. inter milites et custodes. quidnam factum esset de petro. Unde apparet quod clausum reliquerat carcerem. alioquin non esset ambiguum eum evasisse. Herodes autem cum requisisset eum et non invenisset: diligenter inquirens de custodibus utrum novissent quod nam factum esset de eo. iussit eos adduci ad se, ut vindicaret in eos. non tamen vindicavit domino procurante vel solo petro: ut tibi noverat. Imminente autem negotio descendit herodes a iudea in cesaream palestine. propinquans tyro et sidoni. ut noverit tirus et sidonius. quibus iratus erat. quod audientes tyrii et sidonii venerunt ad blastum. qui erat cubicularius herodis. et custos thesaurorum eius quia erat amicus eorum et patris. et eo interprete: conciliati sunt herodi. Non enim poterant sustinere inimicitias regis tam vicini. De morte herodis agrippe

Sequenti autem die herodes vestitus veste regali sedebat pro tribunali apud eos et concionabatur ad eos blandiens eis. Populus autem acclamabat dei voces. non hominis. id est exhibebant ei laudes deo debitas. et non homini. et dum adulatoriis favoribus demulceretur: et oblatos sibi divinos honores non respueret: respiciens super se: vidit imminentem. et insistentem capiti suo in funiculo angelum id est bubonem. mortis eius proxime nuntium. et tunc ut tradit iosephus inclinavit se ad eos: qui sibi applaudebant. et dixit eis. En ego deus vester morior. Sciebat enim vinctus quod dixerat ei augur. cum traheretur ad carcerem. se infra .v. dies post visionem bubonis moriturum. et manifestum ut habetur in historia. percussit eum angelus domini. ita facta est sicut est cum vindicta dei. quia per .v. dies ventris dolore cruciatus: et corrodebant vermes viscera eius et ita paulatim consumptus a vermibus: expiravit. Reliquit autem filium qui dictus est agrippa non cognominatus herodes. qui adhuc erat rome. non huic totum regnum patris sed partem. huic autem terram duarum tetrarchiarum et dimidie tribus ultra iordanem. Unde legitur quod fideles de iudea imminente excidio ierusalem ad admonitionem angeli secesserunt in regno agrippe. isti scilicet filii herodis agrippe. Et tunc redit historia ad ordinem suum et continuatur ei. id quod supra dictum est collectam factam a fidelibus antiochie: missam pauperibus in ierusalem: per barnabam et paulum. Quod autem interiectum est de herode et de morte iacobi et de incarceratione et liberatione petri. quasi incidens fuit. Post sequitur ergo de reditu barnabe et sauli: a ierosolimis. Historia: in hunc modum. Verbum domini crescebat et multiplicabatur. barnabas autem et saulus reversi sunt a ierosolimis. assumpto secum iohanne qui

cognoiat marchus: p9 expletum mi-
nisterium. De pdicatione barnabe
Erant aut in ecclia que erat [r pauli] u
anthiocie pter eos qui uenerant
ab ierosolimis. pphe. doctores. int qs
erat symon qui uocabat nig: r lucius
cirenensis: r manahen. qui erat herodis
tetrarche colactaneus. i. eodem cum illo
lacte nutritus: r postea idem accipi: pphe. r
doctores. l' p9 ita distingui. pphe de fu-
turis. doctores de ptitis. Et uide quia symon
dictus e a colore nig. si sit latinum h'
uocabulum. l' si e hebreum: dicis est
nig qui ascendens de ciuitate. s. inuitaz
tem. nig e hebreum r interpretatur
ascendens. Ministrantibus aut ill' dno
r ieiunantibus: dixit eis sps scs. Segre-
gate m barnaban r paulum in opus
ad q assumpsi eos. qui audito csilio sps
sci remiserunt saulum r barnaban. in
iersim ad petrum: r iacobum r iohem. qui
erant ibi. qui gauisi sunt audito man-
dato angli l' sps sci. r ieiunantes
r orantes imposuerunt eis manus. in
modum ordinandorum. Uerum aut pter
ipsone manuum. aliam ordinis sollemp-
nitatem circa eos celebrauerit: incertum
e. n de ordinatione aplorum aliquo le-
gitur. l' quod dns eis imposuerit manus.
De petro tn: certum hr. q antiochie
missam celebrauit. s; aplis potuit
p ordinatone sufficere q dictum e eis a
dno. h facite in meam commemoratio-
nem. r licet n int fuit barnabas r pau-
lus. tn q postea electi sunt ad aplatum
csilio sps sci. forsan in h cum aliis fu-
erunt priuilegiati. n alia sollennitas
ordinationis circa eos celebrata e. r
mihi in primitiua ecclia sine hac sol-
lennitate ordinationis ad sacerdotium
pmoti sunt: r multi laici sine diacono r
pcedentibus ordinibus sacerdotes facti sunt
inponentes eis manus. dimiserunt eos r ipsi
quidem missi a spu sco eodem duce itinis.
qui separauit eos a ceteris. abierunt seleuciam. r
inde nauigauerunt ciprum r cum uenissent
salaminam pdicabant ubum dei: in sina-
gogis iudeorum ppter reuerentiam siue duri-
tiam eorum: r habebant sec in ministerio pdi-
cationis iohem. qui cognominatur mar-
chus. r cum perambulassent uniuersam insu-
lam ciprum. s. usq; paphum. inuenerunt
quendam uirum magum pseudo ppham
iudeum. cui nom erat barien. qui e-
rat cum sergio paulo uiro prudente
qui erat homo magne dignitatis. erat
.s. pconsul. i. secundus a consule. his accersi-
tis. barnaba r paulo. desiderabat au-
dire ubum dei. resistebat r helimas
magus. r uide q alterum e interpretatio
alterius. helimas. s. interpretatur magus.
r sic nom commune maleficorum ap-
propriatum e isti. De excecatione helime magi
Saulus aut qui r paulus repletus spu sci
sco. intuens in eum: dixit. O ple-
ne omni dolo r omni fallacia fili diaboli inimi-
ce omnis iusticie. n desinis subuertere uias
dni rectas. Nota quod dictum e. Saulus
qui et paulus. Tradunt enim sci: q a ser-
gio paulo ad fidem csilio dictus e pau-
lus. Unde hic primo fit mentio de hoc
noie paulus. Solus origenes dicit q
semp fuit binomius dictus. s. saulus r pau-
lus. Uel in acceptione aplatus primo sor-
titus e h nom ut qui primo a saule
psecutore dicebatur saulus. de scrbo factus
humilis. p saulo diceretur paulus. qui hu-
milis r modicus. Unde qui nom suum in-

interpretando dicit se minimum apostolorum.
Videtur autem xiiii. anno a passione domini
promotus ad apostolatum cum barnaba et
sortitus pauli uocabulum et xiiii. pro
fectus est ad magisterium gentium. cui
satis consonat ecclesiastica historia ubi le
gitur preceptum apostolis. ut post passionem
per xii. annos predicarent in iudea. Ter
tio autem decimo ceperunt paulatim tran
sire ad gentes. nondum tamen ex toto. Post
ea omnino exierunt de finibus iudee. Et nunc
inquit ecce manus domini super te. id est uindic
ta dei: conteretur intus. eris cecus lumine
captus. sicut cecus es lumine mentis. non
uidens ad tempus solem materialem. qui
non uides solem iustitie per fidem. Et confe
stim cecidit in eum caligo et tenebre. et
circuiens. id est in modum ceci: in circuitu se
uertens querebat qui manum ei daret. Tunc
uidens eum et statim proconsul uiso
miraculo: credidit admirans super
doctrinam domini.

Cum autem a papho nauigassent
paulus et barnabas et qui cum eo: uene
runt pergen ciuitatem pamphilie.
Et tamen iohannes discedens ab eis reuersus
est ierosolimam. Non uertatur ei. Et for
sam reprehensibilis fuit ea quod disces
sit ab eis. Et hec fuit ea dissidium inter
paulum et barnabam. de quo habetis
inferius. Paulus vero et barnabas: uene
runt antiochiam pisidie. quod additum est ad
differentiam alterius antiochie. que dicitur
antiochia sirie. quam nos adhuc uoca
mus antiochiam. que olim dicebatur re
blata. Et ingressi sinagogam die sab
bati. sederunt qui auditum legem non predi
caturi. Post lectionem autem legis et prophetarum
dixerunt ad eos principes sinagoge. Vi
ri fratres si quis est in uobis sermo ex
hortationis dicite. Surgens autem
paulus et manu silentium indicens agens
suis est facere grandem sermonem incho
ans ab altiori. narratio pauli.

Viri inquit israelite et qui timetis deum
de gentibus audite. Deus plebis
israel patres nostros elegit et exaltauit cum
essent incole in egypto seruientes in
luto et latere. de qua eduxit eos in ma
nu forti. et xl. annis sustinuit mo
res eorum in deserto. Post introducens e
os in terram promissam. destruens
vii. gentes que habitabant intra
sorte distribuit eis terram. quasi per quadrin
gentos l. annos. Et intelligendum
est a natiuitate ysaac. a cuius natiuita
te usque ad exitum israel de egypto:
fluxerunt anni quadringenti. v. Postea
completis xl. annis in deserto. et usque
intra canahan: diuisa est terra. a
natiuitate ysaac usque ad diuisio
nem terre: fluxerunt. cccc. et l. anni.
et post quadringentos l. annos. dedit
dominus iudices populo suo. quia ex tunc fuit
populus dei. sub iudicibus. usque ad tempus
samuelis. et ex tunc postulauerunt regem.
et dedit eis saul. qui regnauit. xl.
annis. computatis simul annis samu
elis. Sic enim habetur in cronicis hebreorum. Et
eo sublato de medio suscitauit
eis dauid regem. cui testimonium perhibens:
ait. Inueni uirum secundum cor me
um. Ex cuius semine suscitauit deus
ihesum saluatorem israel. cuius aduentus
precursor fuit iohannes.

Viri inquit fratres filii generis abraham
et qui inter uos sunt de gen
tibus timentes deum uobis est specialiter u

specialiter

viii

xiii

bum salutis huius missum est. qui enim
habitabant ierusalem et principes eius hunc
ignorantes scilicet ihesum. ignorantes et uo-
ces prophetarum que per omne sabbatum leguntur.
ad iudicantes eum morti. eas impleuerunt
scilicet nescientes. Deus uero suscitauit
eum tertia die a mortuis. et uisus est per
xl. dies his qui simul ascendebant cum eo de
galilea in ierusalem. qui usque nunc sunt tes-
tes eius ad plebem. et nos uobis annun-
tiamus eam que ad patres nostros repromissio
facta est quoniam hanc impleuit filiis nostris
resuscitans ihesum. Notum ergo sit uobis
uiri fratres. quia per hunc uobis remissio peccatorum
annuntiatur. ab omnibus peccatis scilicet. quibus
non potuistis in lege moysi iustificari.
qui credit in hunc iustificabitur. Videte ergo
ne sitis contemptores. ne ueniat super uos
uindicta dei. quia contemptoribus comminatur
in hunc modum. Videte contemptores et
admiramini et disperdimini. quia
opus operor diebus uestris. quod non credetis. id est quia
non credetis operi. quod operabor in diebus uestris
scilicet in incarnatione. Tumultus apostolorum ad
gentes.

Exeuntibus autem illis:
rogabant ut in sequenti sabbato
loquerentur adhuc in sinagoga. et cum e-
grederentur de sinagoga multi iudeorum
et aduenarum id est gentilium uel iudeorum de
dispersione uenientium secuti sunt pau-
lum et barnabam. Sequenti uero sabbato pe-
ne uniuersa ciuitas conuenit ut
audiret uerbum dei. quod uidentes iu-
dei repleti sunt zelo inuidie. qui commo-
ti: ceperunt contradicere his que dicebantur
a paulo. blasphemantes. blasphemans
enim est qui ex inuidia obloquitur ueritati. Tunc
repleti sunt zelo dei paulus et barna-
bas. constanter dixerunt. Vobis oporteret

invidia

primum loqui uerbum dei iuxta uerbum
domini dicentis. non sum missus nisi ad oues que
perierunt domus israel. Sed quia repellitis illud et
indignos uos facitis: ecce conuertimur ad
gentes. et nota quod hic legatur hoc dictum a paulo
et barnaba in antiochia pisidie que non
est in iudea. sed in grecia. in pluribus locis
legitur dictum ab apostolis in iudea. scilicet cum uellent
transire ad gentes. Postquam per xii. annos predica-
tum est in iudea. Licet non moueat te. quia
potuit utrobique dici. Sic enim precepit no-
bis deus. Posui te in lucem gentium ut sis
eis in salutem usque ad extremum terre. Et
sunt in ysaia. uerba patris ad filium. Ac
si dicat pater ad filium. Misi te uel posui te
tenebras infidelitatis. usque ad terminos
terre gentibus disseminares lucem ueritatis.
Sed cum specialiter dictum sit christo. non est contrarium
quod hic legitur dictum paulo. tanta est unio
capitis et membrorum ut quod dictum est capiti:
membra dictum reputetur: et e contra. Sed caput christus persecu-
tionem membrorum inflictam sibi repu-
tat dicens. Saule saule quid me persequeris. Audientes gentes uocationem de salu-
te sua: gauise sunt et glorificabant dominum.
et crediderunt multi ex eis. Iudei tamen ze-
lo id est liuore inuidie succensi: concita-
bant mulieres religiosas et primari-
os ciuitatis et excitabant persecutionem
in paulum et barnabam et eiecerunt eos
de finibus suis. At illi excusso puluere
pedum iuxta quod precepit dominus in testimo-
nium illis: uenerunt iconium. Et in
[illegible] ciuitate: loquti sunt in sinago-
ga. et credidit copiosa multitudo iu-
deorum et grecorum. et demorati sunt ibi: mul-
to tempore. fiducialiter predicantes domino pro
dicatione eorum miraculis confirmante.
Non nulli tamen de iudeis in incredulita-

hebr

te pertinaces suscitauerunt et ad iracundiam concitauerunt gentium animos: aduisus cedentes. et diuisa est ciuitas quibusdam fauentibus iudeis aliis fauentibus apostolis. De miraculo ei qui non stare nec ire poterat.

Et cum factus esset impetus gentilium et iudeorum cum principibus suis. ut contumeliis afficerent apostolos et lapidarent. id est lapidibus fugarent eos. confugerunt ad ciuitates licaonie scilicet listram. et derben. et est dictum sic uenerunt listram iuxta consequentiam sermonis in sequenti ubi dicitur. Erat quidam infirmus listris. potius dicendum fuit listre. Sed propter nomen ciuitatis multiplicem habet declinationem. ut dicatur listra listre. uel listre listrarum. uel listris indeclinabile. Unde sequitur. Et erat uir quidam listris. quod greco consonat. non habetur. paulus et barnabas morabantur in listris. Erat autem uir iste infirmus pedibus claudus: ex utero matris sue. et sedebat. quia non ambulare nec stare poterat. nec umquam ambulauerat. Hic audiuit paulum loquentem quem intuitus paulus. et uidens in spiritu sancto reuelante quod haberet fidem ut saluus fieret. scilicet tantam quanta ad salutem sufficeret. Paulus uidens quod se saluandum crederet: dixit magna uoce. In nomine domini nostri ihesu christi surge super pedes tuos rectus. et statim exiliuit et ambulabat. Turbe autem cum uidissent quod fecerat paulus ~~paulus~~ putabant ipsum et socium suum barnabam: deos esse in forma humana eos apparuisse et leuauerunt uocem dicentes. Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et uocabant barnabam iouem. quia prior esse uidebatur. Paulum uero mercurium quia semper iuxta eorum opinionem iouem comitabatur. quia eloquii et litterature fuisse creditur et facundiam hominibus prestare: putabatur.

Unde mercurius quasi medius currens. inter aures et linguas. alatus dicitur. Grece uero hermes. quod interpres dicitur. Sacerdos quoque iouis qui erat in ciuitate uoluit sacrificare barnabe et paulo ioui. afferens tauros ad immolandum. et coronas. uel ad ornandam faciem templi. iuxta ritum gentilium. uel ut capitibus eorum imponerent ad ornatum. aut aliqua alia religione nobis ignota. Quod autem audierunt paulus et barnabas quod diuinos honores uellent sibi exhibere: sciderunt uestimenta sua quod semper faciebant iudei: audita blasphemia in dominum. prohibuerunt sibi talia exhiberi: dicentes se homines mortales. quod potius uenerant ut eos reuocarent ab idolatria et uix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. Demorantibus autem eis et docentibus in listra superuenerunt ab iconio et antiochia iudei et concitatis turbis in persecutione pauli lapidabant eum. et eiecerunt eum quasi uile cadauer estimantes esse mortuum. De qua lapidatione ad corinthios loquens ait. Semel lapidatus sum. Postea discipuli eius circumdederunt eum assistentes ei. et respirauit. et nescientibus iudeis reportauerunt eum in ciuitatem. et conualuit. et die postera profectus est cum barnaba: in derben. et predicauit ibi sicut fecerat in listra. Postea redierunt per easdem ciuitates. per quas uenerant confirmantes fratres in fide. et constituentibus in magnis ciuitatibus presbiteros. id est episcopos. qui eodem tempore eodem nomine censebantur episcopi et presbiteri. et per inde constituebant per se episcopos. quia erant incerti et incerti utrum ad eos essent apostoli reuersuri. De mora apostolorum in anthiochia.

Et cum redeuntes transissent

listram et yconium: uenerunt ad antiochiam pisidie. et inde euntes pisidiam: uenerunt in pamphiliam regionem s. in qua est ciuitas pergen. in qua locuti sunt uerbum dei. descendunt in athaliam ciuitatem. et inde nauigauerunt antiochiam. unde prius gratia erant. Segregati sunt a spiritu sancto ad predicationem euangelii. Cumque uenissent antiochiam et congregassent fideles antiochenos. reuelauerunt eis quanta fecerat deus in gentibus per eos. et morati sunt ibi non modico tempore cum discipulis. et dum ibi moram facerent: descenderunt quidam de iudea christiani qui de adhuc tamen iudaizantes et fuerant de secta phariseorum. Quod cerimonie legales abitu de se.

Facta est autem non minima seditio inter eos et paulum et barnabam. quia predicabant fidem absque legalibus ad salutem non sufficere. et consentiebant multi eis uel consuetudine imbuti. et statuerunt ut pro hac lite dirimenda: ascenderent in ierusalem: ad maiores apostolos scilicet ad petrum et iacobum episcopum ierosolimorum. et ascendit paulus et barnaba assumpto et tito sicut ipse refert in epistola ad galatas. et qui descenderant de iudea ascenderunt contra eos. quidam scilicet de heresi phariseorum ad fidem conuersi. qui cum uenissent ierosolimam et essent in presentia apostolorum petri et iacobi et seniorum: surrexerunt contra paulum et barnabam dicentes. Oportet circumcidi fideles et seruare legem moysi. et audita utraque parte sua: conuenerunt apostoli et seniores ut iudicarent super hoc. et post multam disceptationem et questionem factam inter apostolos et seniores. surgens petrus rationabiliter ostendit non esse imponendum fidelibus iugum legis. quia ipse consilio dei baptizauerat cornelium et gentibus predicauerat uerbum euangelii. et deus predicationem eius confirmauerat. fide mundans corda eorum et antequam baptizarentur uisibiliter. mittens super eos spiritum sanctum. non indicens eis obseruantiam legalium. quod ergo nunc temptatis. imponere iugum super ceruices discipulorum quod neque nos. neque patres nostri portare potuimus. Et statim ceperunt paulus et barnabas narrare quanta signa et prodigia deus fecerat in gentibus per eos. et tacebat multitudo audiens eos. Et post silentium locutus est iacobus adherens uerbo petri. Sententia iacobi ierosolimorum episcopi.

Uiri inquit fratres audite me. Simon narrauit quemadmodum deus primum uisitauit gentes uocans eos ad fidem. secundum testimonia prophetarum. et inducens testimonium diuersorum prophetarum. Auctoritate pontificali protulit diffinitiuam sententiam dicens. propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur: ad dominum. sed consilio ut dirigam ad eos epistolam ut abstineant se ab ydolatria et fornicatione a suffocato a sanguine. ydolatria siquidem in gentibus maxime pullulauerat. fornicatio quasi naturale quoddam et nullus reatus reputabatur inter gentes. Ideo specialiter decreuerunt apostoli prohibere ista gentilibus. Erant etiam primi ad effundendum sanguinem consueuerunt et bibendum sanguinem immolatum diis suis. ideo specialiter prohibiti sunt a sanguine effundendo uel bibendo. Quod autem ad litteram prohibuerunt eis animal suffocatum non est sanitatis prospectum. Et placuit hoc consilium iacobi apostolis et senioribus et omni consilio

bus

lxbri

fornicatio

elegerit uiros p quos mitterent epistolam cum
paulo et barnaba. iudam scilicet et silam. et
premissa est salutatio in hunc modum.
Apostoli et seniores. fratres. his. fratribus ex genti-
bus salutem. fuit autem post salutationem
hic textus epistole. Audiuimus quia quidam descen-
dentes de iudea turbauerunt uos euerten-
tes animas uestras. uolentes uestris imponere
ceruicibus iugum legis. ideo de communi consen-
su decreuimus eligere uiros et mittere ad uos.
cum karissimis nostris paulo et barnaba. Visum
est enim spiritui sancto et nobis nichil ultra uobis
imponere oneris. quam ut abstineatis.
ab immolatis simulacrorum. a sanguine.
a suffocato. a fornicatione. a quibus ab-
stinentes bene agetis. Valete. De epistola
apostolorum gentibus tradita.

Descenderunt ergo paulus et barnabas in antio-
chiam et duo illi missi cum eis. Cumque
descendissent congregata multitudine
tradiderunt eis epistolam et audita consola-
tione de iugo legis imponendo. gauisi
sunt fratres de gentibus. Iudas autem et si-
las cum essent prophete consolati sunt eos et multum
confirmauerunt in fide. Non est autem hic
pretereundum quia de predicto ascensu su-
o in ierusalem predicta uidelicet littere pretaxata
scribit apostolus ad galatas in hunc modum.
Deinde post annos .xiiii. a conuersione me-
a ascendi ierosolimam cum barnaba as-
sumpto et tito et contuli cum eis euangelium
quod predico in gentibus. ex quo annorum numero
colligitur quia eodem anno quo paulus ascen-
dit ierosolimam scilicet .xiiii. a conuersione su-
a petrus ascendit romam et eodem anno
sedit in cathedra episcopali in qua sedit
.xxv. annis. Quomodo enim ubi et .xxv. xxx-
viii. reddatur. Vicesimo autem quinto anno.
a promotione beati petri in sede romana

ultimo anno neronis passi sunt pe-
trus et paulus. et sic .xxx.ix. a conuersione pau-
li. Unde colligitur paulum ad fidem conuer-
sum eodem anno quo dominus passus est. et
constat petrum et paulum .xxx.viii. an-
no a passione domini quod fuit ultimus
neronis passos esse martirium.

Si autem quicumque legatur paulus conuersus
ad fidem .ii. anno a passione
domini intelligendum est. secundo eius gentium tamen
eodem usualiter. sicut alibi determinatum
est. Quarto decimo ergo anno a passione
domini scilicet quarto anno claudii ascendit
petrus romam et sedit in cathedra episcopa-
li .x. annis. sub claudio qui regnauit
.xiiii. annis. et nero post eum totidem an-
nis. Post autem quam quanto tempore sedit petrus
sede antiochena constat et quod sedit an-
tioche .vii. annis. in sede episcopali quod
notatio de .vii. illorum .l. .xiiii. oportet
intelligi quod a passione domini fluxe-
runt usque ad eius promotionem in se-
dem romanam. Post .vii. autem
annos quibus sedit in sede antiochena
consilio domini de ierosolima ascendit
romam. sed in ascensu transiuit per an-
tiochiam ut confirmaret subditos
suos in fide et ut habetur in actibus. sub-
stituit euodium in sede antiochena.
et inde transitu per antiochiam redargu-
tus est a paulo quia comedens cum qui-
busdam fratribus de iudea timens eos mo-
lestare. discernebat cibos et ita co-
gebat gentes iudaizare. Vnde paulus
ait. Cum uenisset cephas antiochi-
am in faciem ei restiti.

Eo autem anno quo ascendit pe-
trus ab antiochia romam pau-
lo et barnaba antiochie remanen-

ubi quidam erat procurator in iudea volens sibi per violentiam usurpare potestatem constituendi summum pontificem et mutandi pro arbitrio suo ut possit summum sacerdotem unum vel duos constituere in eodem anno. Et videntes iudei quod non possent ei resistere: petierunt ab eo licentiam consulendi claudium romanum imperatorem ut eius voluntate hanc potestatem optinuisset. Alioquin desisteret. Et concessit eis. Et cum misissent nuntios romam: erat ibi agrippa filius herodis agrippe. quem pater discedens: in manum gaii dimiserat. Gaius autem differebat eum mittere in iudeam tanquam dominum. tum propter sevitiam iudeorum. tum propter teneritudinem etatis sue. Iste audiens quod causa populi sui ageretur. intercessit pro eis. et optinuit. et rescripsit gaius procuratori ut ab huiusmodi exactione desisteret. et destitit. Et iudeis ut scirent hoc agerent gratias agrippe ad cuius intercessionem optinuerant. Et iudei significaverunt ei ut mitteret eis agrippam. et faceret eum tanquam regem et dominum. Ipse autem adhuc distulit. Postea vero cum visum est ei misit eum in iudeam. non tamen reddidit ei totam terram patris. qui totum regnum avitum optinuerat. Sed dedit ei galaaditidem regionem scilicet ultra iordanem terram duarum tribuum et dimidie tribus. et dedit ei potestatem constituendi summum sacerdotem in ierusalem pro arbitrio suo quod negaverat procuratori. Iste fuit agrippa in cuius regnum secesserunt fideles de iuda. imminente excidio ierusalem ab angelo premoniti. sicut habemus super matheum. Sed nunc prosequamur de paulo et barnaba. qui adhuc demorabantur in antiochia. evangelizantes verbum domini. et iudas abierat sila cum eis remanente. Post aliquot dies visum est eis commodum revisitare civitates in quibus predicaverant verbum domini. et visitare fratres. et confirmare eos in fide. Barnabas autem voluit habere in comitatu suo iohannem qui cognominatur marcus. Paulus autem noluit dicens. non est assumendus quia in fronte aciei constitutus nimis tepide stetit. et quia timore mortis a predicatione destitit. quando scilicet a pamphilia descendens reversus est in ierusalem. ideo quia non erat assumendus ad predicationem ne alios malo exemplo lederet.

De dissentione barnabe et pauli.

Et facta est dissentio ut discederent ab invicem. et excusant eos sancti. quia non dissenserunt odio commoti: sed a spiritu sancto adhuc excitati ut divisi in pluribus locis predicarent et plures lucrifacerent. Barnabas autem assumpto marco navigavit cyprum. Ex eo autem quod noluit eum dimittere: deprehenditur fuisse ei cognatus. Leguntur autem fuisse consobrini. Paulus autem profectus est assumpto sila quem dominus adhuc remanere fecerat. ut ei compateretur. et perambulabat siriam et ciliciam. Postea venit in derben et listram ubi erat quidam christianus nomine timotheus. filius mulieris vidue vel iudee natus de patre gentili. cui perhibebant testimonium religionis omnes fideles qui erant listris. Hunc constituit paulus episcopum eorum. Sed circumcidit eum pro tollendo scandalo iudeorum. ne scandalizarentur quod haberent episcopum incircumcisum. non quia legalia post veritatem evangelii essent necessaria. Paulatim tamen non subito iudeis erant tollenda et quasi cum honore mat

sepelienda fuit. Postea duxit secum paulus
timotheum. et pertranseuntes ciuita-
tes precipiebant obseruari decreta apostolorum
et seniorum qui erant in ierusalem. et ecclesie con-
firmabantur et multiplicabantur.

Transeuntes autem phrigiam et gala-
cie regionem uolentes ire in asiam
minorem prohibiti sunt a spiritu sancto qui scie-
bat corda hominum. quare tunc non essent credituri.
Noluit ergo ipse sanctus semen dari canibus et
impios de contemptu predicationis grauius
dampnari. uoluit etiam has prouinci-
as aliis apostolis reseruari. Philippus namque
et iohannes predicauerunt in asia minori. Ly-
cas: in bitinia. Aliquando sunt a spiritu sancto sunt pro-
hibiti. et ita due cause redduntur. quare
prohibiti sunt ab hiis prouinciis. uel ne semen
daretur canibus. uel quia destinate erant a
spiritu sancto aliis apostolis. Asia minor: iohanni.
Bitinia: luce. Origenes ubi agit de pri-
mitiis et de decimis dandis sacerdoti-
bus: reddit tertiam causam. Dicit enim quia deus
prudens seruis suis alimoniam corpora-
lem ab huiusmodi prouinciis discipulos
propter famem prohibuit. propter illam scilicet. magnam
famem in qua helena sustentauit fratres
pauperes qui erant in ierusalem. que facta est
quarto anno claudii. Hec fuit hele-
na hec: mater constantini. sed regina ab-
igenorum. cuius amore captus rex abige-
norum factus est et duxit eam in uxorem. et
concepit ex eo. et cum nocte dormi-
ret cum ea et posuisset manum suam
super uterum pregnantis. ab eo audita est
uox in hunc modum. Uide ne ledas
puerum. quia magnus futurus est in mun-
do. et audita huius uoce stupefactus dixit
hoc uxori sue. Postea puerum natum cum
summa diligentia nutrierunt. et mortuo
patre adhuc puer factus est rex. Et commenda-
tur iste in multis. et est hec causa commendati-
onis. quia audiens unum deum coli
a iudeis: coluit eundem. et suscepit cir-
cumcisionem et ritus iudeorum. Huius
mater helena ueniens ierusalem inuenit
fratres fideles in ierusalem inedia laboran-
tes quia erat tempus famis. et emit granum
undique quia attulerat argenti copiam. ad e-
mendum. et sustentauit fratres qui erant
in ierusalem. Et dum adhuc esset in iudea: nun-
tiatum est ei quod mortuus est filius eius. Et
statim rediit. et fecit extrahi cadauer filii
de sepulcro. et reportauit in iudeam. et fe-
cit non longe ab ierusalem extrui duo
mausolea. et in alto reposuit corpus
filii. et preceptum est mortua esset in altero
corpus suum reponi. et sic factum est. et ad-
huc apparent uestigia mausoleo-
rum. et putant multi decepti esse mau-
soleum helene matris constantini.

Cum pertransissent De uisione pauli.
misiam paulus et socii eius uene-
runt troadem. et ostensa est paulo ui-
sio per noctem. Apparuit ei uir ma-
cedo. id est angelus illius gentis assimulatus
uiro macedoni proprietate lingue. uel for-
ma spirituali stans et deprecans eum et dicens.
Transiens in macedoniam adiuua
nos. Ex hoc uerbo uidetur homo fuisse non
angelus. non enim egent angeli auxilio:
non dico. Sed hoc ait angelus assumpta persona
macedonum. Ut autem uisum uidit:
statim quesiuimus proficisci in macedo-
niam certi facti: quod uocasset nos deus euan-
gelizare eis. Et nota quod dicitur est quesiuimus.
hic enim primo ostendit lucas se comitem
fuisse pauli. forte nunc primo adhesit
ei. Unde nusquam in precedenti ait. uenimus.

sed usque venerit et similia. Hic autem se primum commiscuit sociis pauli. Unde quod quidam ubi dicitur. erat vir macedo stans. Sed hic ubi stans. habet glosa modica. angeli semper stare dicuntur. cum pluresque adherentes: in antiphona pascali. sedit angelus. emendant stetit: sed errant. Intelligendum est semper in hoc libro et legantur in evangelio angeli sedisse ad monumentum. Navigantes autem a troade recto cursu. samotraciam. et sequenti die philippis quae est prima civitas macedonie. id est venientibus a mari. prima occurrit. et erat colonia civitas illa quia defectu indigenarum novis colonibus implebatur. Unde et colonia quasi a novis colonibus dicitur. Fuimus autem ibi per dies aliquot. et die sabbati egressi sumus extra portam iuxta flumen. ubi videbatur esse locus congruus orationi. id est locutioni. vel supplicationi. Orare namque accipitur et pro supplicare. Et sedentes loquebamur mulieribus quae convenerant. Et mulier quaedam lidia nomine purpuraria civitatis tiatirenorum audiebat nos loquentes. Potest autem intelligi purpuraria quasi induens purpuram. quia forsan erat de regio semine. vel potius purpuraria: quia texebat purpuram. vel quia vendebat purpuram. Cum autem baptizata esset et domus eius tota: deprecata est nos dicens. Si iudicatis me fidelem. introite in domum meam et manete mecum: et intravimus coacti. adhuc enim abhorrebant intrare domos gentilium. putando scandalo iudeorum. De muliere phitonissa.

Factum est autem ut euntibus nobis ad orationem: obviaret nobis quaedam puella habens spiritum phitonicum. Potest intelligi phitonissa vel per spiritum phitonicum operans arte magica: vel spiritu phitonico vexata. his enim duobus modis accipitur in sacra scriptura hoc nomen phitonissa. vel dicatur quae per spiritum phitonicum suscitationem mortuorum operatur: arte magica. ut quae ad petitionem saul ab inferis vocavit animam samuelis. vel potius per ea spiritum inmundum. Hec autem species artis magice ab apolline phitio inventa est et ab eius cognomine vel nomine cognominata est. Dicitur et phitonissa quae a spiritu phitonico possidetur et ea utitur quasi organo suo ad divinandum. quod sic hic potius videtur accipi. et erat quaestuosa dominis suis. quia multum percipiebant emolumentum: ex divinatione ipsius. Hec subsecuta paulum et eius socios. clamabat dicens. Isti homines sunt servi dei excelsi. qui annuntiant nobis viam salutis. et sic clamabat multis diebus. forte per bonum nate. vel potius spiritu sancto spiritum phitonicum ut per eam verum loqueretur urgente. Condolens autem paulus ipsa post eum clamante. dixit spiritui inmundo. Precipio tibi in nomine ihesu christi: exire ab ea. Et exiit eadem hora. quia indignum erat ut verbum evangelii per eam spiritus mendax annuntiaret. Videntes autem hi domini eius scientes quod multum sumerent inde in commodum: apprehenderunt silam et paulum et duxerunt eos in forum. ad principes. et offerentes eos magistratibus dixerunt. Isti conturbant civitatem nostram cum sint iudei predicantes novam quandam religionem. quam non licet nobis suscipere cum simus romani. Iam enim decretum erat a romanis ut nullus deus de novo coleretur. nisi approbante senatu. Et cucurrit ad illos eos magistratus. scissisque eorum tunicis: iusserunt eos virgis cedi. et flagellatos: miserunt in

loquebamur

purpuraria

carcerem. precipientes custodi. ut dilige-
ter custodiret eos. qui accepto manda-
to: misit eos in interiorem carcerem et pedes
eorum strinxit ligno. Media autem nocte
paulus et silas decantabant ymnos.
et adorantes laudabant deum. et dum
media nocte orarent: subito factus est
terremotus. q. s. terremotu omnia fundamenta
carceris commota sunt. Ostia aperta. uincu-
la omnium qui erant in carcere rupta. non
soluit pauli et sile: sed et aliorum. Experge-
factus autem custos carceris. et uidens ianuas
carceris apertas: euaginato gladio
uolebat se interficere. autumans omnes
incarceratos aufugisse. Et cum esset pau-
lus in medio carceris tenebrosi: ui-
dens hoc in spiritu: exclamauit. Nichil tibi
feceris mali. uniuersi enim quos custodiebas:
hic sumus. Sciebat enim quod uolebat sibi
manum inicere. quia putabat omnes incar-
ceratos aufugisse. Et petito lumine
amministrato. ingressus est custos carceris. et
tremefactus. tum propter his que facta erant in tre-
motu. tum quia intellexerat paulus quod se
uellet interficere. procidit paulo et sile: ad
pedes. et educens eos de carcere ait. Quid me
oportet domine facere ut saluus fiam?
At qui illi. Crede in dominum ihesum et saluus
eris tu et domus tua tota. Et locuti sunt
ei uerbum domini et omnibus qui erant in
domo eius. et tollens eos in illa hora
lauit plagas eorum et baptizatus est. et
sic lauit et lotus est. Cumque perduxis-
set eos in domum suam: apposuit eis
mensam et letatus est cum omni domo sua:
credens in deum. De liberatione pauli
Et cum dies factus esset: de carcere.
miserunt nuntios ad custodem
carceris dicentes. Dimitte homines
illos tamquam despectos. Dimittebant
autem eos ne plures crederent. quia iam in-
notuerat eis miraculum et nuntiauit
custos carceris uerba hec paulo. miserunt ma-
gistratus ut dimittamini. Nunc igitur
exeuntes. ite in pace. Ad quem paulus.
Miserunt nos in carcerem publice fla-
gellatos. licet indampnatos homines
romanos. id est romano imperio subiec-
tione. censi capite professos et libertate
romana donatos. et nunc occulte nos
eiciunt? Non sic. Sed ueniant. et
ipsi nos eiciant. Et cum renuntia-
tum hoc esset magistratibus timuerunt
audito quod romani essent. et uenien-
tes eduxerunt eos. et rogabant ut egre-
derentur de urbe. Et exeuntes tran-
sierunt per lidiam et uisis fratribus consolati
sunt eos. Et inde profecti uenerunt thessalo-
nicam. ubi erat sinagoga iudeorum.
paulus ut consueuerat introiuit sinago-
gam et per tria sabbata disseruit eis de
scripturis predicans christum mortuum.
et resurrexisse. et crediderunt aliqui
ex eis et adiuncti sunt paulo et sile et
mulieres non pauce et de proselitis et
de gentilibus multitudo magna.
Zelantes autem iudei et assumentes quos-
dam malos de uulgo concitauerunt
ciuitatem aduersus eos. Et uenientes
ad domum iasonis apud quem hospi-
tati fuerant. querebant eos producere
in populum. Et non inuenientes eos putan-
tes a iasone fuisse occultatos. traxe-
runt iasonem et quosdam fratres ad principes
ciuitatis. Isti sunt qui urbem concitant.
quos suscepit iason. et ipsi et suscipi-
entes eos faciunt contra decreta cesaris.
regem alium dicentes esse quendam cesarem.

urbem

Et concitauerunt principes aduersus eos. et
accepta satisfactione a iasone et ceteris:
dimiserunt eos. ita ut sit in eos publi
ca fuit manuum iniectio: et ita publi
ca sit electio. forte iason et alii fratres
negauerunt se suscepisse eos. et ita sic con
fessi sunt: satisfecerunt. Et per noctem dimi
serunt paulum et silam in beroeam. et
introierunt in sinagogam iudeorum et predica
uerunt ibi. et multi de beroensibus credi
derunt et mulieres honeste: non pauce.

E t au. Cur paulus ductus est ad ariopagum.

E dientes iudei qui erant thessa
lonice quia a paulo predicaretur uerbum
dei in beroea. uenerunt illuc concitan
tes multitudinem. et statim dimiserunt
paulum fratres ut iret usque ad mare.
quia magis persequebantur eum iudei: eo quod
esset dux ibi. Silas autem et timotheus:
remanserunt ibi. Qui autem deducebant
paulum. perduxerunt eum usque athenas.
Et uidentes ciuitatem ydolatrie dedi
tam cito remisit ad timotheum et si
lam ut uenirent ad eum. et uenerunt.
Et disputabant cum paulo: epicurei.
qui ponebant felicitatem hominis in sola
corporis uoluptate. Stoyci: qui in sola
animi uirtute. Et inter se dissentientes
in impugnatione apostoli unanimiter
consentiebant dicentes. Quid uult seminu
erbius iste dicere? Vere seminator uer
borum erat. sed messor morum. De horum
messione: expectans uberem fructum.
Alii dicebant. Nouorum demoniorum
uidetur annuntiator esse. Et apprehen
sum duxerunt ad ariopagum. id est ad
uicum marthis. in quo scilicet erat templum
marthis. quia athenienses singulos
uicos denominauerant. a diis quos cole
bant. Unde uicum in quo colebant mars:
uocabant ariopagum. quia arioth dicitur
mars. Vicum in quo colebant pan: uo
cabant panopagum. et ita a singulis di
is singulos uicos denominabant. Erat
autem uicus excellentior ariopagus quia ibi e
rat curia magistratuum. scole liberali
um artium. Disputatio pauli cum

E t cum esset paulus in philosofo
rum presentia philosophorum: dicebant. Noua
quedam infers auribus nostris. possumus
scire que est hec noua doctrina: qui posses red
dere rationem. super his que dicis? Stans ergo
paulus in medio ariopagi: dixit. Viri
athenienses per omnia uideo uos superstitio
sos. Preteriens enim: uidi simulacra uestra.
Inter cetera autem inueni aram in qua superscriptio
erat hec. ignoto deo ac si dicatur. hec ara
dedicata est ignoto deo. Singulis enim
aris superponebantur tituli. indicantes cui
essent dedicate. Hunc ergo quem uos ignoran
tes colitis hanc aram consecrastis. ego annun
tiabo uobis. Hic est deus qui fecit mundum.
et omnia que in eo sunt. in quo uiuimus. moue
mur et sumus. Quomodo autem hec ara illi deo
consecrata est: historia actuum non persequitur.
Ideo nostrum est hoc supplere. Cur ara

D ie enim dedicata fuerat ignoto deo
dominice passionis uidentes philosophi
qui athenis erant. tenebras factas super
uniuersam superficiem terre non potuerunt
causam earum inuenire in naturalibus causis. Tan
dem ad hoc inducti sunt ut dicerent quia
deus nature patiebatur. Et dixerunt athe
nienses. Constituamus aram illi deo.
et dedicata est ara et superpositus est titulus.
deo ignoto. et cum uellent offerre holo
causta et uictimas illi deo. ignoto:
dixerunt philosophi. bonorum nostrorum non eget. sed

i. ma publica / siue electio

i. uos uideo

faceretis genuflexiones ante aram eius. et
supplicabitis ei. quia non querit oblatio-
nem peccatorum. sed devotionem animorum. Hunc
deum ignotum annuntiabat eis pau-
lus. asserens eum mortuum fuisse. resur-
rexisse. ascendisse in celum. in fine orbem
iudicaturum. Et cum predicaret resurre-
ctionem mortuorum: quidam irride-
bant. quidam nec respuebant. nec recipiebant dicentes.
Audiemus te de hoc iterum. et exivit pau-
lus de medio eorum. et quidam adherentes ei
crediderunt. Inter quos dionisius ariopagita.
quem postea ordinavit apostolus episcopum corinthi-
orum. De illuminatione ceci.

Iste dionisius magister erat in ariopa-
go et quamvis ad exhortationem pauli
de facili crediderit. tamen non nisi post lon-
gam disceptationem. Dum adhuc cum
paulo disceptaret. forte transiit cecus
per viam coram eis. et statim ait dioni-
sius paulo. Si dixeris huic ceco in
nomine dei tui vide. et viderit: ego
statim credam. sed ne utaris verbis ma-
gicis. quia forte nosti ea verba que habent
huiusmodi efficaciam: ego prescribam tibi for-
mam verborum. hac incipit forma verborum
dices ei. In nomine ihesu christi nati de virgine.
crucifixi. mortui. qui resurrexit et ascen-
dit in celum: vide. et ut omnis tolleretur
suspicio. precepit paulus dionisio. ut ipse
eadem verba proferret. et in ea forma verborum.
dixit dionisius ceco: ut videret. et statim
vidit. Et dionisius confessus est se cre-
dere. et cum predicasset paulus athenis
et multos convertisset; venit corinthum.
et ibi invenit quendam iudeum nomine
aquilam cum uxore eius priscilla. quos se-
pe commemorat apostolus ubi salutat
amicos suos. Isti nuper venerant
de italia iudeis omnibus ex edicto claudii
imperatoris de regno eius exire compulsis.
eo quod uxorem eius agrippinam pro nimia
familiaritate quam habebat cum eis
a deo converterant ad ritus suos. ut iam
iudaizaret. Et hospitatus est paulus
apud aquilam et priscillam. eo quod eandem ar-
tem exerceret. quam et ipse consueverat exercere.
de proprio labore manuum sibi victum
adquirens. scilicet artem scenofactoriam. faci-
ebant enim textoria. sive papilio-
nes que necessaria erant indigenis ter-
re. propter immoderatum calorem. vel commean-
tibus. ut dicatur ars scenofactoria. a scenos
quod interpretatur umbra. vel secundum alios.
a scenos quod interpretatur funis. erant enim
funicularii. De conversione titii.

Et cum venissent silas et timo-
theus de macedonia ubi dimise-
rat eos. predicabat paulus instanter
verbum evangelii. eo adiuvantibus
illis. contradicentibus iudeis predicationem
iuxta quod preceperat dominus: excussit pul-
verem de pedibus in testimonium
illis: dicens. Mundus sum a sanguine
vestro. quia quantum in me fuit volui
vos revocare ab impietate. sed quia pertina-
ces estis transeo ad gentes. et migrans inde:
transiit ad domum cuiusdam gentilis. nomine
titi. cuius domus erat coniuncta sinagoge.
Nec est hoc intelligendum de tito ad
quem apostolus epistolas scripsit. qui eius fuit disci-
pulus. quem cretensem episcopum ordinavit.
et conversus est crispus archisinagogus cum
universa familia sua. ille scilicet de quo
apostolus ait scribens ad corinthios. Gratias
ago deo quia neminem ex vobis bap-
tizavi. nisi crispum et gaium. et multi corin-
thiorum audientes conversionem eius credi-

derunt. 7 baptizati sunt. 7 apparuit
dns nocte paulo per uisionem dicens.
Noli timere. sed loquere 7 ne taceas. quia e-
go tecum sum. 7 nemo apponet ma-
num ut noceat te. 7 fuit ibi per annum.
7 sex menses. In surrexerunt autem una-
nimiter iudei in paulum. 7 duxerunt eum
ad presentiam gallionis. qui erat pro-
curator acaie regionis. in qua erat
corinthus. 7 accusauerunt eum: quod contra legem pre-
dicaret 7 locutus est gallio ad eos. Si
argueretis hominem istum de aliquo scelere
manifesto: licet eo uindicarem. Sed quia
disceptatio est de lege uestra: non curo
iudicare. Et uidentes gentiles quod non
faueret procurator parti iudeorum: coram eo
apprehenderunt sostenem principem sinago-
ge. 7 percutiebant eum 7 nichil eorum erat
cure procuratori. Quod paulus ut nazareus
Paulus autem cum sustinuisset se totondit
dies multos cum esset
in centris que est portus corinthi. ascensurus
nauem ut nauigio nauigaret
in siriam: totondit comam. quia in-
ierat quod fieret nazareus ex uoto. Na-
zarei enim eam usque ad tempus deter-
minatum ex uoto comam nutriebant.
7 completo tempore uoti radebant. 7 in
ignem sacrificii ponebant. Quidam
codices habent totum uerbo. Unde quidam
hoc refert ad aquilam 7 priscillam. Sed
aug. 7 ier. ad paulum hoc refert. Et
uenit in siriam ducens secum aquilam
7 priscillam. 7 cum uenisset ephesum
ingressus sinagogam disputauit cum
iudeis. Et rogantibus illis: ut cum eis
amplius maneret: non consensit. Sed uale
faciens fratribus profectus est ab effeso
dimittens ibi aquilam 7 priscillam. 7

ipse perambulabat galatiam 7 phrigiam
confirmando fratres. 7 cum essent effesi. aqui-
la 7 priscilla. uenit ephesum quidam
iudeus nomine appollo alexandrinus genere.
uir facundus 7 potens in scripturis. Iste
baptizatus erat baptismo christi. 7 iohannis 7 crede-
bat christum esse messiam in lege promissum
7 recte sentiebat de patre 7 filio. Sed nichil
adhuc audierat de spiritu sancto. Et cum
uiderent eum aquila 7 priscilla fiducia-
liter predicantem assumpserunt eum. 7 dili-
gentius exposuerunt ei uiam domini. U-
trum autem baptizauerunt baptismo christi: non
legitur. Quod paulus susceptus est a corinthiis
Cum autem uellet ue-
nire corinthum. aquila 7 priscilla 7
ceteri fideles qui erant ephesi. scripse-
runt fidelibus qui erant corinthi ut
susciperent eum 7 ne abhorrerent eum
tamquam iudeum. 7 cum uenisset corinthum
multum contulit fratribus qui erant corin-
thi. uehementer enim iudeos conuince-
bat. Unde multi confirmati sunt fratres.
Quod baptizati baptismo iohannis rebaptizati sunt.
Factum est autem cum appollo esset
corinthi ut paulus peragratis
superioribus partibus ueniret ephesum. 7
inueniret quosdam discipulos a iohanne
baptizatos. nondum tamen confirmatos.
quia post baptismum non acceperant manu-
um inpositionem. Et interrogauit
eos. Accepistis ne spiritum sanctum creden-
tes: id est manuum impositionem. qua da-
tur spiritus sanctus: At qui illi. Sed neque de
spiritu sancto mentionem audiuimus. Ad
quos ille. Non sufficit baptismus iohannis.
7 statim baptizati sunt in nomine domini
ihesu. 7 cum imposuisset eis manus. post baptismum
acceperunt spiritum sanctum. 7 loquebantur

pertiebant
cora
totundit
coma
totundebant
ephesu
iohis
ēt
hec
inpositione
eis

uariis linguis. et quidam eorum prophetabant predicantes futura. Erant omnes fere xii. forte xi. vel xii. erant. et est appositum sed ad temperamentum. Et predicauit ibi paulus cum fiducia per tres menses disputans de regno dei. et qui prius prohibitus erat a spiritu sancto predicare in asia minori nunc eodem spiritu sancto inspirante predicabat ephesi. Ex quo patet quam admiranda sunt iudicia dei. De miraculis per eum fideles factis.

Cum autem predicaret ephesi. quidam obstinati in incredulitate pertinaces. maledicebant doctrine eius coram multitudine. discedens ab eis segregauit secum discipulos disputans in scola cuiusdam tyranni. id est nobilis. vel forte nomen est illi proprium. ad quem diuertat domum. in qua docebat discipulos suos. tanquam regens scolas. et hoc fecit per biennium. et in eodem biennio scripsit primam epistolam ad corinthios. et faciebat deus magnas et multas uirtutes per manus eius ita ut sanarentur languidi quibus supponebantur semicintia. Dicitur autem semicintia uestes tantum ab uno latere pendentes. vel quedam zone vel quedam capitis ornamenta vel quoddam genus sudarii quod sic uocatur hebraice. quo laborantium sudor abstergitur. Videntes autem quidam exorciste quod ad inuocationem domini ihesu paulus eiceret demones. excogitauerunt uti eadem forma uerborum ad eiectionem demonis. qui per exorcismos salomonis demones eiciebant, [vel eiecerant] non tamen absque labore multo. sed quibusdam herbis et gemmis adhibitis ut tradit iosephus. ut ergo facilius eicerent demones: adiurabant eos in hunc modum. Adiuro uos per ihesum quem paulus predicat. et sic eiciebant demones ab obsessis. Erant autem vii. filii sceue principis sacerdotum qui proprie adiurabant demones: in hunc modum. Et dum quadam die adiurarent demonem ut exiret a corpore obsesso respondit eis demon. Ihesum noui et paulum noui. sed uos qui estis? et insiliens in eos: uerberauit eos. et increbuit fama per uniuersam regionem et incussus est timor omnibus exorcistis. et magis ut non auderent amplius in hunc modum demones adiurare. et congregati sunt omnes magi qui per artem magicam imperabant demonibus. et combusserunt libros suos ante pedes pauli.

Postea Quod paulus motum sedauit.

paulus proposuit ire ierosolimam. et inde romam. premisit autem timotheum et herastum in macedoniam. ad preparandas collectas quas erat delaturus in ierusalem: ad opus pauperum qui erant in ierusalem. ipse autem ad tempus remansit in asia minori. Et facta est in tempore illo turbatio magna in epheso. Demetrius enim argentarius qui faciebat edes imagines argenteas diane. conuocauit eiusdem operis opifices. et locutus est eis in hunc modum. Scitis quia de huius artificio multum nobis lucrum comparamus. Paulus autem predicat non esse deos manufactos. Si ergo inualuerit doctrina eius nichil amplius lucrabimur. et templum magne diane pro nichilo reputabitur. et maiestas eius destruetur. quam ueneratur uniuersus orbis. et statim ira repleti: clamauerunt unanimiter discurrentes per ciuitatem. Magna diana ephesiorum.

in — magis — autem — semicincia — cia — quedam — idem — eiciebant vel eiecerant — gemmis

et rapto gaio et aristarco sociis pauli.
traxerunt eos in theatrum. in spectaculum scilicet
in quo rei puniebantur. Et cum paulus hoc
audito vellet venire in theatrum non
formidans obicere se morti. dissuasum
est ei a quibusdam amicis suis propter conven-
tum populi. Postquam autem cessavit tumultus
vocatis paulus discipulis exhortatus est eos.
et vale faciens eis profectus est in macedo-
niam et inde athenas. Ubi cum fuisset
tribus mensibus: posite sunt ei insidie a
iudeis. in siriam navigaturo. scientibus
his quod deferret collectas. olim est esse va-
cuus viator. non proposuerunt illi insidi-
as. Unde cepit consilium: ut reverteretur
in macedoniam. ut ita vitaret insi-
dias. Quidam autem de sociis eius profecti sunt
recta via et precedentes nos dicit lucas.
sustinuerunt nos troade. per occursum ve-
nientes. Nos vero navigavimus post dies
azimorum a philippis. que est prima civitas
macedonie et in v. diebus venimus troade.
ubi demorati sumus vii. diebus. Una autem
sabbati cum cenaremus disputabat
paulus cum eis: in crastino profecturus et
protraxit sermonem usque in mediam noctem.
et erant lampades copiose in cena-
culo ubi congregati eramus. Et cum sederet
quidam adolescens super fenestram et gra-
varetur sopno: cecidit de tertio cenaculo
deorsum et sublatus de terra: oblatus est
paulo mortuus et dicebatur euthicus. Ad
quem cum descendisset paulus incubuit
super eum et complexus eum ait. Nolite tur-
bari. anima enim ipsius adhuc in eo est. Hoc
autem ait. ut tolleret desperationem ab eis.
Simili verbo usus est dominus dicens. Pu-
ella non est mortua sed dormit. Et sus-
citatus est et gustavit cibum et conforta-
tus est. Sic inter verba predicationis occur-
rit occasio curationis. ut ostensione
miraculi confirmaretur doctrina pauli. et
vero arctius infigeretur eorum mentibus memoria
magistri abeuntis discessuri. Nos autem ascen-
dentes dicit lucas navigavimus in as-
son. ut ibi expectaremus paulum. sic enim
disposuerat. iturus per terram iter facturus.
et cum redisset ad nos assumpto eo venimus
miletum. Proposuerat enim paulus transi-
tu navigare ephesum. moram non fac-
turus. festinabat enim si possibile esset. ut
in die pentecostes esset ierosolimis. et
a mileto: iam non navigavit. sed misit
ephesum et vocavit maiores ecclesie. et
vocati: venerunt ad eum miletum et exhor-
tatus est eos dicens se ascendere in ierusalem.
Ecce inquit alligatus spiritu. id est spiritu sancto me
adeo coartante vado ierusalem. que ibi e-
ventura mihi sunt: ignorans. licet spiritus sanctus
mihi per alios protestetur. quod vincula et tribula-
tiones me ibi maneant. alias xx. reve-
lavat spiritus sanctus. de ipso quod non ipsi. sed nichil
horum inquit vereor. nec facio animam meam.
id est vitam temporalem pretiosiorem me. id est quam
animam meam. dum modo consummem cursum
meum et ministerium. quod accepi a domino
ihesu: testificari evangelium dei. Et nunc
ecce scio quia amplius non videbitis fa-
ciem meam. Et post multam exhortati-
onem positis genibus una cum omnibus illis
oravit et procumbentes super collum pauli
osculabantur eum. dolentes maxime de eo
quod dixerat. quoniam faciem eius non erant
amplius visuri et deduxerunt eum usque
ad navem et abstracti ab eis transeuntes
multas urbes et regiones venimus
tyrum. ubi mansimus vii. diebus. In-
venientes ibi discipulos quosdam per spiritum

a philippis

curationis

Lxxi

consummem

Flevit

alligabunt

tradent

prophetarum paulo predicentibus que illi euen-
tura erant in ierusalem, et dissuadentibus ne
ascenderet. Profecti sumus postea deducentibus
nos omnibus cum uxoribus et filiis usque
foras ciuitatem, et ualefacientes eis: as-
cendimus nauem. Illi autem redierunt in sua.
Nos uero descendimus ptolomaidem, et salu-
tatis fratribus mansimus una die cum eis. Al-
tera autem die uenimus cesaream, et intrantes in-
troiuimus domum philippi diaconi. Hu-
ic erant .iiii. filie uirgines prophetisse pau-
lo predicentes quod erat ei euenturum in
ierusalem. Et cum moraretur ibi per aliquot
dies superuenit propheta a iudea nomine aga-
bus. qui cum uenisset ad nos: tulit zo-
nam pauli et ligans sibi manus et pedes
ait. Hec dicit spiritus sanctus. Virum cuius est hec zo-
na sic alligabunt in ierusalem iudei: et tra-
dent in manus gentium. Hoc audientes
rogabamus nos et qui erant loci illius.
ut non ascenderet in ierusalem: et respon-
dit. Quid fletis affligentes cor meum?
Ego non solum alligari sed et mori in
ierusalem paratus sum: pro nomine domini
ihesu. Et cum non possemus ei dissuadere
quieuimus dicentes. domini fiat uoluntas.
Post hec preparati ascendimus ierusalem: et no3 [?]
nulli discipuli qui erant in cesarea no-
biscum adducentes iasonem hospitem
nostrum: et cum uenissemus ierusalem libenter
exceperunt nos fratres. Sequenti autem die
introiuit paulus nobiscum ad iacobum
qui erat episcopus ierosolimorum. de quo dicit
beda super hunc locum. quod .xxx. an-
nis rexit ecclesiam ierosolimorum. scilicet usque
ad .vii. annum neronis. qui secundum iose-
phum excerebratus est pertica fullonis. beda dicit
quod precipitatus est de templo. Alibi legitur
lapidatus: et potuit esse. quod prius precipita-
uerunt eum lapidauerunt eum qua-
si uile cadauer. Sed cum dicat beda
iacobum mortuum .vii. anno nero-
nis. palam est non esse autenticum. quod legi-
tur in epistola clementis. qui iuxta tenorem il-
lius epistole dicit se mandatum accepisse a
petro. cui successit in apostolatum. ut
post eius mortem iacobo episcopo epistolas destina-
ret. ut ab eo instrueretur. Sed cum
iacobus episcopus mortuus sit .vii. anno
neronis et petrus uixerit. usque ad .xiiii.
constat hic mendacium esse. Quomodo paulus captus et

Cum autem intrasset; tribuno traditus est.
petrus ad iacobum: collecti sunt
seniores. quibus salutatis narrabat
per singula que et quanta fecerat deus per ei
ministerium. qui cum audissent: mag-
nificabant dominum et dixerunt paulo.
Vides frater quot milia sunt in iudeis qui
crediderunt omnes tamen adhuc sunt emula-
tores legis: uolentes pariter cum fide
suscepta. obseruare legalia. et audi-
erunt de te quod predices abolitionem legis.
et eis odibilis factus es. quasi destructor legis
moysi. conueniet ergo multitudo super-
ueniens. audiens te sibi uenisse. Vnde
consulimus tibi. Ut sanctifices te, scilicet cum .iiii. qui
habent uotum super se ut appareat sic fal-
sa opinio: que incubuit de te. et statu-
erunt de eis consensu. ut iudeis ad fi-
dem conuersis non prohiberent obseruationem
legalium. Dumtaxat non ponerent
spem in eis. et distinguntur .iiii. sinodos
in primitiua ecclesia ierosolimis ce-
lebratas. primam de substitutione
mathie loco iude. secundam de electio-
ne .vii. diaconorum. tertiam qua statutum
est conuersis ad fidem ex gentibus non esse impo-
nendum onus legalium. quartam ascende-

derunt petr' & paul' de antiochia in
ierlm. Quartam: de q̃ hic agit qua sta
tutum est p̃hibi iudeos a legalib; ob
seruantiis. dum tñ non ponerent
spem in eis. Postera die purificat' paul'
cum .iiii. uiris intrauit templum c
eis. & obtulit oblationem suam: sic ia
bi. Consummatis autem .v. dieb; iudei
qui uenerant de asia psequentes pau
lum cum uidissent eum in templo q̃
uiderant trophimum ephesium deam
bulantem cum eo p ciuitatem. putaue
runt q̃d introduxisset eum in templum.
hominem .s. gentilem. & concitauerunt om
nem pplm contra eum & iniecerunt manus
in eum dicentes. Viri isrlite adiu
uate. Hic enim est homo qui contra pplm & le
gem & locum istum p̃dicat: ubiq; tra
rum. insup̃ & gentiles introduxit in tem
plum & contaminauerit locum scm. Co
mota est g̃ uniuersa ciuitas. & facta co
cursio ppli. & apprehendentes pau
lum traxerunt extra templum & clau
serunt ianuas ne fugeret in templum.
Et querentib; eum occidere: nuntia
tum est tribuno chortis .s. claudio li
sie qui missus fuerat a felice p̃side. &
cum assumptis militib; & centurionib;
occurrisset: uidentes eum desierunt pcu
tere paulum. & apprehendit paulum.
& iussit ligari cathenis duab; do
nec de ca ei cognouisset. & cum n posset
audire p̃ tumultu. iussit eum duci
in castra .s. interim regiam. & cum uenisset
ad gradum templi. l' ad gradum domus p̃dicte:
portabatur paul' a militib; p̃p im
petum ppli. sequebatur enim ppls cla
mans. tolle eum ad mortem .s. Et cum
introduceretur paul' in castra. ait tribu

no. Licet mihi loqui aliquid ad te? Ad quem
tribunus. Nosti grecam linguam? Ait. Ho
ui. Locutus est enim ei tribunus grece ne iudei
intelligerent. Nunquid tu es ille egyptius
qui ante hos dies concitauit & eduxit in de
serto .iiii. milia uirorum sicariorum? Io
sephus dicit. q cum plurib; milib; & potui
t p̃mo uenire cum paucioribus. p̃terea
habet pla. Egyptius iste p artem magicam
sibi compauerat nomen p̃phete. Et congregatis
.xxx. milib; in... deorum p̃duxit eos p de
sertum usq; ad montem oliueti. uolens
irruere in ierlm: ut ... eam caperet.
Sed occurrens ei felix p̃ses cum multis
militib; armatorum: fugauit eum cum
paucis. & alios occidit. Respondens
paul' tribuno ait. Ego sum iudeus nos
egyptius a tharso cilicie. non ignote ciui
tatis. municeps. Non est nat' tamen in
tharso. sed in oppido galilee. nomine gis
calo. quo capto a romanis translat' est tar
sum cum parentib; & ibi educat'. unde
ab educatione se dicit tharsensem. li
cet in giscalo natus. Sicut xp̃c nazare
